



HISTORIA ECCLESIASTICA
GENTIS SCOTORVM LIB. XIX.
Qua Viri Sanctitate, literis, dignitatib.⁹
toto Orbe Illustres, & familiæ, et Scotiæ
in varias Vrbes transmissæ, & precipuè
Placentiā Recensentur.
Illustrissimo Viro
FABIO SCOTO PLAC.º
Miteni Com. Dicata.
Auctore Thoma Dempstero Scoto I.C. Baron.
de Muresck, Eq. Aur. Bonon. Prof.
eminente, et in Academia Noctis
Euantio
Superior. permissu Bononiæ Typis Nicolai Thebaldini 1627
Oliuiero Gatti fec.



ILLVSTRISSIMO VIRO
FABIO SCOTO
PLACENTINO
MICINI COMITI.



D. Bassianus Gatus Placen. Monachus Hieronymianus F.

THOMÆ DEMPSTERI hominis certé hac ętate admirandi (VIR Illustris) de Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum dedicanda TIBI, & offerenda mẽtem fuisse non ignoras, quã tamen, ne ad optatum perduceret exitum, mors vetuit præmatura, typosq. qui Tuis properabant sumptibus, in medio cursu est remorata. Factum nihilominus Dei beneficio, vt aliquot ante diebus per literas ad me Bononiam Vicentia datas, quod hæc testatur verba (*interim Historiam tuã magis, quàm mea m arctiùs tuæ curæ cõmendo, hæc enim deinceps pro liberis erit*) de sua mente me certiorem fecerit, vti iam sæpius mihi Tu, & ille commiseratis, ex quo nemini mirum videri debet, si ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθημι. Quam prouinciam eò mihi libentiùs

tiùs

tius assumo, ne dicam, ardentius arrogo, quod in eo operam, curamq figere me, & collocare probè sciam, vnde non exigua laudis, & gloriæ in communem Patriam fiat accessio. Huc accedit mea in TE, & in Dempsterum obseruantia, deuotum vtriq. obsequium non solum ob innumera ab vtroq. in me deriuata officia, verum etiá ob illas, quæ in vtroq. eximiè col lucent animi dotes omnibus cùm conspiciendas, tù in omni officiorum genere prosequendas. Iam quis adeò irreligiosus, qui vltimam, & iustissimam Demortui voluntatem non exequatur? quæ gens tàm barbara, aut quis tàm efferus, & à moribus alienus, qui vitam alicuius si putet per se restitui posse, nolit? quis denique tanto operi, tamq; digno diem, quo Dempsterus reuiuiscat, negare velit, aut prohibere? cui ego alias nisi obtulero inferias, saltem hoc vnum persoluere mihi fas sit officium, non magnum quidem, sed quod huic Historiæ præfixum, & Nomini inscriptum Tuo, auerrúcadæ inuidiæ, & obliuionis causa, immortale sit futurum. Nunc verò inter alia, quæ illum adhortarentur, vt Te ad nouam hanc, & meliorem fortè Scotiam aduocarent illustrandam, caput illud esse mihi visum est, si reponeret apud aliquem, apud quem sciret, apud quem non nesciretur. Et certè, si quid Virum Illustrem, aut Principem commédet, id totum in prudentia, exquisita rerum cognitione, & animi magnitudine situm existimo; norat enim Te esse, eum, apud quē bene mererentur, aut qui huic sæculo adornando, & præsertim Tuæ patriæ extollendæ, gentiq Scotorum, ex quibus regiam planè ducis originem, inter fastos recensendæ operam nauarent diligentem, aut saltem qui de Musis, ac literis humanioris eruditionis totos consecrarent, ex quibus aliquam Maiores, & Posteri referrent commendationem. Non retexo hic quanti sis apud

Placen-

Placentiæ, ac Parmæ Ducem, qui penes Te omnia, quasi suæ reposuit: neq quanti fueris apud Magnum illum Alphonsum quondam Ferrariensium Ducem, apud Cæsarem, cæterosque illius inuictæ domus Estẽsis Principes, adeò vt Tibi vni summa omnium rerum committeretur ab ipso Duce Mutinẽsi, á quo quoties missus ad S. Pontificem, ad Imperatorem, ad Duces Sabaudię, Mantuæ, Parmæ, Vrbini, aliosq; summos Viros Legatus, numquam spe tua frustratus fueris, prætermitto, ne Tuam in hoc munere, diligentiam, fidem, ac peritiam eleuare magis dicendo, quàm exornare videar recensendo. Taceo Tua ope lites grauissimas inter Mutinæ, Ducem, & Pium S.R.E. Cardinalem compositas: sileo dissidia inter Mutinenses, Mantuanos, & Guastallenses, quasi iam spirantia diuina quadam, vel Tua moderatione temperata. Quid dicam armatas copias in bello contrà Lucenses rebus omnibus, quàm affluentissimè à Te sustentatas? Quid referam Tuas inter abruptos illius regionis, & asperrimos montes non sine maximis laboribus vigilias, quibus prospiciebas, quibus consulebas, ne quid detrimẽti Tuæ prudentiæ commissi paterentur? Quid denique de Annona loquar, quam tanta celeritate, tantaq; copia, publico Mutinesium, & sociorum beneficio in difficillimis, & angustissimis temporibus procurasti, vt omnibus statim quasi ad miraculum fieret satis. Hęc sunt aliqua ex innumeris, quæ Dempsterum nõ modò excitarunt, vt Te ad Scotiam hanc illustrandam accerseret, sed etiam Magnates, & Principes Viros, qui Tuam prudentiam, fidẽ, diligentiã, & animi magnitudinem vehemẽter demirati, opera Tua vti expetunt, frui enixè cupiũnt. Quare & hæc, & aliæ de Te loquẽtur Historiæ, alia ingenia, alię ingentes, & præclarę animæ, quas tamen haud dubiè Æternitati Tuæ semper habebis

vecti-

Vectigales, cum maiorem famam accepturus sis à quoquam, quã daturus, Ego (verò Vir Ill me) qui & Thomæ Dempsteri nomine obstrictus Tibi sum, & meo, vtriusque hoc Tibi, quod debetur, persoluo, quod Tuum, est offero, in quò, vt illius ingenium, & industriam, ita meam erga vtrumque voluntatem hac, quantulacunque est, opera testatam, vti spero, probabis. Vale decus patriæ, & Scotę gentis deliciæ: Bononiæ. Ex D. Barbatiani ædibus. Pridie Eidus Maias ipso die, quo celebratur Romæ Assumptio Innocentij. I. Scoti ad Pontificatum Maximum 1627.

AD LECTOREM
LVD. BONCOMPAGNVS V. A.



VIN Thomas Dempsterus cùm alijs multis excellentis ingenij monumentis, tùm isto de scriptoribus Scotis volumine, quod uiuo auctore cœptum edi, nunc ad vmbilicum perductum tibi damus, Amice Lector, posthumum, de Patria, deq; literis optime sit meritus, neminem, nisi ab omni humanitate alienum dubitaturum puto. Nihilominus prout est nostrum sæculum ferax hominum petulanti, & indomita, quod in alijs præclarum taciti coguntur admirari, in semet desiderari agnoscunt, insectandi libidine ferocientium, valdè suspicor fore maleuolos, qui ægris oculis Scotiæ splēdorem intuentes, secundamq; Dempsteri famam minùs propitia aure excipientes inficetis obtrectationibus illum obscurare, hanc mendaci calumniarum, & cœnosa congerie contaminare conentur. Quare effrenatæ improbitati occurrere omninò necessarium fuit, vt malis os obturaretur; boniq; de fraudibus, & offucijs antè moniti Veritati, & Virtuti testimonium, & applausum non denegarent. Fuit Dempsterus acri vir ingenio, inflammato ad omnes disciplinas perdiscendas studio. facili & cerea ad comprehendēdum, tenaciq; & fideli ad retinendum quicquid legisset, memoria. Cùm verò publicatis in omni eleganti, & amœna literatura compluribus libris abundè nomini suo celebritatis conciliasse visus esset; Scotorum autem in fortitudine bellica, in literis, in pura Catholicæ religionis professione antiquitatem, & constantiam non satis pro rerum magnitudine notas siue temporum iniuria, siue populariū incuria aliò meditationes deflectentium iacere animaduerteret, ingemuit, & animum ad Scotiæ suæ laudes illustrandas pulcherrimo facinore appulit. Publica itaque luce donauit syllabum librorum aliquot à


se his de rebus feliciter inchoatorum, in quo nuda Clarorũ Scotorum imprimisq. SS. nomina perscripta continebantur: quas primas operis lineas rudi penicillo, sed ut artifice manu ductas scires, spectandas proposuit, cũ vt Doctorũ de vniuerso conatu sententiã eliceret, tũ vt ciuium suorum in Patria ornanda symbola extorqueret, & studium accenderet. Vssit vehementer, & malè habuit ista lucubratiuncula vicinam gentem, quæ inuerecundè orbem alienis plumis ornata obambulare, & principum beneuolentiæ, ac liberalitati obrepere Scoticæ Eruditionis, & Sanctitatis titulo non erubescebat. Hinc derepentè detonuit in Dempsteri caput horrenda tempestas, scriptiq; inhumano, & inclementi stylo tanquàm in plagiarium, aut alieni fundi depopulatorem famosi libelli, insulsis in omnes Scotos probris pleni. Sed impunè non tulit rustica manus temerariã prouocationem, non leui brachio à Dempstero castigata, & eruditissimo, & mordaci aceto perfricta. Vtriusq; libelli cùm Dempsteriani, tùm Hiberni conuiciatoris ab illustrissimis, qui sacram Indicis librorum congregationẽ moderantur, Cardinalibus vetita lectio, imperato in posterum conuiciandi termino. Non destiterunt tamen æmuli nouis, & fictilibus scriptiunculis Dempsterum lacerare, arcanis accusationibus vexare, nunquam ausi palam congredi, imbecillitatis suæ conscij, & caussæ diffisi. Dempsterus vt generosus Leo minutorum istorum catulorum contemptis latratibus, silere etiam cum aliqua nominis iactura maluit, quàm Ecclesiæ matris sanctionibus videri non auscultare: atque adeò pergere in pertexenda, quam iam pene confecerat De Sanctis, & Scriptoribus Scotis Historia, uocatis ad testimonij dictionem ab omni antiquitate, ab omni natione, quæ literarum professione censeretur, omni exceptione maioribus auctoribus, doctis dictis, non maledictis pugnandum esse arbitratus. Si quid tamen inter scribendum incalescenti excidisset acerbius, aut vrbanius, id iusto dolori

con-

ondonandum rebatur, qui fero barbaroq; more prouocatus inhiberi, & sisti difficile se patiebatur, quin in voces acceptarum iniuriarum indices prorumperet aliquando, quas si amariores senserint aduersarij, desinant maledicere, ne malè audiant: aut si porrò insanire, & in mortuum sæuire velint, nolim sibi blandiantur, aut inani opinione illudant, sperantes defuturos, qui suam Scotiæ gloriam sartam tectam conseruent, & tueantur, posthumam Dempsteri famam asserant ab Inuidiæ morsu illibatam. Cogitent nihil esse magis in procliui, quàm calamum sepia veneno imbutum apud prurientes temporum nostrorum aures deonerare, facillimumq; læsæ eruditioni ex alieni hallucinationibus voluminum moles extruere, & ex illo Nouorum annalium fœcundo incertarum narrationum, dictionisq illuuie horrido campo vberem ad carpendum segetem demetere. Nec quisquam eorum, qui scribendo inclarescendi prurigine flagrant, & agitantur, ita omni ex parte inuentus est beatus, vt ab errandi periculo immunem se ausit polliceri, sic nec vsquequaque Dempsterum à neuis libero: immò vt hominem natum multa peccare potuisse fatendū est, at peccata, si diuturnior vita contigisset, vt Christianum & doctum, aut sua sponte, aut candidè ab alijs monitum fuisse correcturum. Quod verò præmatura morte nobis ereptus ille non potuit, in extrema his vigilijs imponenda manu, in limandis, nouoq. ex intima, & recondita antiquitate obseruationum auctario locupletandis sedulo, & gnauiter desudant Dempsteri ciues, viri in hac literarum palæstra exercitatissimi. Opus cur Historiæ Ecclesiasticæ titulo proscriberet, has habuit caussas Dempsterus. Maximam partem labor omnis in eo consumitur, vt ne obliuionis tenebris inuoluta Scotiæ Sanctorum memoria exarescat, desintuè illustria, & domestica exempla, quibus Scoti, qui hodiè à Maiorum in religionis veritate, moribus, & institutis recesserunt, deuijq. à prima puritate aberrarunt

rarunt in Caluini errorum præcipitia, ad synceram Dei colendi rationem reuocentur: relictisq & contemptis nouitijs, profanis illis, impijs, imperitis, nec integræ famæ homuncionibus pessimis, & cæcis ad sequendum ducibus, dum resipiscendi tempus & locus est, maturè in Ecclesiæ Catholicæ, & Romanæ, extra quam certissimum naufragium, portum se recipiant. Meritò itaq. Ecclesiasticā Scotorum Historiam nominauit, in qua tanquàm in speculo veteris pietatis cum Romana *Ecclesia in religione conspiratio, & consensus pespetua serie narratus legitur, nouorum autem dogmatum fœditas, & prauitas luculentè ad detestationem, & horrorem suis coloribus proditur. Quare nec hæretici, quorum nondùm est conclamata sanitas, & vita desperata, fuerunt ingenij, & eruditionis, quam merentur, laude fraudandi, sed excitandi, vt quas Deus dedit, animi dotibus in quærēda æterna salute vterentur; nec qui catholici inter hæreticos* Deo, *&* Sacerdotibus *cogniti delitescunt, persecutionis serenitatem expectantes, vllo fuerunt indicio detegendi, ne innocentibus ab hæretico Magistratu periculum vitæ, aut fortunarum crearetur, superuncaneo, & intempestiuo diuulgatæ virtutis elogio. Huius classis in hoc opere multos inuenies, quos rerū fortassis Scoticarum ignarus, & iniquus censor hæreticorum albo audacior adscripserit. Sed vt paucis te absoluam, beneuole Lector, si quid hoc in libro, alijs ve Dempsteri lucubrationibus S. R. E cuius ille decretorum vixit, & mortuus est obseruantissimus, minùs placens inuenietur, id omne expunctum iri pollicentur* Scoti.

Vale, xij. Kal. Sept. CIↃDCXXVII.



AD

AD THOMAM DEMPSTERVM.

Perillustr. ac Reuerendiss. D. Balthassaris Bonifacij Rhodigini, Archidiaconi Taruisij.

EPIGRAMMATA.

Barbaries Dominam deleuit funditus Vrbem,
Nunc vexat Scotiam (Proh superi) impietas:
Tu qui Romanas potes instaurare ruinas,
Debueras patriæ conditor esse tuæ,
Quiq. recentasti latium, vir magne, vetustum,
Antiquare nouam debueras Scotiam.

EIVSDEM.

Vt paralipomenis, Thoma, prius edita cedant,
Vt meliora cibis sint analecta, facis.
Esse racemator cupiat iam vinitor ipse,
Ipseque iam messor Spicilego inuideat.
Nunc ex historiæ pratis rapis omnia, nilque
Fanisecо superest, quod sicilire queat.

EIVSDEM.

Sen tenebræ Scotiæ; seu dant obliuia nomen,
Horruit auspicium nominis illa sui
Inclytus, atque omni semper memorabilis æuo
Scriptor, ab hac terra tollis vtramque notam.
Est ignominiam Thomas qui nominis aufert
Lux patriæ, Scotiæ gloria, gentis honos.

THOMÆ DEMPSTERO SCOTO
Academiæ NOCTIS Bononiæ adſcripto
Viros Patriæ ſuæ Illuſt. iam antea deſcriptos in lucem nunc edente
ADMOD. R. P. BASSIANO GATTO
Monacho Eremitano S. Hieronymi.

EPIGRAMMA.

Sidera quot ſummo ſol noſte colorat Olympo,
NOCTE Thomas cælo, tot Scotiæ occumulat,
Nube dein fruſtra cupit atra oblinio cælum
Obruere, vt pereant tot monimenta viri,
Aſt illi rediuiua typis noua lumina ſurgent,
Vt ſint perpetua in NOCTE habitura diem,
Dempſter Apollineus, ſic cum Ioue iunctus amico
Influet in vitam, vt vernet ab eloquio.
Honoris ergo poſuit Ouidius Mont'albanus
Rugiadoſus Academicus Noctis.

ROBERTI BODII ABREDONENSIS SCOTI.

Heroos animos, animique æterna Britanni
Dum tu geſta canis, Dempſtere, potentibus impar
Tantum cælicolis, queis mors velocibus horis
Iam iubet eſſe parem. Neſcit tua Scotia laudes
Cui tribuat veras, tantæ præconia famæ,
Si tibi ſiue tibi, (ſic ſecum gloria certat;)
Sed nato debere ſuo mea Scotia gaudet;
Et gaudes chare tu tollere geſta Parentis.
Mortales ſua buſta fleant: patriaque tibique
Tu viuis poſt facta, tui nouus incola cæli.
Deſpicis Aeterno mortales vertice curas.
Aut tua iam dicat genuiſſe Britania numen
Aut genuiſſe ſuum fateantur numina Scotum.

SIMONIS RODERISII HARLENI BATTAVI
Philosoph. & Medicinę Doctoris.

NOn minus augusto genio quam nomine magnus
Pelleus iuuenis, cum belli potentis Achillis
Aspiceret cineres totum se fudit amaras
In lachrymas, in.o ducens has pectore voces
Felix Pelides, *aterno carmine magnus*
Quem canit, Aoniaque tuba cælo aquat Homerus:
Ast ego totius mundi, domitorque tremorque
Pestituor digno laudum pracone mearum:
Sic mea cum vita stygias migrabit ad vndas
Fa i breui, nomenque meum mox excidet ano:
Vt qui consenuit patriis inglorius aruis
Sic moriar, reliquumque nihil post busta tenebo?
Ne quicquam Magnus, nil debellasse tot vrbes,
Nil Orbis vasti populos frenasse iuuabit,
Scilicet haud minor est virtus quæsita tueri
Nomina, praclaris quam famam quarere factis.
Quas Dempstere igitur tibi Martia Scotia *grates?*
Quas referent Heroum anima quorum inclyta gesta
Fada tecta situ densisque sepulta tenebris
Eruis in lucem, meritaque ad sidera laude
Euehis, historiaque tuba super athera tollis?

Viro incomparabili
AMICO (HEV QVONDAM) RARO
M.S.
Ioannes Rhodius Danus.

ARas, Arma, Focos, Leges, Sociosque Quiritum,
Inuidia insitiæ nube tegebat Auis.
Alma Themis, prisca stirpis memor, axe Trionum
Dempstero calamum vindiciasque dedit.
Ille Deum, atque Vrbis latio sermone nitorem
Restituit vobis, historiaque fidem.

Ast animo ceptus magno diuinior ausus,
Numina Scotigenæ prodere gentis erat.
Ruperit infelix telam licet Atropos orsam:
Sera tamen sacrum fama loquetur opus.

In eiusdem præmaturum obitum.

NOn erat à nostro tam distans orbis ab orbe,
Quem non Dempsteri nosceret ingenium
Non erat in nostro tam dissitus angulus orbe
Quem non repleret didita fama viri
Restabat Cælum; mentem præmiserat illuc:
Incola vt ipse foret Mors inopina facit
Mortuus at non est, nec quamuis preßus acerba,
Hunc moriendo mori tot monumenta vetant
Dempsteri nomen nunquam Musæa tacebunt.
Huius tot scriptis nobilitata libris.

Ioannes Thuilius Mariçmont. Titolens humanitatis
Pataui Primarius Interpres M. P.

Ludouicus Boncompagnus Vird. Austrasius obsequii ergo P.
In tres Clarissimos Viros huius operis editores.

TRes vnus olim vidit in cælo dies
Fulgere soles, grande Naturæ decus,
Megnaque forsan grande prodigium rei.
Miraris, atque maius hoc monstro putas?
Quid tres in vna nocte si videas solo
Lucere Phœbos clarius Phœbis poli?
En cerne FABIVM, maximum Scotæ decus,
Gentisque lumen: cerne Dempsterium Σοφὸν
Orbis relucentem orbe in externo Scoti:
Et BASSIANV Mcerne, quo fulget Sacer
Ordo decoro sidere, & gaudet suo.
Hi tres in vno iam nitent Phœbi libro.

Tres

Tres imo in vna nocte iam Scotia vides]
Splendere Soles, lumen, & vitam sibi
Impertientes mutuam; fallor, sin ul
Tres dant Scoto orbi lumen & vitam: & quod est,
(Vtinam) futuræ grande prodigium rei;
Hoc Scotia melior lumine, hac vita sapit,
Et Scotia surgit melior, & melior nitet.


EIVSDEM.

INnumeros Thoma fœtus producis in auras,
Quos tulit in gremio Scotica terra suo.
Qui fiet, qui, si genuit te Sotica, forsan
Et lucem, & vitam, quam dedit, ipse refers?
O laus, ò pietas, lucem cum laude refundis,
Et vitam gratus cum pietate refers.

ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ.

Εἷς, Θωμᾶ, σκότος; οὐδὲ σκότος, μάλα δ' ἐν σκοτίεσσι
Ἐν πάτρᾳ σου, καὶ πάντοθι φωτοδότης.



Dell'Illustriss. Sig. Ottauio Accoramboni.
Abb. di S. Andrea.

O Cari, che sembrate afflitti, e mesti
Del mio partir da quella oscura vita,
Piena di mali, a quelli sol gradita,
Che dietro al mondo van veloci, e presti;
Non più languir, non più voci funesti,
L'anima tranquillate sbigottita,
Poiche la giù mia lutta è già finita,
E mi godo trà i cori alti, e Celesti.
Mi fece il mondo sempre horribil guerra,
Hor mi dà il Ciel vna perpetua pace,
Da gli affanni lontana de la terra.
Non turbate però mio ben verace
Col dolor, che si rio nel cor si serra,
Ch'al Signor, & à me molto dispiace.

Dell'Illustriss. Sig. Marchese Canossa al suo Precettore.

QVell'arca di dottrina, e quella luce,
Ch'illustrò con la pēna il Mondo, hor giace
In freddo marmo, mà qual nobil face
Frà gli altri chiari Heroi nel Ciel riluce.
A la via del saper fù sommo Duce
Insegnando à ritrare il piè fugace
Dal volgo, per trouar quel Ben verace,
Ch'à l'eterno goder l'animo adduce.
Hauea quà giù del grand'oprar goduto
La gloria, e sol mancaua la corona,
Che Dio per ara à la virtù comparte;
Ond'hora stà d'vn tanto dono a parte,
E'l nome del Dempster per tutto suona,
E frà i più chiari sia sempre tenuto.

Del Sig. Gaspare Bombaci, il TARDO Accad. della NOTTE.

CHi fia già mai, che foruelando faglia
De le tue lodi, ò gran Dempstero al segno?
Di Smirna, ò Manto ogni sonoro legno
De la tua Musa il dolce plettro agguaglia.
Roma per te le sue grandezze abbaglia,
Si come à l'hor, ch'il Mondo hebbe per Regno;
Dal tuo facondo dir preso ogni ingegno
Teme l'arti di Ponto, e di Tessalia.
Per tè di Scotia ogni valor rimbomba,
Per te l'humana vita in van non brama
Per cuna hauer nel tuo morir la Tomba.
Che mentre da i sepolcri à uiuer chiama
Schiera d'Eroi con la famosa Tromba.
Può sol le penne tue spiegar la fama.

Del Sig. Guiglielmo Talbotto Inglese.

NObil Dempster, che tutto il Mondo honori,
E frà le Stelle à te componi il nido,
Mentre tù furi altrui da lete infido,
Nato à cóstanti, e non caduchi allori,
Debite à te le palme, à te gli honori
Sono, e con glorioso, eterno grido
Cantano à gara, e'l canto ode ogni lido
Dolci Sirene, e bei Cigni canori.
T'ergono con diuoto animo, e pio
Augusto Mausoleo saggi Architetti;
De l'inuitto tuo cor premio, e de l'armi.
Ma don più caro ti comparte Diò,
Che vani son questi terreni effetti,
Vani i Trofei, le palme, i bronzi, e i marmi.

Del Sig. Gio. Ligio d'Vrbino Dottor di legge.

A L'inclito valor, à i fatti egregi
Del cor inuitto, e del sublime ingegno
Potean Dempstero guiderdon condegno
Render côn larga mano i Duci, e i Regi.

Mà la pietà, con cui tù illustri, e reggi
L'Alme del tuo famoso, e nobil Regno
Non sò, chi giunga di lodarla al segno,
Nè chi sua penna degnamente pregi.
Quinc'è, ch'il Ciel nel suo stellato chiostro
Ti richiamò, per darti eterno honore
D'altro, che di caduco allorò, & ostro.
Troppo per tempo (ohime) di Palla il fiore
La Scotia perde, il perde il secol nostro:
Mà viue assai, chi glorioso more.

Del Sig. Henrico Sueteno Scozzese.

NE la dura Tempesta
De l'immatura morte, anima bella,
Il morir lampi sono,
Folgor l'essequie, e'l tuono,
Doglie le nubi, e i minaciosi venti;
Pene, cruci, e lamenti,
L'onde tumide, e nere
De la Morte le voglie acerbe, e fiere:
Il pianto pioggia, hor la gragnuola sia;
Mentre scriue di tè la penna mia.

Del Padre D. Bastiano Gatti.

MEntre di velo corrottibil cinto
N'andasti, gran DEMPSTERO, il secol nostro
Chiaro rendesti col famoso inchiostro;
Dal tempo rimanendo il tempo vinto,
Il Nome, c'hauea già logorato, e spinto
Di tanti incliti Heroi di lete il Mostro;
Rauuiuando portasti al sommo chiostro,
Ond'anco vi rimase il tuo dipinto.
Hor quegli in premio de l'oprar tuo grande
T'han preparato in quei beati Seni
Serto a cui non può far Atropo guerra,
O' verù quanto il tuo valor si spande,
Poiche chi gusta i tuoi celesti beni,
Fai ricco in Cielo, e glorioso in terra.

Sylla.

Syllabus rerum memorabilium, à quo si nomina propria abfuerint, eo ordine Alphabetico in suis quæq; libris requirito.

Fra-

FINIS.

Aduertat Lector numerũ paginarum à numero 287. vſque ad numerum 295. excluſiuè eſſe duplicatum.

Alia errata remittuntur ad benignitatem Legentis.

D.Homobonus Pœnit.pro Illustris.Card.Archiepisc.

Imprimatur

F.Hieronym.Onuphr.pro Reuerendiss.P.Inq. Bonon.




HISTORIA ECCLESIASTICA GENTIS SCOTORVM,

SIVE

De Scriptoribus Scotis.

LIBER I.



S. ABEL. 1.



. *ABEL* inter præcipua Scotiæ meæ ornamenta habendus, Benedictinus Monachus S. *Bonifacii* socius, & peregrinationis, & sanctorum pro fide apud gentes Germanicas, & Gallicas stabilienda laborũ particeps, Rhemensis Archiepiscopus, incertũ sponte an præcepto Pontificis, an uero impotente principis alicuius iniuria exactus sedem reliquit, ut maiori cura conuertendis Infidelibus uacaret, & iure Belgij, uicinorumque tractuum Apostolus habetur. *Natione Scotum* V.CL. Georgius Coluenereus Thologus Duacensis doctissimus ad Flodoardi historiam scripsit, & consentiunt autores alij. Molan. Natalib. SS. Belgii, qui non ad manum, & ex eo Constantinus Ghinius Nat. SS. Canonicor. pag. LIII.

Laubiis natali SS. Abelis Episcopi, & Cōfessoris, natione Scoti error, nam nec Episcopus, sed Archiepiscopus, & Abbas. Catalog. Archiepiscoporum Remensium ex MSS. Demochare, & alii, incerto autore. *Mortuo Martello anno DCCXLI. censuris Zachariæ Papæ dictus* Milo *expulsus est à prædicta sede Rhemense, & S. Rigoberto iungitur Coepiscopus à Bonifacio Germanorū Apostolo, Zacharia Papa iubente S. Abel* Scotus. pro *Coepiscopo* censeo reponendum *Chorepiscopus*, nam *χώρα regio* est iis, qui in laboris Euangelici subsidiū vocabantur, regio quæpiam adsignabitur inuisenda, administranda, quod Episcopus omnia ditionis suæ loca circuire non posset, uocatique illi *Vicarii Episcopi* Hincmarus apud Flodoardum lib. III. cap. XXII quare Gallicè locū hunc vertens Nicolaus Chesneau *Doyen rural* quasi *ruralem Diaconum* uocat. Præstat uerba Flodoardi de eius electione audire, ita enim lib. II. hist. Rhemens. cap. XVI. *Beatum Rigobertum secutus Abel in Episcopatus ordine reperitur, quamuis eum quidam Chorepiscopum tantum fuisse tradant, pontificē tamen illum diuersis assertionibus inuenimus extitisse.* Profert deinde duas Epistolas Zachariæ papæ quibus disertè id probatur una harum est num. IV. inter editas, altera est LXXXV. Tom. III. Concilior. ait deinde *Chartas reperiri ipsius Episcopi nomine titulatas*, tum concludit uerum esse sedem eam rexisse illum ex Epistola Hadriani I. ad Tilpinum, seu ut aliis uisum Turpinum Archiepiscopum Remensem. Addo Catalogum laudatum, in quo sic scriptum reperio. S. *Abel Scotus residet in Ecclesia Rhemensi, sed ab eadem quoque depellitur tandemque obiit in Monasterio Laubiensi diœcesis Cameracensis: hunc quidam non numerant, & secundū hoc Hincmarus in Epitaphio S. Remigii se vocat XXXI. Episcopum Rhemensem & XVI. à S. Remigio.* Sed contra hanc Hincmari opinionē stat ueritas ipsa, ut abunde uerba Catalogi istius Ecclesiæ fideliter scripta, & relata probant præter Flodoardi textum euidentissimū, addo, & Laurentii Surii fidem, qui in uita S. Rigoberti Tom. I. die IV. Ianuarii *Hincmarum ponit quintum à S. Rigoberto Remorum Episcopum*, quod uerum non esset, nisi Archiepiscopus numeretur. S. Abel, nam eo prætermisso reperiuntur tantùm quatuor isti *Tilpinus*, seu *Ioannes Turpinus* cuius nomen fabulosæ de Carolo Magno, & Rolando Historię præfigitur, *Vulfarius* Ludouici Pii Cancella-

clelarius, & *Ebbo* patria Germanus, *Hincmarus* post hunc. Sed hæc fatalis charæ meæ Scotiæ calamitas est, uiros magnos, aut aliis domari aut uilipendi, minoresque uero haberi. Nec iniuriam Sanctissimæ meæ patriæ ab *Hincmaro* illatam queror, qui ipsi S. R.E.& Apostolicæ Sedi iniurius fuit. Porro de nostro adeundus Ioannes Trithemius lib. III. de uir. Illustr. ord. S. Benedicti cap. CCXCVIII. & lib. IV. cap. CXVIII. Recolitur sacra eius memoria die V. Augusti, Vsuardus, Galesinius, Arnoldus Vuio libr. III. lign. Vitæ pag. CCLXII. qui omnes pro dignitate S. *Abel* cōtra inuidiam, & *Hincmari* contumelias viriliter stant, & Archiepiscopi eum titulo honorant, quorum autoritas apud me, ut esse debet iuremerito maxima est. Non placet tamen Vuionis sententia, qui *in Rhemensi Metropoli vult titularem Archiepiscopum ad Infideliū conuersionem* fuisse, quod nunquam dixisset si uel Catalogum citatum, uel Flodoardi Presbyteri historiam legisset. Adiungo his succidaneam Ioannis Molani grauissimum in Natalibus Sanctorum Belgii testimonium, qui Archiepiscopum Remensem legitimè à Pontificibus summis electum, & confirmatum facit. Acta eius ad me non peruenerunt. Scripsit

Epistolas ad Zachariam, & Adrianum.	
Pontifices Romanos	*Lib. I.*
Ad Rhemensem Ecclesiam.	*Lib. I.*
Ad Bonifacium Legatum.	*Lib. I.*
Ad Lobienses fratres.	*Lib. I.*
Ad nuper conuersos.	*Lib. I.*
De Mysteriis fidei.	*Lib. I.*

Scotia cum S. *Bonifacio* excessit, & aliquandiu illi in prędicatione adhæsit, sed sub annum DCCXLII. cum obiisset Sanct. *Rigobertus*. DCCXLIX. An. S. *Abel* ei successor datus sub annū uero DCCL. factus est Abbas Laubiensis, uel Lobiensis Anno DCCLVIII. sede sua depulsus est: Denique sanctissimam mortem obiit diemque natalem habuit Anno DCCLXIV. die V. Augusti, vt præmonui.

S. ADAM. 2.

S. *ADAM* à prouincia, quam Episcopus rexit *Cathenesius* vocatus Abbas Mailrosensis, deinde Episcopus, Arnold. Vuion. lib. II.

lign.uit.cap.XXXIX *quod more veteri decimas exigeret*, à furente plebe domi comprehensus, ac in propria culina exustus. Sed hanc immanitatem *Alexander* II. Rex dignè uindicauit CCCC. suppli cio affectis, filijs eorum memorabili pietatis exemplo exsectis, Co mite regionis, quod laboranti non succurrerit, nobilitatis gradu deiecto. Quare *Calestinus* IV. Pōtifex per Epistolam gratias egit, quod Ecclesiasticam dignitatem tam egregiè propugnasset misso *Ægidlo* legato. Anton. Dauroultius par. I. Flor. Exempl. cap. IV. tit. XIV. §. IX Ioan. Maior. lib. IV. scripsit.

Historiam Scotia	*lib. III.*
Epistolas ad Regem Contra Comitem de Cathenes	*lib. I.*
Epistolas ad Alexandrum Papam	*lib. I.*
Excerpta Biblia.	*lib. I.*
Insularum descriptiones	*lib. I.*

Extinctus est anno M.CCLV. uel M.CCXXII. Vuion loco laudato Colitur sanctus. Scotichron. lib. IX. cap. XXXVIII. Passus est Do minica infra oct. Nat. B. Mariæ. Simile referunt de B. *Bellino à Thoma Capiuaccio* Martyrio sublato, sub annum M. CXLIX. Bern. Scardeon. lib. XIII. class. III. & ex eo Molan. ad Vsuar. die XXVI. Nouemb.

S. ADAMANNVS. 3.

S. *ADAMANNVS Coludius diuinarum literarum callentissimus, nec sæcularium ignarus, vita ac conuersatione præclarus*, ait Trithem. Bibliotheca Minorum Patrum in Chronico Chronicorum Ioannis Gualterij pag. Dccccxc III. *Adamannus Coludius Scotus Monachus ordinis Apostolici*. cognomentum ei *Coludius*, ab vrbe Scotiæ in Mæatis, seu Merchia Ptolomæo *Colana* Bedæ *Coldana*, & *Coludi*, hodie uero est *Coldinghame*, & non sine sāctitatis opinione multorum Monachorum pater. S. *Kiliani* discipulum, & in Gal lijs claruisse docet Sigibert. anno DCXCV. peregrinatione instituta, tempestate in Franciam est delatus, ubi eum *Arnulpho* Episcopo familiaritatem contraxit, in terram Sanctam abiit, reuersusque Huensis in Anglia Cœnobij abbas ad *Ælfridum* orator designatus,

gnatus, in Hiberniam nauigans penè omnes ad legitimam Paschæ obseruationem induxit. VVestmonast. ad annum DCCI. Erat ea disceptatio magni tùm momenti, *an ipso Martii plenilunio? an prima post plenilunium Dominica Pascha esset celebrandum?* orta anno DCLXIV. Sigibert. Ab ipso multa Bedam mutuatum *Angli* fatentur; ipse Beda lib. IV. ca. XVI. Scripsit multa, *quæ omnia Trithem.* non uiderat, ait *Anton.* Posseuin. Appar. tom. 1. Celebriora habentur eius opera.

De loco Dominicæ Natiuitatis, *Passionis, & Ascensionis* Lib. I.

VVestmonast. opus collectum *ex colloquiis Arnulphi Episcopi*, seu *Arculphi*, ait Sixt. Senens. lib. IV. Bibliothec. fuit is Metensis Antistes, vita ab Anonymo scripta. P. VVarnefrid. lib. VI. gest. Longobar. cap. V. & forte *Scotus*, uide infra hoc opere.

De locis terræ Sanctæ. *lib.* 1. forte idem opus.
De situ Hierusalem *lib.* 1.
De Paschate legitimo. *lib.* 1.
Epistolas. *lib.* 1. *Balæus*
De Sancto Columba Scoto Presby*tero, & Confessore* *lib.* III.

Edidit Henr. Canisius Tom. ult. Antiquar. lection. Obijt anno DCCXCVII. Sedente in Petri Cathedra *Sergio-Eugenio* VI. in Scotia pacificè regnante. de mira continentia Beda lib. IV. capit. *XXV.* colitur *XXXI.* Ian. Foroan.

S. ADAMANNVS. 4.

S. *ADAMANNVS*, alius à Coludio Abbas, scilicet S. Columbani in Insula Huensi, siue ut ait Hieronymus Platus lib. II. de statu Religioso cap. *XXX.* in *Scotia Abbas*. Sunt qui hos confundant, separat tamen Arnoldus Vuion lib. III. lign. uit. pag. CCCCVI. & ex Trithemio, Beda Sixtoque Senensi hunc uocat *virum admirabilis doctrinæ, & sanctitatis* scripsit.

De Paschate ritè celebrando.

Florebat anno DCL*XX*. colitur *XXX*I. Ian. & *XX*III. Septemb.

S. ADALBERTVS. 5

S. *ADALBERTVS*, alijs *Adelbertus* Belgis sanctam operam nauauit, quem Scotum Natales Molani ostendunt. *Bonifacii* Scoti discipulus, ac SS. Albo adscriptus Trithem. lib. III. de vir. illustr. ordin. S. Benedicti cap. CCXXVIII. & lib. IV. cap. CCVI. relicta sede sua Hierosolymas cogitauit, sed diuinitus admonitus Roma redijt, & pro fide ab Infidelibus cęsus. *Benedicto* VI. Pontifice, & *Othone* III. Augusto, *Culeno* rem Scoticam administrante, Meminit eius Leo Marsicanus Cardinalis lib. II. hist. Casin. cap. XVII. Scotum fuisse declarat opusculum M. S. In Bibliotheca Pauli Petauij Senatoris Parisiensis.

De diuina misericordi a Adelberti Scoti Lib. I.

Floruit Anno DCCLV. præterea S. *Hieronis* conciuis dicitur à Renero Snoo lib. V. rer. Batauicar. pag. LVI. vide lib. IIX. infra hic, colitur in Egmonda XXV. Iunij, Vuion.

S. ADELMVS. 6

S. *ADELMVS*, siue *Adhelmus*, siue *Anthelmus*, sed & *Althelmus* cognomento *Bladuinus*, aut, vt nonnullis visum *Durobellus*, *sanctissimus, & eruditissimus Saxonum Præsul* Ioã. à Chokier lib. IV. Thesaur. Polit. cap. II. Iac. Lectius Notis ad Epigrammat. & poemat. vetera pag CXCIX *Aldhelmi Scoti ænigmata non putauimus edenda.* Græcè latinèque supra eam ætatem eruditus. S. *Kiliani discipulus in Anglia florebat*, ait Sigibertus Anno DCXCIV. Cœnobiũ hic *Malmesburiense* in Anglia piè, Abbas *Maldulphi* Scoti successor, rexit, *Maildulbense* vocat, & in Scotia collocat Trithem. lib. de script. Ecclesiast. pag. CCXLVII Nam cum in Italia, Germania, Galliaque ab ineunte ætate optimis artibus incubuisset, ita Musices, & Poetices studia exercuit, vt non minus inter celebratissimos sui æui Theologos haberetur. Quare *Inas* occidentalium Saxonũ Rex eum magno loco habuit, (cuius filium facit impudenter, vt solet, & nullo autore, Ioannes Capgrauius, alijque eius farinæ Haeretici) imo e Scotia cum S. *Maidulpho* egressus, discipulorum ipsius

potissi-

potissimus habebatur, vita *Maidulphi*, & Scotichronicō, & in eius gratiam Sherbornensem Episcopatum, quæ postea Sarisburiensis dicta Diocæsis, instituit, postquam annis XXXIV. Abbas fuisset.

Non induit habitum in Anglia, vt Apostata Balæus cōtendit, sed in *Maildubensi* Cœnobio Benedictino in Scotia, quod etiam Abbas sanctè administrauit, vt præter nostrates Conradus Gesnerus in Bibliotheca correcta prodidit.

Beda eū lib. V. hist. Angl. cap. IX. effusè laudat. de scriptis etiam Ioan. Meursius Mantisa cap. I. *Elegans sane scriptor Adhelmus, & dignus clariore luce, nunc quasi in latibulum aliquod compactus a paucis legitur, stylus etsi non ornatus, amœnus tamen est, & capit Lectorem eruditum ob insertas melioris literaturæ non paucas gemmas. De me equidem profiteor supra modum delectatum fuisse stylo in illa temporum inamœnitate tàm grato, & tam docto in ista barbarie.*

Scripsit multa, sed hæc ferè eminent cum adhuc Abbas esset iubente synodo gentis Anglicæ insigne, & vtile opus,

Aduersus errorem Britonum.	*Lib. I.*
De celebratione Paschæ.	*Lib. I.*

Sæpe hoc opere memoraui, & plene Gabriel Prateolus Marcossius vir doctus Elenchi Hæreticorum lib. XI. in voce *Montanistæ* lib. XII. In Nouatiani lib. XIV. in *Paschatitæ*. lib. XV. in *quatuordecimani*. lib. XVII. in *Sabbathini*. lib. XVIII. in *Tessares decatitæ*. Hosius lib. de Cæremonijs cap. XCI. Nicephor. lib. IV. cap. XXXV. Socrat. lib. XII. cap. XXXII. Philastrius Brixiensis. S. Leo. epist. LXII. S. Epiphanius Hæres. XX. & Hæres LI. & alij.

De Virginitate SS.	*Lib. I. versu*
De eadem Re	*Lib. I. prosa.*
Epistolæ ad diuersos.	*Lib. I.*
De vita Monachorum	*Lib. I.*
De laude SS.	*Lib. I.*
De Septenarii dignitate	*Lib. I.*
De octo vitiis principalibus.	*Lib. I.*
De Arithmetica	*Lib. I.*
De Astrologia	*Lib. I.*
De Philosopherum disciplinis.	*Lib. I.*
Flores vtriusque testamenti.	*Lib. II.*

Cantic

Cantiones Saxonica Lib.I.
Hymni Lib.I.
Odæ Lib.I.
Carmina varia Lib.I.

Hæc & Trithem.enumerat,& nonnulla Henr. Canisius, vir bono rei literariæ natus,pridē publicauit,præterea à R. P. Martino Delrio prodierunt.

Aenigmaton versus mille. Ei etiam adscribunt docti, & in his Ioan.Chokier lib.III.polit. cap.XVII.
Distlcha moralia Lib.I.quæ constat esse Valerij Catonis.

Florebat anno DCXCIV.ut vult Sigibert. DCLXXX.vel DCC. Obiit vero anno DCCVI.& SS.albo die XXV. Maij adscriptum Marty rolog. Romanum Recolit,Cardinalis Cæsar Baronius tom.VIII. & IX. Annal. Vitam tanti Antistitis certatim scripserunt *Eguinus*, seu *Eugenius* VVigorniæ Episcopus,& S.*Osmūdus* Neustrius, qui obijt anno M.XCIX.& *Faritius* Tuscus, & *Guillelmus* Malmesburiensis,obijsse eum diem suum vult Baronius ad Martyrologium anno DCCXIX.&sane quicquid laudati autores Sigebertus,Lectius, & alij sentiant,ego magis indicor,ut Anglum ortu, Scotum uero tantum incolatu æstimem.

S. AIDANVS 7.

S.*AIDANVS Episcopus*,inquit Sigibertus Gemblacensis ad annū DCXXXV.*Sancti Columbæ discipulus à Scotia veniens apud Anglos clarebat Sanctitate,& doctrina.* In quibusdam est *Aidan*,cognomento *Avvinus*.*Osuualdo N*orthumbriorum Regi viros sanctos ad gentis suæ institutionem à Rege Scotiæ Donaldo per legatos petenti in Angliam missus est,ut narrant Hect.Boeth. libr. IX.pag.CLXXIV.Franc.Godvvnus in Præsulibus Angliæ pag. XCI.ex Beda lib. III.hist.Ang.cap.III.V.XIV.XVI.XVII.Petrus lib.VII.Catalogi cap.XXIII.*Adrianū male vocat* Camden. in Northumbria.*Aidanum Scotum ad suos Christiana religione imbuendos euocauit*.superbe: imo legatis missis orauit.Rursus in Insulis.*in Lindisfarne Aidanius Scotus sedem Episcopalem constituit*.

Io. à Nigra Valle Epit. Chronicar. S. *Aidan. Scotiensis.*

Hic non aliter docebat, quam viuebat, ideo iure *Northumbrorum Apostolus* à gente ea ad Christum conuersa vocari meruit. Ioan. Leslæus lib. IV. hist. Scot. pag. CLVIII. *Coifi* Idolorum Sacerdote victo regionem Christo subdidit. Hunt. hist. lib. III. Et ideo Lindisfarnensis Ecclesiæ primus Episcopus, sedem in Insula ea constituit primus, quæ postea Insula bello vastata Dunelmum trãslata Polyd. Virg. lib. V. hist. Angl. pag. CV. Hic primam fœminam nomine *Hein* in ea Insula sanctimonialem consecrauit Beda lib. IV. Hist. Ecclesiast. Angl. cap. XXII. vide infra hic lib. III. in *Cormanus*, vbi fusius. Eius verò sunt.

Commentarij in Scripturas.	*Lib. I.*
Homiliæ.	*Lib. I.*
Conciones.	*Lib. I.*

Obijt Anno salutis DCLI. Ossa verò in Scotia per *Colmannum* successorem translata, & paucæ reliquiæ Glastoniæ conditæ Guill. Malmerbur. Monachos non ceruisiam, aut vinum, sed lac, & aquã bibere voluit, late Houeden part. I. princ. & repetit pag. CCXL. Demochar. T. III. pag. XLVI. T. IV. pag. CXXIV. Scotum facit, vt & SS. *Finnanũ, Colmannũ, Diurnam*, & *Cellach.* diserte Bibliot. SS. PP. apud Io. Gualter. Chron. Chronic. pag. DCccexcI. *Aidanus Auuius Scotus. Animam eius puer Cuthibertus vidit ab Angelis in Cælum ferri*, ait Florent. VVigornien. memoria eius celebratur ab Ecclesia die XXXI. Augusti. Martyrologi Scriptores Molan. addition. Vsuard. Martyrolog. Roman. Pet. Galesinius. Archiepiscopum facit Arnold. Vuion. lib. II. lign. vit. pag. CCXLV.

S. ADALGISVS. 8.

MAgna sanctitatis fama *Adalgisus* exercuit viri boni officium in Belgio suscipiente *Madelgario*, qui postea sanctus *Vincentius* dictus est, Hannoniæ Comite, notat Aubertus Miræus de Canonicor. Collegijs cap. XLV. Comites fuisse Sanctæ peregrinationis *Fursæum, Foillanum, Vltanum, Eloquium, Ettonem, & Adalgisum.* Hi sunt illi de quibus Sigebertus in Chron. *Præter hos & alii multi de Anglia, vel Scotia peregrinantes verbum Dei seminabant,*

multumque fructum Deo faciebant. scilicet Etto, Bertuinus, Eloquius, Adalgisus, Mombulus, VVasnulphus, & Autbodus, ita enim Supplédus scriptor ille, ex serie temporum obseruat Ioan. Molan. Theologus, antiquariisque doctissimus in Natalibus SS. Belgij, & Aubertus Miræus in Chronici Sigeberti vltima editione. An aliquid scripserit non deprehendi, aut si scripsit certè iniuria temporis perierunt omnia.

Vixit Anno DCLI.

S. AVTBODVS. 9

S. *AVTBODVS* S. *ADALAGISI* ciuis, & Collega à Martyrologij collectore vitam hanc temporariam debet clarissimis Auberto Mireo, & Ioãni Molano addition. ad Vsuard. XXI. Nouẽb. Lugduno Clauato depositio. S. Autbodi. Apparet Episcopũ fuisse. Nulla ad nos opera ipsius peruenere.

Floruit Anno DCLI. Lugdunum alij eum rexisse volũt, sed ego *Laudunum* malim fuit enim *Laudunum Clauatum* vulgo *Laon*, & antiste eius Dux, & Par Franciæ.

S. AEMILIANVS. 10.

S. *AEMILIANVS* Scotus memoratur Francisco Maurolyco Siculo Abbate Messanensi Martyrologio suo ad diem XII. Nouẽbris. *fuit & Aemilianus in Scotia clarus Episcopus, qui Fauentiæ obiit.* Nec plura de eo alibi legere memini: Episcopatum Fauẽtiæ gesserit an domi, aut quo casu eò accesserit, aut quo sæculo vixerit? alii discutiant, nam ego tabulas adumbro tantum, & rudes tero colores: Apelles alius sit oportet à quo summa huic operi addenda manus speretur.

Scripta etiam interierunt, Nec vllum apud Fauentinorum scriptores de eo verbum. O casum, chara patria, tuum. de eo certiora ex Petro à Natalibus in Catalogo SS. lib. X. cap. LIII. habet. Constant. Ghinius in SS. Canonicor. Natalib. ad diem Nouembr. XII. cuius verba apponam. *Fauentiæ S. Æmiliani Episcopi Scotiensis, qui ex ea Insula oriundus domino à primis annis militauit, & dum esset om*

nium

nium ore laudabilis ad sacros ordines promotus, etiam ad Episcopatus opus assumptus fuit: quo strenuè aliquot annis administrato Romam venit ad Apostolorum Limina: Inde vero in patriam rediens dũ apud Fauentiam consisteret, graui languore correptus paucis diebus feliciter migrauit à saeculo: Cuius corpus extra vrbis muros in Ecclesia S. Clementis humatum fuit. Cum autem à Luitprando Lõgobardorum Rege Ciuitas depopulata, ac deuastata esset corpus sancti omnino incognitum remansit. At tempore Bernardini Comitis, ac Theodolenda eius vxoris readificata ciuitate supra incognitum sepulchrum cumulum foeni positum fuit, Super eum verò cum duo con fabularentur, ecce alter eorum alapa inuisibiliter percussus erga socium irascens (Ille vero se excusaret) iterum & tertiò percussus est. Admirantes simul quid si hoc vellet, rem ad Comitem detulerũt, qui iussit foenum amoueri, & terram fodi, inuentumque est Sancti Corpus, miraque fragrantia ex eo erupit, quare intra moenia ciuitatis summo honore delatum, & sepultum est in Ecclesia S. Mariae, vbi miraculis coruscat. Scripsit autem.

De Dreyburgensi Coenobio. *Lib. 1.* Canonicus Regularis huius Monasterij, vt placet Gilberto Bruno, sed falso, nã opus illud multò posterius est aetate *Æmiliani.* verũ opus illius est *Ad Restennetos fratres. Lib. I.*

De Actis Bonifacii *Lib. I.* hic est *Bonifacius* Papa, & Episcopus Rossensis in Scotia, qui *Restennetum* fundauit, & Canonicis Regularibus attribuit Boethius in Praefatione ad Episcopos Aberdonenses.

Vita extat M.S. Fauentiae apud R R. PP. Franciscanos scripta per Ioannem Antonium Flaminium Forocorneliensem, *Italice* reddita per Paulum Cauinum Fauentinum. sic incipit, *S. Aemilianus in Scotia natus, Fauentiae protector.* Ioannes à Nigra Valle S.R.E. Bibliothecarius Apostolicus Epilogo Chronicarum XIII. cap. XIIX. *S. Aemilianus Episcopus Scotiensis confessor.*

S. ALTHO 11.

S. *ALTHO* Monachus Benedictinus, & primus Abbas Monasterij, quod ab illius nomine *Altomunster* vocatur quasi dicat *Mo*

nasterium Althonis, latè Viguleius Hundius in Metrópoli Salzburgēsi. *insigni virtute viuus, miraculis defunctus claruit*. Arnold. VVion. in adiunctis ad li. III. lig. vit. pag. DCCCC. III. Scripsit.

Speculum Charitatis.	*Lib. I.*
Hymnos de Sanctis.	*Lib. I.*
Ordinationes Claustrales.	*Lib. I.*

Florebit Anno DCC. aut Paulo serius quando excessit non inueni. VVingartensis Monachus lib. de Guelphis Principibus in *Ethicone* pag. CLXXXI. colitur VII. Februar. V. Aug.

S. ARNVLPHVS. 12.

S. *ARNVLPHVS* Metensis Episcopus cuius commemoratio est ab Ecclesia honorata die XVI. Augusti, *Sanctitate vita, & miraculorum gloria illustris Eremiticam vitam dilexit*, ait Vsuardus. Martyrologio. Extat liber apud Bedam Tom. III. de eius miraculis, & alium super eadem re scripsit Ioann. Molan. Francisc. Rosieres Tom. III. Stemmat. Lotharing, cap. XLVII. Trith. lib. III. vir. Illust. ord. S. Benedicti cap. LXXIX.

Scotum licet censere, quod frater sit S. *Vvendelini* Scoti VVion lib. III. pag. CCCXLVI. Trithemius Locrius, alij, idem.

Claruit Anno DCXX. vide supra hoc libro in S. *Adamannus*.

S. ALCVINVS. 13.

S. *ALCVINVS* aliis *Alchuinus*, vulgo *Albinus* cognomento *Flaccus*, quod vt Horatius Flaccus lyricis delectaretur, *eruditissimus summusque Philosophus*. Donat. Acciaiolus Florent. in vita Caroli Magni ad finem. *Beatus* appellatur à Flodoardo histor. Rhemēsis lib. III. cap. XXI. Sanctus colitur Arnold. Vvione teste lib. III. lign. vit. pag. DCCCIII. & lib. v. cap. CII. Colitur die XIX. Maij. Idem pag. CLXVII. Hic vnus est ex ijs quos *Achaius* Rex Scotiæ ad *Carolum Magnum* cum fratre *Gulielmo* in Galliā misit, omnis politioris eruditionis præceptores. Erant hi *Alcuinus*, *Rabanus*, *Clemens*, & *Ioannes*, quorum duo priores Academiam Parisiensem eiusdem Regis munificentia dotatam legibus fundarunt, Posteriores.

ſteriores Ticinenſem in Italia Scholam iubente eodem principe inſtituerũt. Et tunc quidem in vniuerſa Europa duæ illæ ſolæ fuerunt incredibili gentis noſtræ commendatione, à Scotis erectæ. Anton. Sabell. Ennead. VIII. lib. IX. in limine hiſtorici Galli, & Scoti pene omnes, elegantiſſimè in Lutetia ſua Rudolphus Botereus I. C. Hiſtoricus, ac Poeta acris iudicij, limatiſſimi ſtili, qui nõ eſt ad manum Poeta alius Germanus ſic habet.

Quod non Alcuino facunda Lutetia debes?
Inſtaurare bonas ibi qui feliciter artes,
Barbariemque procul Scotus depellere capit.

Et Euſtachius Prutenus poemate De Pariſiorum laude.

Ecce ſenex quidam Scotis agitatus ab oris
Attulit optatos in loca Galla pedes.
Nomen adhuc meminit, quamuis Carioſa vetuſtas:
Alcuinus meritum poſteritatis habet.
Quas poſuere ſcholas, ſuperare palatia Regum
Structuris, ſpatio, ſumptibus, arte putes.

Errat multipliciter Arnoldus Vvion lib. III. lig. vitæ pag. Dcccxi i i. qui cum *Alcuinum* falſo *Anglum* feciſſet, cogitur tamen vi veritatis *D. Ioannem Scotum Diaconum, & Doctorem, ac Academiæ Pariſienſis fundatorem* appellare, vel vt alii habent *Papienſis*, eũq; cum *Clemente ex Scotia veniſſe.* Deinde grauior lapſus, dum confundit hunc *Ioannem* cum *Erigena* Abbate Vercellenſi quos diuerſos eſſe diſces ex ijs, quæ ſcripſi.

Nec minor lapſus Heliæ Putſchii, qui putauit *Albinũ* citatum à Priſciano lib. VII. ex lib. I. Rerum Romanar eſſe *Alcuinum* noſtrum cuius verſus lenior eſt, quã vt à noſtro ſit, vt omittam Priſcianum Alcuino multis ſæculis priorem, verſus ſunt iſti.

Ille cui ternis Capitolia celſa triumphis.
Sponte Deum patuere, cui freta nulla repoſtos.
Abſcondere ſinus, non tuta mœnibus vrbes.

Vt non potuit laudari à Priſciano, ita à Maximo Victorino citatum iure exiſtimo, ille enim in lib. de Carmine Heroico, ita habet *Albinus in libro quem de metris ſic Scripſit.*

Vilem ſpondæo totum concludere verſum.

Et Scotos quidem non Anglos fuiſſe affirmant conſtanter, præter

An-

Anglos omnes omnium gentium scriptores, & Acta MSS. Academiæ Parisiensis quibus constat adsessores tantùm quatuor habere ab initio solitum, qui procuratores vulgò dicti, *Scotiæ, Fräciæ, Picardiæ, & Normaniæ*, paulatim deinde ut fit, graui exilio Academiæ eâ sub Ludouici Pij impubertate, afflicta, cum tardius *Scoti* conuenissent, *Angli* titulum præsumpsere, ut quæ prius natio *Scotiæ* dicebatur, *Anglicana* appellaretur, nunc verò *Germanica* audit in ultimum locum reiecta, quæ omnia ex actis eiusdem nationis MSS. excerpsi. Ad hæc, à primis sui incunabulis Academia ista *Scotos* sẽpér eminẽtissimo loco professores fouit in hodiernũ diẽ. Sed ad Alcuinũ nostratẽ primum huius Academiæ parẽtẽ redeo.

In Francicis Annalibus, & apud Rheginonem Prumiẽsem *Alahuinus*, à nonnullis *Alvvinus*, id est *vndique rem agens*, vt Põtus Heuterus in Etymis prodit, Henricus Canisius malè *Anglicum* vocat nullo argumento probabili, cum *Scotus* fuerit, ut plerique alij eo sæculo Eboraci in Anglia nutritus, Continuator Bedæ lib. primo, cap. IX. quare ipse Epist. XXI. Educatum se Eboraci videtur innuere, & epist. XXIV. Sed tamen ad Scotos scribens *Vernaculum* se uocat epist. XXVI. rursusque apud Malmesburiensem lib. I. gest. Angl. cap. III. *Ego parabam ad vos venire, in patriã reuerti*, id esse *Scotiam* occulatus lector facile iudicabis.

Hermãnus Kirchnerus lib. II. de legati Iure, dignitate, & officio cap. IX. *Alcuinum (cuius monumentum, & ossuarium patria mea Hersfeldia ostendit, in antiquissima Regalis, ac exemptæ Abbatiæ Ecclesia, quæ eadem anno quo venerabilis Beda decessit humanæ redẽptionis septingentesimo sexto, condita est, cuius administrationi nunc temporis, cum hæc editioni secundæ committerem, felicissimè præest Reuerendiss. & Illustriss. Princeps Otto, Landg. Hassiæ, &c. Illustriss. Principis Mauritij primogenitus, qui ad celsissima patriæ virtutis fastigia secundissimis gradibus contendit, à Scotiæ Rege ad Carolum Magnum missum legatum emãsisse, seseque in grattim, ac fidem, & officium magni dedisse, artesq. Logicas, & Mathematicas, astrorumque scientiam Imperatorẽ docuisse accepimus. Bene quidem ille, qui Imperii nostri caput sapientiæ fonte irrigarit. Sed malè quod legationis prouinciam deseruerit.*

Bedæ discipulum non minus Trithemium secuti faciũt, at ipse epist.

XXIII.

XXIII. eũ vocat *nobilissimum sui temporis magistrum non suum*, claro argumento id esse falsum, adeoque ipse Beda in Præfatione Anglicæ historiæ, illum non *Discipulum*, sed *Collegam* videtur cognoscere, honorifico sanè elogio, ita enim ille, *autor ante omnes atque adiutor huius operis Albuinus* Abbas *Reuerendissimus, vir per omnia doctissimus, extitit*. Certiora ergo sunt inquirenda.

Quibusdam *leuita* audit, alijs Abbas Monasterij S. Martini Turonensis, sed præcipuus ei honor, Caroli Magni animum scientijs excoluisse. Quare Monachus Sangallensis Anonymus in vita Caroli Magni honoris causa *Preceptorem* vocat Sigebertus Gemblacensis Chronic. ad Annum DCCXCI. *Alcuinus de Britannia magister delitiosus Regis Caroli Magni, scientia literarum præpollet in Gallia cuius præcipuè magisterio ipse Rex, omnes artes liberales didicit. Hinc multa scripsit.* &c. Sic importuni homines dum suæ nimium opinioni adstruunt, penitus euertunt.

Laudāt Kinehardus in uita Caroli Magni. *In discenda Grammatica Petrū Pisanū iam senē audiuit, in cæteris disciplinis Albinū cognomento Alcuinum, Diaconum de* Britannia, *virum vndecunque doctissimum* Præceptorem *habuit apud quem, & Rhetorica, & Dialecticæ, præcipuè tamen Astronomicæ ediscendæ plurimum temporis, & laboris impertiuit, discebat & artem computandi, & intentione sagaci siderum cursum curiosissimè rimabatur.* Germanus quidam qui patrum memoria quædam eius publicauit. *Alcuinus autor, vbique pius, vbique doctus, succinctus maturus, grauis, Scientia plenus, & ante omnes alios ea ætate dignus, qui manibus teratur, gente Scotus, conuersatione Gallus.* Incertus autor Annalium Francicorum à Petro Pithæo editus ad Annum DCCXCIV *his temporibus Alcuinus cognomento Albinus, sanctitate, & doctrina clarus habetur*, qui locus nos docet eundē esse *Alcuinū*, & *Albuinū*, quod non neminem torsit. Ipsius Caroli Magni Epistola extat in Bibliotheca SS. Patrum eum non mediocriter laudantis. Scripta eius eminentiora hæc sunt.

Diuinæ historia correctio,	*lib. 1. Sigibert. loco laudato*
De S. Trinitate	*lib. 3. hortante Carolo Mag.*
De Diuinis officiis	*lib. 1.*
Ordinis Romani expositio	*Tom. 1.* Biblioth. SS. *Patr.*

Ad

Ad quæstiones Fridigisi	*lib.* 1.
Ad Eulaliam de Ratione Animæ	*lib.* 1
Ad Guidonem Comitem de veritate sententiarum.	*lib.* 1.
In Cantica Canticorum	*lib.* 1.
In Euangelium Ioannis	*lib.* VII.
De Adoptione filiorum	*lib.* 1.
In Apocalypsin Ioannis	*lib.* 1.
De Ecclesiasticis dignitatibus	*lib.* 1.
Speculum paruulorum	*lib.* 1.
De nominum Dei proprietate	*lib.* 1.
Vita S. Vedasti Episcopi.	*lib.* 1.
Epistola ad diuersos	*lib.* 1.
In Euangelia Dominicorum dierum, feriarum, festorum totius anni	*lib.* 1.
Ex Doctoribus Catholicis homiliæ CCLIV.	
In Genesim	*lib.* 1.
In Ecclesiasten.	*lib.* 1.
In Epistolas Pauli	*lib.* XIV.
Enchiridion in quosdam Psalmos	*lib.* 1.
Sententiarum	*lib.* 1.
Rhethorica	*lib.* 1.

Hæc quidē penè omnia luce donata de quibus malignè Ant. Cocc. Sabellicus Ennead. VIII. lib. IX. in limine *Alcuinus Caroli præceptor cuius ad posteros multa manarant sapienter*, & piè, magis *quā eloquenter elucubrata*. Eloquentiam quam requirit nullus rudi eō sæculo possidebat, & si quis alius Alcuinus noster. Aequius VVernerus Rolleuincus, Laetius VVestphalus Carthusiani instituti Monachus autor fasciculi temporū. *Alcuinus vir doctissimus, & sancta vita clarus, magister Caroli multa scripsit, & reformauit* Anno scilicet DCCXCV.

Nuper verò studio Henrici Canisij V.C. aut aliorum prodierunt

Epistola de Confessione	
Epistolæ 11. *aliæ.*	
Dialectica	*lib.* 1.
Homilia in natalem S. V*Villibrordi*	*lib.* 1

Vita

Vita S. VVillibrordi *lib.1. carmine scripta.*
Elegia in S. VVilgisum
Putant esse eisis vt supra.
De Rebus Romanis. falsò. *Lib.1.*
De Metris. *Lib.1.* De libero vide ea. quæ supra de eo dicta sunt.

Non edita vero sunt opera eius non pauca, in Vallicellana seruatur M.S. *Ingens Thesaurus* ait Baronius ad Annum DCCLXXVIII. Annal. *Vetus Bibliorum Codex.* *Lib.1.*
In Bibliotheca Imperatoris Viennensi.
Intercessio pro puero Mauro. *Lib I.*
Vita S. Richarij *Lib.1.* Surius XXVI. Apr.
Vita S. Vvillibrordi Prosa *Lib.1.* Sur. VII. Nouēbr.

Maxima eius claritudo a Paulo VVarnefrido recensetur in Chronico *Elisandus Toletanus Episcopus hæresim excitauerat qua asserebat cum Felice socio filium Dei adoptiuum tantum non propriū esse, quam hæresim synodo ad Francfurtum indicta reprobauere Paulinus Aquilegiensis Patriarcha, Petrus Mediolanensis Archiepiscopus, Alcuinus de Britannia* Anno DCCXCIV.

Obitus eius variè refertur, placet Odoranni Monachi S. Petri Viui Senonēsis sentētia in Chronici fragmento DCCCIII. *Obijt Alcuinus Philosophus Abb. S. Martini. Sepultus ad S. Paulum de Cormariaco, quod Monasteriū in ipsius gratiam fundauit Carolus Magnus,* Malmesbur. lib. I. Histor. Reg. Angl.

Tantum & talem virum non modo Anglum nonnulli fecere, sed & Gallum, vt in Chronico Canonicorum Regularium apud Zachariam Vicentinum Benedictinum ex Ioanne de Nigra Valle Bibliothecario Apostolico in Chronicis Epilogo XIII. cap. XIIX. Io. Philippus Nouariensis lib. v. Chronici cap. VI. Sed suos ad se Gallia, Angliaq. admittat, aut lege antiqua vindicet, Scotiæ Scotos relinquat. Plura in Apparatu Scoti pag. CLI.

S. ALFRICVS. 14.

S. *ALFRICVS Episcopus, & Martyr* ait Ioannes à Nigraualle bibliothecarius Apostolicus, ordinis pia n onstratensis in Epitome

me Chronicarum, Epilogo Decimotertio, capite decimo octauo, & repetit Ghinius die incerto in Natal. SS. Canonicor. nec de eo mentio, aut in Martyrologio Romano, Lydio, scilicet omniū hagiologorum lapide, aut Vsuardo, Molano, Galesinio, Vvione, Petro, Maurolyco, & Ado cum Beda non sunt ad manum. fuit Nepos S. *Bonifacij* Germaniarum Apostoli, quia frater præsulis, & martyris sanctissimi, vt habet Anonymus in vita eius apud Suriū Tom. Iv. pag LXXvI. quod si coniecturæ locus relinquitur ex isti mo illum vnum ex ijs LII. qui cum illo sanctissimo Apostolo Germaniarum, in Frisia martyrium perpessi, nominibus pœne hactenus caruerunt, & Episcopum vocari, non quod alicui sedi illigatus, sed eo tantum ad conuertendas gentes titulo donatus sit, vt de eo æuo solemne; sed diuinatio sit hoc, non scientia.

Floruit & passus est cum S. *Bonifacio* auunculo Anno DCCLV. aut cum fratre vixit Anno DccccxxIIx. tu vide lib. vI. infra hic.

S. ADAMNANVS. 15.

S. *ADAMNANVS vir sanctissimus* Ferquhardo *II. Regi familiaris, qui illum Eugenio* VI. *Regi postmodum filio suo erudiendo præposuit, cuius ductu, & tutela* ait Hect. Boeth. lib. IX. hist. Scot. pag. CLXXIX. *bonis moribus educatus ad Scotorum peruenit imperium, eximius pietatis cultor amicitiam etiam cum Brudeo Pictorum Rege, & S. Guthberto* Scoto *Lindisfarnēsi Episcopo sāctè coluit.* Pergit idem Historicus. *Cuthberto, & Adamnano suadentibus fœdus icit cum Northumbris, at nulla ratione induci poterat vt fœdus cum Pictis iniret, adeo exosus gentis perfidiam, & quod Scotis hostes se impiè ostendissent, & quod Northumdris in bello nuper cum Scotis gesto parum seruassent fidem; verum annuas inducias eadem cum gente pepigit: quibus tandem quod frequentius non sine Scotorum incommodo violarentur, solutis, bellum per fecialem Pictis indixit* Annixi *Cuthbertus, &* Adamnanus *olim sanctissimus gētes in Concordiam redigere, vltrò citròque frequenti vsu legatione frustra se rem tentasse sentiētes ad diuinam opem recurrere, sacris supplicationibus variis in Albione locis quibus ipsi adfuere, proregum omnium consensu factis. Ferunt sanctissimos Pontifices obtinuisse*

nuisse apud Deum Opt. Max. cuius nutui cuncta imperia hominumque mentes, & domi, & militia subiacent, vt eo bello perseuerante Scoti, & Picti nunquam totis viribus congrederẽtur. Episcopatus dignitatem sanctè, & grauiter nulli certæ sedi addictus, ùt eius sæculi ferebat consuetudo, exercuit. Alij Huensis monasterij tantũ Abbatẽ fuisse volunt Beda lib. V. histor. Ecclesiast. gẽt. Anglor. cap. XVI. & XXII.

Addit Fordanus sanctissimas illius reliquias sua ætate in Morauia asseruatas: sed quia nec Martyrologia, nec historici alij loquũtur haud affirmẽm in re ambigua. Scripsit.

Acta legationis suæ.	*lib.* 1.
De synodo patria	*lib.* 1.
Ad Nordanimbros.	*lib.* 1.
Homilias ex sacris Scripturis.	*lib.* 1.
Ad Pictos Monitorium.	*lib.* 1. *huius, & superioris operis meminit Fordanus.*

Florebat anno DCLXXX. Colitur die XXIII. Septemb. Scotichron. lib. XIV. c XL. Molan. ad Vsuard. aut XXXI. Ianuar. Marty. Angl. Præcipuis Scotiæ sanctis adnumerat illum S. Alcuinus in Bibliotheca Bertiniana Poemate CCXLVI. MS.

Patricius, Cheranus, Scotorum gloria gentis,
Atque Columbanus, Congallus, Adamnanus, atque
Præclari Patres, morum vitæque magistri,
Hic pietas precibus horum nos adiuuet omnes.

S. AMPHIBALVS. 16.

S. *AMPHIBALVS*, Veremũdo autore, vir insignẽ pietate, primus Sodorensis Episcopus creatus, primum in Mona Insula Episcopum vocat Io. Leslæus pag. LXIIX. Epitome Chronicar. *S. Amphibalus Scotiensis Episcopus in Canonica Insulatum*, Christi dogma per Scotorum Pictorumque regiones propalando multa cõtra Gentilium religionem docendo, scribendoque gloriosum, & Christiano viro planè dignum multa senectute vitẽdo defessus, felicemq. sortitus est exitum Hect. Boeth. lib. VI. pag. XCVIII. Alius est ab *Amphibalo* Celdeo cuius ista hoc libro mẽtio. Scripsit

Contra Paganorum superstitiones.lib.1.
Ordinationes Ecclesiæ Sodorensis. lib.1.
Conciones. lib.1.

Vixit circa annum CCCXXV.

S. ADRIANVS. 17

S.*ADRIANVS Scotorum maximus Episcopus* iram Danorum declinaturus cum multis pijs fugiens in Insulam Maiam, quæ in Aestuario Forthæ posita Laudoniam hinc,inde Fifam despectat, secessit martyrioque affectus est. Sed verba Hect.Boeth.ex lib.x. hist.Scot.pag.CCvi audiantur.*Sub id tempus illis in regionibus ingens erat piorum numerus Christianum dogma vndique propalantium,hos secuta Danorum impietas cum multa affecisset strage maior piorum eorum pars cum Adriano Scotorum,tùm Episcopo maximo in Insulam Maiam,vbi tunc insigne Monachorum Monasteriũ, vt instans periculum declinaret fugiebat: quidam autem,licet pauci antris cauernisque latitantes parcè, & duriter vitam sustẽtantes euadebant occidionem.Sed Danos,nec Reuerentia loci,nec virorum innocentia retinuit, quin sanctissimum cum cætum Cœnobio incenso inauditis suppliciis interimerẽt.Hæc est venerãda martyrũ cohors,quam hac tempestate in* Maia *Insula* Anglia *&* Scotia *summa reuerentia fidelissimi quique prosequuntur,locum hominum frequentia eo confluentium,editis in dies Dei benignitate pluribus miraculis venerandum reddidit,atque insignem.Supersunt tanta multitudinis paucula hæc nomina. Adrianus venerandus* Antistes,*Glodianus,Gaius,vt alii dicunt,*Monanus S. *Andreæ Archidiaconus, Stolbrandus Episcopus.Cætera qua ratione.constat haud liquidè ad nostram non peruenerunt ætatem.*Non *desunt qui scribant sanctissimos Christi martyres Hungaros fuisse genere in Scotiam* Ethnico*rum feritatẽ,quæ sub id tempus in Germania debacchabatur fugiẽtes,seruandæ religionis causa,traiecisse.*Alii ex Scotis, *Anglisq.gregariè collectos; sed vndecunque fuerint,consuetudine* Scotos *fuisse,veram docuisse,& verbo & opere pietatem. constanter tandẽ pro Christi nomine martyrium passos relatos in Diuorum numerum,beneficiaque pie poscentibus præstare quotidie,nulli qui eam regionem nouit,esse ignotum potest.*

Scri-

Scripſit Adrianus vt ex Scotichronico liquet Lib. IV. cap. IIX.

De conſtantia Chriſtiana lib. I.
De Humilitate ad Monachos. lib. I.
Commentarium in Scripturas lib. I.

Martyrium paſſus eſt *Hungaro*, *Hubba*, & *Gadano* danis Scotiam violento impetu inuadentibus ad vlciſcendam Pictorum iniuriã, quod contigit anno DCCCLXXIV. Anglici, & Scotici annales. colitur die IV. Martij I. April. II. Auguſti.

ANONYMI S. MARTYRES bismille. 18.

DVo millia *Sanctorum Anonymorum* glorioſum pro religione Chriſtiana ſuſtinenda mortem oppetierunt, vt ex relatione Hectoris Boethij conſtat cuius verba ſuperius adducta in S. *Adriano* hunc numerum reperi ex reuelationibus S. *Leſmonis* apud Richardum Brunum. Paſſi ſunt anno DCCCLXXIV. & glorioſa veneratione reliquiæ illorum colebantur in celebri monaſterio inſulæ Maiæ in Forthæ æſtuario, quod Fifam à Laudonia diſterminat.

S. VII. ANONYMÆ. 19.

S. *DONEVALDO Scoto* filię nouem fuiſſe perhibentur omnes virginitatis gloria illuſtres, & in diuorum relatæ numerum miraculis claruerunt, duæ maiores *Mazota*, & *Fincana*, reliquarum nomina interciderunt. vide quæ fuſe dixi lib. IV. hoc opere in *Donevaldo.*

Floruerunt anno DCCXVI. colebantur reliquiæ non longe Albernetho regia Pictorum in Fifa.

S. ANONYMÆ. II. 20

SANCTAE DVAE peregrinationem ad loca ſancta ſuſceptã fratres ſuos ſanctos *Guniſortem*, & *Cunibaldum* ſecutæ, in Germania crudeliter occiſæ. Iacobus Guallus in Sãctuario Papiæ. *Sorores genere, atque forma ſpecioſa, ſpecioſiores fide, & virginitatis zelo*

Zelo superata fœminea fragilitate accedente etiam pia fratrum exhortatione, oculis ac manibus in cœlum intentis, Christum confitentes, cruentissima cade martyrii palmam adipiscuntur.
Martyrium passæ sunt citius vno anno, quam fratres hoc est anno CCCCXIX.

S. ASAPHVS 21.

S. *ASAPHVS* S. KENTIGERNI discipulus, qui quod regii esset sanguinis factione popularium patria pulsus circa annum DLX. habent annales nostri, sedem in Vvallia Episcopalem fundauit, quæ postea *Asaphensis* dicta est: sed ille ad suos reuocatus institutam nuper dignitatem discipulo suo concessit *Asapho*, qui quandiu sederit, aut quando abierit pro comperto non habeo, hoc tamen elogium ei concessit Io. Capgrauius *genere & specie clarus ab ipso pubertatis flore, & doctrina fulgens, & virtutibus vitam magistri in omni sanctitate, & abstinentia iugiter sequi satagebat* Arnold. Vuion lib. III. lign. vit. pag. CLII. *In Scotia S. Asaphi* Episcopi. Episcopatum multis post illũ sæculis antistite caruisse ex Huntindonensi non improbabiliter colligit Franciscus Goduuinus, quod anno MCL. Cathedrales tres tãtum in Vvalia enumerentur, Meneuensis, Bangorensis, Landauensis. Scripta vero ab hoc nostro.

Ordinationes Ecclesiæ suæ. *lib.* 1.
Kentigerni Magistri vita *lib.* 1.

In SS. Album relatus recolitur Kalendis Maij vna cum *Vvalpurga* virgine in Martyrologio Romano. Putat Illustris. Baronius claruisse eum circa annum DCXV. quod vix admitto, nam à S. *Kentigerno* vsque ad illud tempus anni sunt paulo minus ducenti.

S. ADRIANVS 22.

S. *ADRIANVS* Martyr, sed puer & Siciliæ princeps, S. *Ceresinæ* reginæ filius, S. *Vrsulæ* consobrinus, S *Dariæ* nepos S. Mauri affinis, frater SS. *Babilæ, Iuliæ, Victoriæ, & Aureæ* virginum, & Martyrum, nepos itidem S. *Macririi* Episcopi, cum matre in Britannia

tanniam, Scotiamq. nauigauit, inde cum virginum choro Romam perductus, iisdem comitibus Coloniam reuectus, Martyrij palmam, tenello corpore lacerato, percepit, quid enim aliud sanctissimum illum sanguinem, & pientissimos maiores decebat?

Passus anno CDLIV. colitur die XXI. Octobr. author est Petrus lib. IX. Catalog. cap. XXCVII. plura infra lib. VII. in S. *Geresina*.

S. AVREA.

S. *AVREA* virgo Vrsulana S. *Adriani* soror Regis Siciliæ ex S. *Geresina* filia Coloniæ ab Hunnis, post longos labores itineris, cæsa in cælo seuolauit, colitur vero ibidem loci cum suis.

Passa est anno CDLIV. XXI. Octobr. Petrus loco proxime laudato, & Chronicon Chronicorum ex actis Coloniensis Ecclesiæ.

S. ALBANVS. 23

S. *ALBANVS*, quod à vetustis Scriptoribus Britannus diceretur id in rem suā malignè Angli vertentes, *Anglum* è vestigio vt multos alios, perperam fecere, cognomētum *Verulamius* ab oppido sanctitate, vt puto, sua celebrato. Vir fuit non mediocriter in Sacris literis uersatus, sub Diocletiani tyrannide à Romanis militibus præsidiariis truculenter martyrio est affectus primus in ea Insula, qui causam Christi fuso sanguine asseruit, nec quisquam non eo modo sæculo, sed nec multis post Christianus eo tractu Anglus memoratur, ut necesse sit eum Scotum fuisse. Deinde Doctor ipsius fuit Sā ctus *Amphibalus*, ut hic infra. Recolitur tam gloriosi facti memoria XXII. Iunii Martyrolog. Romanum Franc. Maurolycus, Vsuardus Petr. Galesinius qui notat à Coloniensibus Albuinum dictum, perperam, & Venantius fortunatus,

Albanum egregium fœcunda Britannia profert.

Gesta eius habes apud Gildam Sapientem de Excidio Britanniæ circa principium Bedam lib. I. histor. Angl. cap. VI. VII. quæ fusè ab Vuione literis sunt consignata, vt testatur Ioan. Molan. ad Vsuard Martyrolog. Meminit Constantinus in vita S. Germani Altissiodorensis lib. 1. cap. XX. Scripta ad me non peruenerūt præ-

ter

ter vnicum opuſculum inſcriptum.

Chriſtianorum puritas *lib.* 1.

Deſijt viuere anno ſalut. CCLXXVI. vel, ut alij, CCCII. In his Mattheus VVeſtmonaſterienſis ad eum annum, qui prolixa narratione ab eo acta eſt complexus. Hartmannus apud Caniſium.

Scotia ſe Albano felicem Martyre clamat,
Victima qui Chriſto prima Britanna fuit.

S. AMPHIBALVS 24.

S. *AMPHIBALVS* vetuſtiſſimus author, vnus ex ijs, qui vulgo à noſtratibus *Culdei*, hoc eſt *Dei cultores* nuncupati. Hic multos ad fidem doctrina, multos morum innocentia pertraxit regiones oẽs corcuiẽs p͠e fideliterque concionabatur verbo, ſcriptis iuuabat. Translatæ eius reliquiæ VII. kalend. Iulij anno M. CLXXVII. Scripſit.

In omnes Pauli Epiſtolas *lib.* 1.

Florebat ſub *Fincormaco* Rege, vt eſt apud Hectorem Boeth. libr. VI. hiſtor. Scot. hoc eſt anno CCXXII. Idem ille ad fidem S. *Albanum* perduxit VVeſtmonaſt. ad annum MCLXXVIII. & fuſius ad annum CCCIII. Io. Leslæus lib. III. pag. XXII.

S. ANMICHADVS 25.

S. *ANNICHADVS*, vel *ANMICHADVS*, Arnol. Vuion. lib. III. pag. XXXVI. vel *Anmichardus*. Petrus Cratepoluis in Epiſcop. German. Monachus cognomento ea ætate vſitato *incluſus* illuſtri apud ſuos loco natus, peregrinatione ad loca ſancta pie inſtituta, in Germania Fuldenſe Cœnobium acceſſit, vnum ex ijs quindecim, quæ in Scotorum, gratiam ea in gente antiquitus fundata accepimus, quodque vt Gaſpar Bruſchus contendit totius Germaniæ primas, & princeps Romani Imperii eſt. Hic ille monaſterio habitu indutus rara pietate, & magna doctrinæ fama vixit. Sanctorum Albo adſcriptus III. Kalend. Februar. Trithemio Teſte libro tartio de vir. Illuſtr. ord. ſancti Benedicti cap. CCXLI. vel ipſis kalendis Februarii. Eius vt aiunt, eſt.

Et mentio in Antiquitatibus Fuldensibus curante Christophoro Bruuero. Claruit anno MXLIII.

S. ABRANVS. 26.

S. *ABRANVS* vnus ex fratribus S. *Gibiriani, siue Gibrini* in Campania Gallica insigni religione, & morum continentia vixit. Flodoardus lib. IV. Histor. Rhemen. c IX. Exrat ipsius insigne opus
In Psalterium M.S. in bibliotheca Petri Petauij Regij Lutetiæ Senatoris cui recenti manu D. Augustini meditationes adiunctæ sunt. *Lib.* I.

Floruit anno DXX. Sanctis adnumeratum liquet ex natalibus SS. Belgij Molani.

S. ALEXANDER. 27.

S. *ALEXANDER Scotiæ Regis filius* ait Thomas de Cantiprato lib. II. Apiarij cap. X. qui impellente sorore S. *Mechtilde* Regios honores auersatus in Galliam aufugit, & mira vitæ sanctitate floruit, miraculis post mortem clarissimus. An aliquid scripserit non reperi.

Florebat anno MCCXXXVIII.

S. ARGOBASTVS. 28.

S. *ARGOBASTVS*, siue *Arbogastus*, aut vt habet Ioannes à Nigra Valle *Armegastus*. S. *Florentij* Comes lib. VI. infra. *de Scotia excessit* ait Molanus infra laudatus. Magnum Scotiæ lumen, in Gallijs, & Germanijs præclara eruditionis fama emicuit. Hic *Dagoberto* Francorum Regi ab epistolis, & secretis, consilijsque, eo apud illum loco quo priuatus esse apud tantum principem, aut debuit, aut potuit. Exinde Argentorati Episcopus renũciatus non sine sanctitatis opinione vixit. Eius vitam scripsisse ferrur anno DCCCCLXV. *Vrso* Episcopus Argentoratensis XXXIX. *Sigebertum* occisũ ab Apro ad vitam reuocauit, Vvolffg. Lazius. Scripsit autem.

In Epistolas Pauli. *lib.* I.

Floruit anno DCXLIII. Colitur die XXI. Iulij Molan. Addition. Vsuardi Guill. Eisengrinius. Fr. Irenicus lib. III. German. Exeg. cap. XLVIII.

S. ARNVAL. 29.

S. *ARNVAL* S. *KILIANI* peregrinationis socius, cum ille Herbipolim in Germaniam contendisset, martyrijque palmam percepisset, hic in Gallijs substitit. Anonym. ex Monast. Aichstadian. Prædicator. editus ab Henrico Canisio Tom. IV. Antiquarum lection. De Passione SS. *Kiliani*, & sociorum eius. Verba habes in *Donato* lib. IV. supra hoc opere. Sigibertus Gemblacensis ad annū DCXLIX. In Chronico VVizziburgensis Episcopi *discipulus Arnual in Gallia, Adamannus Abbas, Adhelmus & VVilfridus Episcopi clarent in Anglia, Arnualdum* vocat Trithemius lib. I. Comp. Annal. pag. LVII. Scripsisse cum ait Iacobus Breullius in disquisitionibus suis.

S. Kiliani Magistri vitam. *lib.* I.

Quæ illi à propudiosis hæreticis, & maximè Apostata Baleo adscribuntur, non vidi. Hoc vnum constat relicta Gallia magistrum suū in Gallias comitatum, Xātonum Episcopum sanctè pièque in auguratum idem auctor est R.P. Breullius.

Claruit anno DCXCIV. idem *Annualis* est cultus II. Octobris. Martyrolog. subens.

S. ATTILA. 30.

SAnctissimus senex *Columbanus* multos habuit ciues suos Scotos pietatis studio ipsum è patria secutos, in his *Attila* Scotus, seu Attala cuius memoria colitur die X. Martij. Addition. Martyrol. Vsuardi Molan. de quo Sigebert. Gemblacensis Chronico *Eustasius Abbas Luxonensis, & Attila Bobiēsis post Columbanum clarēt.* Comitatum certè huius sancti patris *Scotos* fuisse Anonymi versus, seu Epigrammata ab Henrico Canisio nuper edita fidem faciunt.

Inde

Inde Columbanus noster Pater, atque Magister
Alpibus excursis, aeriisque viis.
Hic aderit præsens alacrisque ad gaudia tanta,
Agmina coniungit consociata simul.
Coniunguntur ei celebres gressusque fatigant
Tres quoque Francorum. Scotigenę pariter.

Attila nostri scripta à *Bernardo Sacco* laudantur, & sunt quædã MSS. in Bibliotheca Veneta Marciana.

Bobii Monasterii immunitast	*lib.* 1.
De Theudelinda Regina.	*lib.* 1.

Viuebat sanctissimè anno salutis DCXXIV.

S. ANDREAS. 31.

S. *ANDREAS* socius peregrinationis S. *Donati* Episcopi Fesulani loca sancta visendi studio deseruerat patriam, & cum Roma regressus Eremiticam vitam ducere ambo decreuissent, Donatus diuinitus in Episcopum est electus, hic verò ab eodem Diaconus primùm, mox Archidiaconus creatus sanctè pièque officium suũ impleuit. Siluanus Razius in vita SS. Thuscorum pag. CLXIX. Multa præclara opera edidit, & maximè inter pietatis monumenta habetur Monasterium ab ipsa conditum Franc. Cattanius Diacettus Episcopus Fesulanus in actis illius Ecclesiæ pag. CXXVII. placet idem Cattanius nõ mediocriter, qui in Præfatione ad opus illud *Andream* hunc S. *Brigidæ* fratrem asseuerat, non illius *Brigidæ* quæ, vt libro sequenti dicitur obdormiuit anno DXVIII. sed quæ Fesulas appulit anno DCCC. vt Baronius, & Razius, atque ipsa historia de vita illius loquuntur. Ea asseruatur M.S. Romæ ad sanctæ Mariæ Maioris. Scripsit vero.

De Pænitentia bono.	*Lib.* 1.
De Eleemosynæ effectu	*lib.* 1.
Ad fratres a se indutos.	*lib.* 1.
De Actis Donati Magistri.	*lib.* 1.
Moralium Dictionum	*lib.* 1.

Floruit Fesulis & Monasterium condidit, Monachosque Benedictinos in eo collocauit anno DCCCII. In sanctos relatus colitur

IV. Augusti à Florentina,& Fesulana Ecclesijs. Sacrum eius corpus religiosè asseruatur in templo D.Martini de Mensula non longe Fesulis. Historiā porro suam Cattanius à Philippo Villanio historico Florentino hausit. Sebastianus Medices,& Franciscus de Pisis Inquisitor Florentinus *Donatum, & Andream de Scotia* uocant.& Philip. Ferrar. colitur xxv i. Aug.

IOANNES ABERCROMBIVS. 32.

IOannes *Abercrombius* Benedictinus vt puto, hæresi in Scotia nascenti animosè restitit, & acerrimè religionis puritatem verbo propugnauit, etiam Christi causa mortem passus. eius sunt.

Veritatis defensio *lib.* 1.
Hæresis confusio. *lib.* 1.

Viuebat anno MDLXI.

S. ADELARIVS. 33.

S. *ADELARIVS* natus in Scotia, cum S. *Bonifacio* puer patria exportatus, monastico voto in Anglia obstrictus, in Monasterio Muschellæ, memoratur, sacerdos factus, eūdem *Bonifacium*, ad conuersionem infidelium, secutus, primus Herfordiæ Episcopus inaugaratus, sūma sanctitate vixit, maiori à Frisijs cæsus, vnus ex LII Bonifacii sociis veritatem sanguine firmauit. Hæc summatim Scotichronicon, siue verius, eius continuator Magnus Maculloch. Scotum probant communio vitæ, laborum, martyrijque cum S. *Bonifacio* acta, autoritas Scotichronici, sed longe Valentius Monasterium Hertfordiæ Scotis in perpetuum erectum Scotiæ asserit ciuem. colitur die V. Iunij quo passus, & translatio XX April. Petrus Cratepolius, Vuion lib. II. lig. vitæ cap. XLI. male Trithem. lib. IV. vir. Illustr. ord. S. Bened. cap. CXXCIII. ei natalem adsignat XX. Aprilis. Scripsit.

Ad infideles *Lib.* I.
Ad Pontifices *Lib.* I.

Passus est anno DCCLIV.

SADEO-

S. ADEODATVS. 34.

S. *ADEODATVS*, seu *Theodatus*, aut *Theodorus* Scotiæ egressus cum SS. *Florentio*, & *Arbogasto*, diuque eremum incoluit, tum religioso voto se mancipans, Canonicus Lateranensis factus, e cœnobio extractus ad Ecclesiæ Niuernēsis clauum sedit Demochares lib II. facrif. Missæ cap. xxx. vita SS. Florentii, & Arbogasti. Acta Ecclesiarum Triuerensis, & Argentinensis Cōstantinus Ghinius Natalibus SS. Canonicorum. Surius ad Vsuardum Molanus die VII. Nouembr. alii natalem ei statuunt ad XIX. Iunii. alii aliter. Scripsit.

Psalterii explicationem *lib.* I.
De solitudinis laude. *lib.* I.

Claruit anno DCCLXXX.

S. ADILIA. 35.

S. *ADILIA* virgo Sanctimonialis nata in Belgio Orpii diœcesi Namurcensi, non procul à Thenis, & Geldonia, singulari pietatis affectu viros ecclesiasticos de Scotia venientes excepit, S. Martino templum extruxit, hic vero eius mentionem celebramus, non vt *Scota*, sed vt *Scotorum hospita*, durat hodie fons mirabilis. colitur xxx. Iunii. visitatæ reliquiæ II. Decembr. anno DCCI. Molanus Indiculo SS. Belgii. pag. VII.

Claruit anno DXL. & hæc est tertia Scotorum in exteras regiones missio.

S. ALBVINVS. 36.

S. *ALBVINVS* Scotus abbas monasterii Hu, vel Hii, quod caput omnium cœnobiorum Scoticorum Anglicorum Hibernicorum apud Bedam audit lib. III. cap. XXI. Henricus Huntindoniensis lib. III. vixit ea ætate qua lubentes, volentesque ciues nostri in Ethnicorum conuersionem incumbebant, ideo ipse ei operi se accingens, Thuringiorum Apostolus audit. Vvion. lib. II. c. XLII. primusq. Frislariæ Episcopus. Scripsit.

Ad Thuringios. *lib. I.*

Claruit anno DCCLV. aut circiter. colitur XV. Martii, & XXVI. Octobris.

S. AMANVS. 37.

S. *AMANVS* vnus ex iis Apostolicis viris, qui fidei propagandæ studiosi Scotia in Germanias transierant, vt Lazius abundè in Austria, aliique. Hic ergo à S. *Bonifacio* eo destinatus, in Bauariam penetrauit, & inter Apostolos gẽtis habitus, martyrio coronatur, vt in Bauaria sancta Matthæus Raderus auctor. Superuixit autem *Bonifacii* Apostolatu. Scripsit vero.

Homilias Sanctorum. *Lib. 1.*

Contra Clementem Scotum. *lib. 1.*

Passus est anno DCCLVIII. die XVI. Decembr. alius *Amanus* Episcopus Gallus apud Petrum lib. X. Catalogi cap. LXXI.

S. ANNIANVS. 38.

S. *ANNIANVS* Archidiaconus Laudoniæ, seu Mæatarũ, ut apud Reginaldum Cardinalem in historia Scotica, cum ad loca sãcta concionabundus properaret, per Bauaros transiens ab infidelibus comprehensus diris cruciatibus viuus combustus enectus, crebris' miraculis electionis suæ fidem præstruit. fuerat *Adamanni Columbii* discipulus. scripta ab eo.

Epistolæ ad Regem Ambirkelethum, *lib. 1*

Sermones ad populum *Lib. 1.*

Passus est sub eodem rege, imperante Leone II. quem Leontium vocant anno DCXCIIX. colitur die XVI. Decembr. in Bauaria sancta idem Raderus.

S. ANTONINA. 39.

S. *ANTONINA* Virgo Vrsulana sociis Hunnorum truculentia absumptis superstes, albi est passa. culta XIX. Ianuarii. Canisij Martyrologium Germanicum.

Annus ei cum aliis communis CDLIV.

S. AV-

S. AVGVRIVS. 40.

S. *AVGVRIVS, Augulius, Aulus, Augulus* vir sanctissimus Episcopatum in Britannia gessit, id est Scotia, nam eo sæculo nulli in Anglia Christiani, siquidem prima Euangelii receptio euanuerat, nec S. *Augustinus*, illius gentis sanctissimus Apostolus, aduenerat, vt clare successio temporis indicat. Hunibertus sane Scotus scriptor antiquissimus in sua historia eius in Scotia labores, prædicationem, & miracula extollit. Scripsit.

De fide plantanda. *Lib. I.*
De fuga persecutionis. *Lib. I.*

Passus est Augustæ in Britannia VII. Februarii anno CCCLXI. Ghinius. Genebrardus, Vsuardus. VVandelbertus Prumiensis.

Augule septenis mundum vincendo triumphas.

Colitur VII. Febr.

S. AVRELIA. 41.

S. *AVRELIA* Vrsulanarum vna cum sociis passa non est, sed Deo permittente maioribus laboribus reseruata, eundem tamen felicissimum finem est sortita, coliturque XV. Octob. Petrus Canisius in Martyrologio.

Annus cum aliis communis CDLIV.

S. AVTBERTVS. 42

S. *AVTBERTVS* Episcopus Cameraci non Scotus, sed pientissimus Scotorum peregrinantium susceptor, & hospes, sic enim Molanus Indiculo SS. Belgii. pag. XIV. *S. Autberto Episcopo Cameracensi se adiunxerunt multi Apostolici prædicatores ex Scotia, & Gallia:* & hanc gratiam hospiti suo Scotia reponit beneficiorum memor.

Hæc agebantur circa Regnum *Ferquhardi* II. Scotorum Regis. anno DCXLVI.

S. ANATOLIVS. 43.

S. *ANATOLIVS* ex eorum Scotorum numero, qui *Innocentiũ* I. Pontificem secuti, ut Mantissa Apparatus historiæ Scoticæ pag. CXLV.

CLV.dixi. Apocrisiarius hic fuit Theodosii Augusti iunioris, & ex ea aulica dignitate ad maiora uocatus, nam cum *S. Flauianus* Patriarcha Constantinopolitanus in synodo prædatrice Ephesi XLIV. vulneribus fuisset enectus, *Anatolius* ei succesit, & ne quis de legitima eius potestate dubitare posset, à sancto *Leone*. i. pontifice pacificatorias petiit, fidei suæ rationem reddens, & obtinere promeruit, ipse sanct. Leo epist. XL. Theodor. lector Collect. lib. I. Et q.a *Chrysaphius* Eunuchus, & *Dioscurus* Eutychiani dogmatis promotores eum eligendum curarunt, ille synodo Calchedone coacta DCXXX. episcoporũ, & patrum, eosdem damnãdos primus consensit. Nicephor. lib. XV. histor. ecclesiast. cap. XVI Et q.a Eutychiani, vt nunc perditissimi Caluinistæ, miracula expetebant, *Anatolius* miraculo maxime insigni eos confudit, nam cum ipse, & Eutychiani libellum suæ professionis super S. *Euphemiæ* virginis reliquias imposuissent, custodiaque vtriusque partis adhibita esset, liber *Anatolii* in dextra manu virginis, hæreticorum ad pedes inuentus. Hoc accidit Eidibus Aprilis anno CDLI. Zonaras Tom. III. in Marciano IV. Et quamuis sanct. *Leo* PP. eum sacra Apostolica confirmarit, atque ipse Eutychianos synodo illa generali damnasset, & maximum miraculum cooperatus esset, tamen male à Baronio audit Tom. VI. pag. CCXXXI. Scotum fuisse probaui in Apparatu pag. CXLV. & Salinis in Burgundia diæcesi Vesuntino sic habetur, *S. Anatolius Scotus Archiepiscopus Constantinopolitanus*. admonuit vir illustrissimus *D. Merellanus* Baro Lidintoniæ Cancellarii Scotiæ filius, qui Bruxellis dulcem fidei orthodoxæ fructum percipit, procul ab hæreticorum furiosa malitia se positus. Franciscus Guillamannus lib. II. de rebus Heluetiorum cap. XIII. *S. Anatolius Salinis colitur*. Paradinus in antiquitatibus Burgundicis. *tempore Lotharii IV. regis, per legatos Constantinopolim ab eo missos, translatum fuit pretiosum corpus* S. *Anatholii Patriarchæ, quem Scotum faciunt*. locum ad me misit R.P. *Georgius Leslæus* Capucinus dictus *Archangelus* ciuis meus, & disertissimus concionator, Generalis socius. Scripsit Anatolius.

Contra Eutychianos lib. I.

Ad sanctissimum Leonem papam. lib. I.

Ad synodum Oecumenicam Calcedonensem sem contra Eu*tychianos*

tychianos collectam.

Obiit confessor Anno CDLIIX. anno S. *Leonis* I. XIX. regnāte apud Scotos *Eugenio II.* translatæ Salinas reliquiæ sedente. *Leone* IIX. regnante in Scotia Indulpho.

ALANVS. 44

ALANVS Episcopus Cathenesiæ Scotiæ Cancellarius ab Eduardo I. Angliæ Rege tyrannice intrusus, facta electione per *Ioannem Cuminum*, & *Iacobum Stuartum*, qui nimis Anglicæ factioni addicti. Hic porro ex Angli potius commodo, quam patriæ amore, aut honore se gessit in initio, postea tamen resipuit, & ad meliorem mentem rediēs, *Stuartum* à factione Anglicana retraxit, & regni decus totis viribus procurauit, vt apparet ex operibus, quorū apices in Catalogo Deirēsi supersunt, & , vt existimo, apud Illustrissimum Comitem Martialem in Bibliotheca Dunotria extant.

Super regalitatem Roberti Brusij lib. I.
Epistolas ad Robertum Reg lib. I. hic ab Anglo primus nobilium defecit, & Rokesbourgum tenuit armata manu, Anglosque ad internecionem deleuit, vt authores sunt Triuetus, & Abingtonus; nec Caxtonus dissentit.

Creatus est Cancellarius XII. Iunij anno salutis MCCXCI. Holinshedus. pag. DCCCIII.

AVMINVS, 45.

AVMINVS Keldeus, & *Keldeorum* vltimus præpositus, sunt autē Keldei, seu *Culdei* viri pij sanctitate illustrēs, quos patria voce sic dixerunt, quasi *Dei cultores*, ut in Apparatu Scotico pag. CXLVI. hos Græci, vt existimo, *Therapeutas* vocarunt, Bellarminus Cardinalis ex Philone, sic s. *Marcus* audit Euseb. lib. II. c. xvI. Sozomen. lib. I. cap. XII. Epiphanius Hæresi XX. Cassianus lib. II. Collat. cap. xv. Beda præfat. ad Marcum. Petrus Equilin. li. IX. cap. CIX. Penes hos, ab initio receptæ fidei, stabat Episcoporum

electio, nec vllus Antistes esse poterat, qui non ex eorum corpore, aut per eos electus esset, donec *Gulielmus Lambertonus* à Canonicis electus S. Andreæ Episcopatum tenuit, vt in Titulis Memorialibus lib. VII cap. 111. dixi. Sed huic electioni reclamarũt *Keldei*, & maxime *Auminus* eorum princeps Romam prouocauit, & eo se contulit, sed incassum, nam non modò electus approbatus à Pontifice, sed omne ius deinceps *Keldeis* abrogatum. Scotichroni con lib. VI. hic scripsit.

De iure Keldeorum lib. I.

Querimonia ad Papam. lib. I.

Informatio causæ. lib. I.

Profectus Romam anno MCCXCIIX. obijt in regressu, & sequenti anno sepultus Mutinæ.

ADRIANVS IV. PONTIFEX. 46.

ADRIANVS pōtifex Opt. Max. IV. *Nicolaus Hastifragus* prius dictus, putatur à multis Scotus, quia multum in Insulis Scoticis adlaborarit, Noruegiaque, ea lingua vsus, quæ Angliæ ignota Scotorum eo æuo propria, vt colligit Gilbertus Brunus, sed ego potius inducor, vt Anglum credam, motus autoritate coætaneorũ Gulielmi Neubrigensis lib. II. hist. cap. vi. Ioannis Saresberiensis lib. vi. policratici cap. XXIII. vt recentiores omittam, Platinam Vuionem, aliosque.

IO. ALBVS. 47.

IOANNES ALBVS vulgo *Quyt* abbas monasterii Scotorum Ratisbonæ, Benedictinorum nulli sua ætate secũdus, Theologus eximius, nec sæcularium literarum ignarus, acerrimus Ecclesiæ vindex, monasticæ disciplinæ restaurator, pauperum pater, & priscis illis aureæ ætatis patribus conferendus. Scripsit.

Controuersias. Lib. I.

Obijt anno MDC, in Monasterio suo.

ÆGYD.

ÆGYD. ALDANVS. 48.

AEGYDIVS *Aldanus* Epiſcopus Candidæ Caſæ, S. Niniani aut Gallouidiæ, vir ſua ætate rerum ciuilium peritus, legatione Anglicana, & Danica cum laude functus, controuerſiarum inter Scotos, & Anglos arbiter, & compoſitor, magno animo, & maiore prudentia decus Eccleſiæ Scoticæ aſſeruit, impotentię Archiepiſcoporum Eboracenſium viriliter ſe opponens, & diſputauit, & ſcripſit

De Scotorum Patriarchatu. *lib.* 1. in indice Deirēſi.

Floruit anno MCCXL. meminit Anglicana hiſtoria.

ANGILBERTVS. 49.

ANGILBERTVS Epiſcopus in Catheneſia plerumq. reſidebat, licet per vniuerſam Scotiam ius exerceret, natione quidē Gallus, ſed incolatu Scotus, & meritis, à *Mordaco* Scotię rege ad *Chilpericum* II Galliæ regem orator deſtinatus, dum per Angliā tranſiret, *VVilfridum* Anglum conſecrauit, qui poſtea Eboracenſis Archiepiſcopus, & in SS. numerū relatus. porro *Angilbertus*. Scripſit

De errore Paſchatis celebrandi corrigenda *magnum volumen* *lib.* 1.

Claruit anno DCCXX. meminit Malmesburienſis de geſtis pontificum lib. III & Reginaldus Cardinalis.

MACOL. ARDES. 50.

MALCOLMVS *Ardes* nobiliſſimo ſanguine natus in Achterles, vnus eorum fuit, qui i Scotia exterminatus tyrannide *Eduardi* I. Angli, vbi ſpes melioris rei affulſerat, iterum redijt, & non parum operæ accommodauit patriæ, fuit autem Carmelitani ordinis prouincialis. Scripſit rudi ſtylo, vt ea tempora ferebant.

De bello ad Favvkirk. *lib.* 1.
De liberata Scotia. *lib.* 1.

Floruit anno MCCCXXCIV. Henricus Sinclarus.

HENR. AVIELLVS. 51

HENRICVS *Auiellus* patre Anglo captiuo in Scotia genitus, vir doctissimus cum patriam suam abundè cohonestasset, ad dexteras gentes profectus, Gallia, Belgio, Germaniaque operose lustrata, in Italia substitit, Bononiæque clarissimo literarum emporio Medicinam publice professus. Nicol. Paschasius Alidosius in peregrinis Doctoribus. Scripsit magna ex parte extantia.

Veteris & noua Medicina speculum Lib. 1.
De Botanica Lib. 1.
Stirpium variarum historia. Lib. 1.

Docebat anno MCCXXC. se Scotum vocat in præfatione speculi, quod Venetiis prodijt.

ACHAIVS. 52.

ACHAIVS Rex Scotiæ *Ethfini* F. pius, & prudens Hibernienses tumultuantes compescuit, perpetuum fœdus cum *Carolo Magno*, æternum cum successoribus eius Galliæ regibus pepigit, *Guilielmum* Germanum suum cum VI. Millibus armatorum contra Saracenos militaturū eidem submisit. Annales Franci, & Scoti. Scripsit.

Epistolas ad Carolum Magnum. lib. 1. Meminit Eginhartus, aut Kineardus noſtras in actis Caroli Magni.
Acta Regum Decessorum suorum Lib. 1.
Leges Municipales Lib. 1.

Obijt XXXII. anno regni sui. *Paschali* Romæ sedente *Egberto* toti Angliæ imperante, quæ prius in Dynastias secta erat. anno salut. human. DCCCIX.

ACCAS. 53.

ACCAS, aut *Actas*, aut *Acca*, vt habet Hermannus Contractus Cron. ad annum DCCX. vir magnæ pietatis, nec minoris doctrinæ, *Bosa* Archiepiscopi Eboracensis discipulus, ab eodem Episcopus

ſcopus Haguſtaldenſis in Anglia renunciatus: ſed gentis odio ſede ſua depulſus Candidæ Caſæ Epiſcopus in Scotia eſt inauguratus, vt diſputat Hect. Boeth. lib. IX. hiſt. Scot. pag. CLXXXI. Eius auctoritate vtitur Beda lib. III. hiſt. Eccleſiaſt. gent. Anglor. cap. XIII. & lib. IV. cap. XIV. Scripſit.

Paſſiones Sanctorum lib. I.
Officiarium ſuæ Eccleſiæ lib. I.
Epiſtolas ad Amicos lib. I.

Antiſtes creatus eſt anno DCCIX. Sedebat dum *Beda* obijt hoc eſt anno DCCXXXIV. Matth. VVeſtmonaſt. eo anno, obiit DCCXL.

IO. ADAM. 54.

IOANNES Adam Aberdonenſis Dominicanus primus in Academia ſacræ Theologiæ lauream Doctoralem percepit. Hector Boethius lib. XIII. hiſtor. Scot. pag. CCLXXXIV. ordinem ſuum ab ipſo S. Dominico CCCC. ante ſe annis *Alexandro* Scotiæ Regi apud *Philippum* Galliæ regem agenti commendatum, ac non nihil à primo inſtituto deflectentem ſanctiſſimis moribus reformauit. Scripſit.

De vita Monaſtica laude. lib. I.
De Dominicanis illuſtribus. lib. I.

Claruit anno MDXV. laudat Leslæus.

ADDA. 55.

ADDA presbyter vnus ex quatuor, qui cum S. *Finnano* in Angliam venerant, quique *Pendæ* Merciorum Regis filio baptizato in Anglia ſubſtitit, totamque gentem ad Chriſtianos cultus pertraxit, & ſacro fonte magna pietate luſtrauit, ut narrat Floret. VVigornienſis ad annum DCLIII. Eius apud noſtrates ſcriptores, quod ſciam nulla mentio. Scripſit.

De gratia Euangelij lib. I.

Claruit anno dicto.

ALANVS. 56.

ALANVS abbas Monaſterij Scotorum Sancti Iacobi Maioris in ſuburbio Herbipolitano, numero cenſetur XXIV. Theologiam

giam Parisiis sæcularis fuerat professus, & ex Romana peregrinatione Monachum ibidem loci induerat. Scripsit multa, sed extant tantum, quod sciam.

Quodlibeta philosophica. lib. I.
Determinationes Theologicæ. lib. I. Chronicon dicti monasterii, & acta Academiæ Parisiensis.

Præfuit annis VIII. Obiit anno Mccccl v.

S. AGLIVS. 57.

S. *AGLIVS vir in disciplinis regularibus apprime eruditus* ait Fridegodus in vita *S. Audoeni*.cap.VII.cum S.*Columbano* Scoto ex Hibernia in Gallias descendit, discipulus eiusdem & ciuis, & ab eodem *Audoeno* Rhotomagensi antistite accitus ad noui monasterii Rasbacensis; quod ipse ædificauerat, curam, primus abbas loci, magna sanctitate, & continentia monastica vota exercuit, primus e duodecim discipulis, qui à magistro sit diuulsus, maximum inter sanctissimos illos viros amoris argumētum; qui alterum relinqueret, alteri operam nauaturus, & simul vtrumque animis firmaque memoria coniungeret. Scripsit.

De sanctorum ferijs lib. I.
De pœnitentia. lib. I.
Enchiridium claustrale. lib. I.

Claruit confessor anno DXLVII. vel DCLXX. colitur die XXIX. Augusti, ut vult Thrithemius lib. III vir. Illustr. cap. XCII. vel die XXX. eiusdem Vuion lib. III. pag. CCXXXVII. aut denique I. Septemb. ut placet Maurolyco & Felici. *Agilum* vocat Vuion, & nō sine nota S. *Eustasii* discipulum facit, cum uita S. *Audoeni* scripta per Fredegosum fidelem notarium S. *Columbano* diuulsum antequam Luxouium perueniret, testetur. Maurolycus vero sub *Clodoueo* Francorum rege ponit, quæ ætas in S. Columbanum quadrat, in Eustasium conuenire nequit.

AENEAS SYLVIVS PP.

AENEAS *Syluius*, etsi Italicæ originis, natus Corsiliani in agro Senensi ex clarissima gente *Piccolominea* Pontifex Romanus

sub

ſub nomine *Pii* II.tamē quia legatus in Scotia fuit, & res noſtras ſcriptis ſuis illuſtrauit,pacemque *Eugenii* IV.mandato confecit, vt habet Hect.Boeth.lib.XVII.in fine,& hanc legationē in bibliotheca ſua Senenſi in ipſa metropolitana æde depingi voluit,locū hunc in nomenclatura Scoticorum Scriptorum habebit,Eius ſunt vt ſacra non attingam,magna parte in Scotia noſtra ſcripta: ſaltem omnia erant hæc in Bibliotheca Inſulæ Maiæ, ut ex Indice apparet illius loci:& putat Henricus Sinclarus in Synopſi ſua,omnia dum ſederet pontifex,in Scotiam relata per Oratores Epiſcopum Dunkeldenſem,& Archibaldum Grahimum.

Manſit in Scotia annos II.ſedit in Petri Cathedra annos VI. Obiit Anconæ.

ADENVLPHVS. 58.

ADENVLPHVM celeberrimi monaſterij Farfenſis abbatem XLIII. *Scotū* fuiſſe ex tabulis eiuſdem loci admoneor. fuit is ab *Innocentio II*.in numerum Cardinalium allectus,& egregiam operam ſanctamque Eccleſiæ propugnandæ impendit. Memoratur à Iacobo Chlyneo, ab Onufrio Panuinio, Arnoldo, Vuione, & aliis. *A*n aliquid ſcripſerit? incertum.

Electus abbas anno MDCXL. Prædictæ tabulæ,quandiu præfuerit, aut quando obierit,non deprehendi.

ANONYMVS. 59.

ANONYMVS iſte inſularum Scoticarum epiſcopus ſub Rege *Dauide* ex Furneſio Anglicano monaſterio vir aſtutus, & vafer,ait *A*rnoldus Vuion lib.II.lign.vit.cap.LIII.cum dexteritate maxima populum ſuum gubernauit,laudat autorem ille Guilielmum Neubrigenſem lib.I.hiſtor.*A*ngl.cap.XXIV. liber non eſt mihi ad manum,& tamen ſuſpecta referentis fides, an quidquam ſcripſerit,neſcio.

Claruit anno MCL.aut circiter,eodem illo autore.

MATTHÆVS AMARBARICENSIS. 60.

MATTHAEVS *Amarbaricenſis* monachus à Cœnobio in Friſiā, ubi monachum induit vocatus peregrinatione Romam inſti-

sequi iussisset quarto tantum die Episcopum Murrauiæ Scotorū Regis Oratorem, vt pacis conditiones cum Gallorum rege disceptaret. Et lib. X. in limine. *Pontifex postquam Bononia discesserat, ad regē destinauit Scotorum legatum, vt prosequeretur eadem illa pacis cāpita, quæ ab eo cū Episcopo Gurciano pridem agitari cæpta.* Et ibidē loci in sequentibus. *Inter has anxietates, & scopulos, victorisimi lior, quam victo conditiones* Carolus rex *proposuit, agente Oratore Scoto.* Et eodem libro sub medium. *Demum Episcopus Murrauiæ, qui pacem inter Pontificem, & regem Galliarum tractauerat siue animo conscientiaque motus, siue quod Cardinalatum ambiret, cum locutus fuisset magno fauore in regni Comitijs, ingentique Pontificis exhibito æquitatis testimonio, decretū edicto publico fuit, clerum ad Cōcil. Lateranense mittēdum.* Nec tamen ille frustra ambiuit purpuram, nā *Iulius II.* tot benefactis galerū destinauit, sed morte præuentus non subscripsit, nec misit. Appendix ad Ioanninum de pōtificibus Romanis, qui prodijt Bononiæ, vbi Cardinalis hic scribitur: Appendix vero editionis Francofurtinæ. Scripsit.

Acta legationis suæ. *Lib.* I.

Epistolas pro patre ad Carolum Galliæ Regem apud quem ille Scotia exactus ambulabat. lib. I. Io. Leslæus li. VIII.

Floruit anno M.CCCCLXXXIII.

A L D R E D V S. 63.

ALDREDVS Archiepiscopus cum *Edgaro* Angliæ Rege à Guilielmo Normano pulsus in Scotiam adpulit. Malmesburiensis. lib. III. pag. LVIII. Scripsit.

Pro Edgaro Rege contra tyrannidem Normanorum. quo opere tota successionis Anglicanæ materia plenè aperitur. Alia Balæus enumerat, sed non vidi.

Epistolas ad Exules. lib. I. multæ tùm familiæ Regem suum ex Anglia secutæ in Scotia consederunt Leslæus lib. VI.

Agebat in Scotia anno MLXVI. Hic rex alumnus Scotiæ est.

S. IO. AIRIGENA. 64.

S. *IOANNES Airigena*, ſeu *Erigena* Monachus ordinis D. Benedicti ab *Aira* oppido haud quamquam incelebri, ſiue *Era*, cognomen ſortitus, vt nunc etiam in Italia videmus clariſſimos viros à municipijs ſuis cognomina adſciſcere: Abbas Vercellenſis, *vir excellentis ingenii, græca, & latina eruditus lingua.* Ioan. Trithem. lib. II. de vir Illuſtr. ordin. S. Benedicti cap. XLVI. Idem *Scotigena* dictus Germanus in bibliotheca ex Trithemio. collega hic *Alcuini* cum eo à Scotia in Gallias ad *Carolum Magnum* profectus Ticinenſis ſcholę fundator fuit. Iidem autores qui ſupra in *Alcuino* Abbate. Hũc falſo cum *Ioanne Scoto*, qui Hierarchiã D. *Dionyſii* latinam fecit, confundunt, & in his Andreas Duuallius Doctor Sorbonicus in notis ad librum Eccleſiæ Lugdunenſis, nam hic noſter æqualis fuit Carolo Magno, ille vero XC. annis totis poſtea vixit. ſcripta ab eo ſunt.

De Prædeſtinatione.	*lib.* I
De Praſcientia diuina.	*lib.* I.
De vera humani arbitrii libertate.	*lib.* I
Dogmata Philoſophica.	*lib.* I.
Epiſtolarum ad diuerſos.	*lib.* I.
Theologia myſtica.	*lib.* I.

Contra quæ editus eſt liber Eccleſiæ Lugdunenſis nomine circa annum DCCCL. cum nondum adhuc *Ioannes Scotus* Hierarchiæ verſor natus. opus autem illud extat Tom. IX. SS. Patrum. Huic etiam Biblioth. tribuit, qui alteri Ioanni tribuendus liber eſt, vt ſuo loco docebo. infra.

De Diuiſione naturæ.	*lib. I.*
De Corpore, & ſanguine Domini.	*lib.* I.
De immaculatis myſteriis.	*lib.* I.
De fide contra Barbaros.	*lib.* I.
De inſtituenda iuuentute.	*lib.* I.
Paraphraſticos Tomos.	*lib.* I.

Huius noſtri, ergo, quod ſciam, tantum hæc ſunt

De officiis humanis	*lib.* I.

In

In Euangelium Matthæi. *lib.* III.

Obijt triennio ante *Alcuinum* hoc eſt anno ſalutis Dccc. vel Deccl. Trithem. loco laudato. *Scotum* genere vocat eum *Nicolaus* I. in Epiſtola ad *Carolum* Cæſarem, quod tamen mirum eſt reſcindere audere Ioannem Pitſeum barbarum lingua, antiquitatis omnis rudem niſi quam à Balæo apoſtata didicit. Sic bulla ſanctiſſimi Pontificis habet. *quidam vir Ioannes, Scotus genere,* ad hęc Pitſeus pag. CLXIIX. *Scotum ex aliorum relatione vocat.* vnde hoc Angli colligitis? ſic temere pōtifex coætaneus loqui debuit? ſic Iabi ad Imperatorem ſcribens Beatiſſimus Petri ſucceſſor voluit? Hæc Thomas Dempſterus nollet dictum.

ÆTHELBERTVS. 65.

DVm illi in Gallia, & Italia Eccleſiam gnauiter tuebantur ſuæq. genti gloriam immarceſſibilem cōparabant nō ſegnius *Aethelbertus* in Anglia ſtrenui antiſtitis, & pij partes ſuſtinebat, nam incomparabili eruditione clarus ad ſuos inde redijt, & Candidæ Caſæ Epiſcopatu honeſtatus, Scripſit ſub Leone III. Pontifice habita iam Romæ ſynodo.

Contra Aliſandi Toletani errores *lib. IV.*

Quando obierit non deprehendi: at Epiſcopus inauguratus, & teſte Florentio VVigornienſi anno Dccc.

A L E X I V S. 66.

A*LEXIVS* S. Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, & *Scotiæ legatus*, ait Anonymus *Augienſis* Monachus in vita S. *Laurentii* cap. XXXV. edidit

Acta legationis ſuæ. *Lib.* I.

Epiſtolas ad Eccleſias Scoticas. *lib.* I.

Florebat anno MCLXXI. aut circiter. Alij volunt à *Clemente III.* creatum Cardinalem anno MCLXXXVIII. IV. Eidus Martias ſub titulo S. Nicolai in carcere Tulliano, & poſtea ſub titulo ſanctæ Suſannæ.

ARNALDVS. 67.

ARNALDVS S. Andreæ Episcopus, vitæ sanctimonia, prudentiaque ciuili clarus, vt verba scriptoris probi vsurpem. Eius est.

De recto Regni regimine ad Malcolmum *IV. Regem. lib. I.*

Florebat anno MCLX. Hector Boethius lib. XIII. histor. Scot. pag. CCLXX. Index Sconanus.

ARNALDVS. 68.

ARNALDVS Mailrosiæ abbas, ego nescio, an idem cum *Arnulpho* de quo supra memoratur in literis *Lucii* III. Pontificis Velitris datis XVI. Kalend. April. apud Rogerum de Houeden annal. par. II. pag. CCCLI. Scripta penitus æui iniuria perierũt. Floruit anno MCLXXXXIII.

S. ADVVINVS. 69.

S. ADVVINVS, & *Turgotus* Monachi, ait Rogerus de Houeden Annal. p. II. pag. CCXLIII. qui tunc Melros pauperes rebus, & spiritu pro Christo degebant intima peccatorum confessione, magnisque lamentis crimina expiantes. Scripsit Fordano autore.

Catalogum Abbatum Mailrosiensium. lib. I.

Quod opus ut multa alia hæretici impii nuper aboleuerunt.

De Dignitate Altaris lib. I.

Florebat anno DCCCCLIV.

AIVLFVS. 70.

AIVLFVS Decanus de Lodoneio, aut Lodonero memoratur Epistola *Vrbani III.* Pontificis scripta Veronæ ad Regẽ Scotiæ *VVilhelmum*, & in alia eiusdem epistola ad *Iocelinum* Glascuensem antistitem ibidem scripta, vt testatur Rogerus de Houeden. annal par. II. pag. CCCCLXI. Scripsit.

Pro causa Ioannis Episcopi Dunkeldensis contra Hugonem

S. An-

S. Andreæ Episcopum. Lib. I.
Ad Lucium III. Pontificem. lib. I.

Floruit anno MCLXXXII.

ALANVS, SEV ANTICLAVDIANVS. 71.

ALANVS cognomento *ab Insulis* in Mona Insula natus, antiqua Druidum sede, à plerisq. magnus, Idemque *Anticlaudianus* ab opere nomine ducto non contra *Claudianū* quidē, sed ad eius imitationē edito, more illius sæculi, Sic Ennodius Felix Ticinēsis dū imitari vult *Claudiani* Epigramma, epigraphen suo Epigrammati CXXIV, fecit *aduersus Claudianum de Mulabus*, & alia apud alios.

Rupertus Holcotius primus ei poemati authoris nomen restituit, cū viri alioquin eruditi eum Anticlaudiani nomine tantum laudēt. In his Germanus, Sauaro. Iac. Lectius, Fr. Turetus, Baptista Pius Bononiensis, & alij, licet ei parum æquus sit Lilius Gyraldus. Scripsit.

De officio viri boni. lib. IX.
Super sententias lib. IV.
Oculum sacræ Scripturæ lib. I.
De Doctrina. lib. I.
In quinque libros Moysis. lib. V.
In Cantica Canticorum lib. I.
De Pœnitentia. lib. IV.
De æquiuocis Mysticis lib. I.
De planctu Naturæ lib. I.
De parabolis lib. I.
De Arte prædicandi lib. I.
De naturis Animalium lib. I.
Epistolarum. lib. I.
Quodlibeta lib. I.
De sex alis Cherubim. lib. I.
De summa virtutum, & vitiorum. lib. I.
Sermones plures. lib. I.
Commentarij in Biblia sacra lib. I.
Lectura in Profetas. lib. I.

Lectura in Euangelia. *lib.* I.

In omnes Pauli epistolas. *lib.* XII.

Theologicæ Parisijs diu ſcholæ præfuit, vbi *in omni ſciētia diuina & humana clarus fulgens, vniuerſalis Doctor meruit appellari* ait Ioannes Trithemius lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. pag. CCCV. Germanum faciunt Germani, nullo ſane argumento, Galli ciuē ſuū, æquè improbabiliter, cum conſtet eum ad D. Iacobi extra muros Herbipolis Monaſticum ordinem profeſſum, ibique diem ſuum obijſſe, anno Mccc. cum epitaphio.

Scotia quem genuit, Germania condit Alanum.

IOANNES ALTVS. 72

IOANNES ALTVS Roxburgenſis celebri patrum memoria viuebat Rhetor, ac poeta eximius: inter hunc, & *Eliſdanum* Pædagogum Morpheti, vicus eſt in Anglia XXIV. milliario à Scotiæ finibus, ſimultas ac de re literaria diſceptatio intercedebat. Cumque Eliſdanus eum, gentemque vniuerſam Scotorum virulentis ſcriptis exercuiſſet, ille ſolis Cōuitijs inferior ſe acerrimè ab iniuria vindicauit, nomenque ſuum ſcriptis aſſeruit, ait Balæus, victoriaque eruditorum iudicio eſt potitus. Scripta ſunt.

Apologia arguta *lib.* I.

Contra Antiſcoticon. *lib.* I.

Epigrammata. *lib.* I.

Florebat anno ſalut. MCXXX.

ALEXANDER. 73.

ALEXANDER Benedictinus Monachus congregationis Benchorenſis, vel Cluniacenſis, vt quibuſdam viſum, vel, vt verius alii, Scoticæ, Deiræ profeſſus, patria exactus ſæuiente bellorū ciuilium tempeſtate, in Eſſebio Angliæ Monaſterio diu vixit, vnde illi *Eſſebienſis* cognomentū. *Carmine excellens, & proſa* ait Vuiō in lig. vitæ adiunctis Banfienſem ſe profitetur lib. II. Epitomes Hiſtor. Britannicæ in limine. Nec illius, præter Balæum quod ſciā quiſquam meminit, qui & ipſe mendacio aſſueto Anglum facit.

Scri-

Scripta ab eo.

Epitome Historia Britannica.	*lib.* II.
Vita S.Bertellini Eremitæ	*lib.* I.
Vita S.Cunigundi Eremitæ	*lib.* I.
De sacris diebus.	*lib.* I.
Carmina sacra	*lib.* I.
Epistola.	*lib.* II.
Patria calamitas.	*lib.* I.

Floruit anno MCCCLX.

S. A G A T H A. 74.

S.*AGATHA* S.*Salomonis* Regis filia sanctæ *Margareta* Reginæ mater,cum filio *Edgaro* rege fugiens à Malcolmo Scotiæ Rege humaniter excepta monialem induit, & cum magna sanctitatis opinione vixit ex Historia Scotica Arnold Vvion lib.IV.lign.vit. cap.xv.Huntindon.Malmesbur.Vvigorn.omnes Scoti & Angli scriptores.Monasterium ingressa anno MLXX.

S. A M B I A N V S. 75.

S.*AMBIANVS Amphibali* episcopi in omnibus socius,& episcopali dignitate ornatus,sed cuius ecclesiæ non deprehendi,more scilicet eo sæculo apud nostrates recepto, ut episcoporum cura nulli certæ sedi alligaretur,sed in omnes regni partes potestatem exerceret,quare in concilijs,& synodis quibusdā per uetustis scripti reperiuntur.N.episcopi Scotiæ.quod infra hoc opere fusius, Erat Ambianus noster ex illo antistitum genere, qui Culdei vocati,diuinis tantum mysterijs vacabant.Scripsit.

De Sanctorum memoria.	*lib.* I.
Hortum spiritualem.	*lib.* I.
Diuini officii recitandi rationem.	*lib.* I.

Strenuam verbo Dei promouendo operam nauabat, ut ex Hectore Boethio loco laudato liquet,& Ioan Leslæo ibidem.anno. CCCXXII.

A N O N Y M V S. 76.

QVisquis,is est qui suppresso nomine circa annū DXCI.Scripsit *Vitam S.Albani.* *lib.*I.

In

In opere eo non semel se *Scotum* fatetur, prodijt opus illud typis Frobenianis, Sed non est, ut nunc, ad manum Codex: laudatum tamē inuenio apud Balæum, sed ille eum, ut multos alios perperam Anglis donat. Floruit anno DXC.

ATQVANANVS.

ATQVANANVS vnus ex discipulis S. *Columbani*, meminit Ionas abbas Scotus in vita eiusdē c. XIII. *quatuor insigni religione viros, per quatuor messis partes angulos disponit, puta Cominiū, Eunocum atq. Atquananum ex Scotorum genere, quartum, Gurganū natione Britonem.* Nec de illo plura. An aliquid scripserit in incerto est. Floruit anno DCVI.

ALEXANDER. 77.

ALEXANDER *Stuartus Iacob.* II. pronepos *Alexandri* Albaniæ Ducis ex comitis orcadum filia. F. Parisijs cum patre exule educatus, eo mortuo in patriam redijt, & Sconæ abbas, tū Morauiæ episcopus creatus insigni pietate, ac prudentia Ecclesiam suam administrauit. Ioan. Lesl. lib. VIII. Histor. Scotię pag. CCCXXVII. Scripsit.

Storbonæ laudes. oratione elegans Lutetiæ prodiit typis Patissoni.

Sedebat anno MCCCCLXXXVIII.

ANONYMVS. 79.

ANONYMVS iste reperitur inter eos qui ad S. *Bonifacium* primum Moguntiæ Archiepiscopum, seu *VVinfredum* literas dederunt epist. XLI. *Domino sancto, sapientissimo, Christo quidē charissimo Adhelmo Scotus ignoti nominis in Deo æternam salutē.* Epistolæ contextum inibi require, quam sequūtur uersus Claudiani, vt vult Nicolaus Serrarius, suppresso nomine, sed quid si nō *Claudiani*, qui Ethnicus dicitur D. Augustino, Orosio, Suidæ, & alijs, sed ipsius illius *Scoti* Anonymi? Et facile credi potest *Scoti* illius

homi-

hominis Christiani versus de Saluatore humani generis, & Deipara Virgine à Bibliopola aliquo indocto inter Epigrammata *Claudiani* collocata:quod Prudentio,& alijs plerisque contigit. Adducor autem impensius,vt id existimem,quod epigrammata hæc duo à M.S.meo optimæ notæ *Claudiano* absint; vt omittam non esse verisimile paganum hominem nostræ salutis mysteria tā apposite potuisse cognouisse. Versus autem sunt.

Christe potens rerum redeuntis conditor aui,
Vox summi sensusque Dei, quem fudit ab alta
Mente pater. vide reliqua.

Viuebat hic anno DCCLI.aut præter propter.

Scripsit autem hic.

Epistolas stylo florido. *lib.*1.
Carmina sacra *lib.*1.

Lubet autem hic cum Nicolao Serrario viro pio, & erudito Societ. Iesu presbytero expostulare, qui Scotum interpretatur Hibernum,& eo lo[illegible],& in notis ad S. Kyliani vitam ex Beda lib.III. Angl.hist [illegible] III.nam & [illegible] um sit Bedam aliquando vel eius [illegible] tores pro *Hiber*[illegible] *otos* nominare, quod cōis vtrique genti appell[illegible] esset,[illegible] pud eundem Bedam,& melioris notæ auctores popu[illegible] nguuntur,neque vllum est probabile argu mentum,cur *Scotus* ille ignotus debeat *Hibernus* censeri. Vt sileā societatem illam plura Scotis,quam Hibernis debere, non ergo gentem solum nostram,& antiquitatis nostratis memoriam,sed & Symmistas suos non leuiter doctus ille pater violat.vide Appar.

ALEXANDER ANDERSONVS 80.

ALEXANDER *Andersonus* S. Theologiæ Doctor,vnus ex ijs, qui ex Clero Aberdonensi electi, Edimburgum profecti fidei suæ rationem reddiderunt,quem Comitati sunt Ioannes Leslæus tum officialis,postea Senator regni,& Episcopus Rossensis,*Patricius Myrtonus*, *Iacobus Strachanus*.Hic & intrepidè,& disertè hæreticos impugnauit,& postea in scripta redigit.

Tractatum de sacrificii Altaris veritate,& ritibus. *lib.*I.

Scribebat anno MDLX.Io.Leslæus lib.X.pag,DLXXIV.

PATRICIVS ADAMSONVS. H. 81.

PATRICIVS *Adamſonus* vnus ex ijs, qui Archiepiſcopi nomine, hæreticus S. Andreæ eccleſiam deformauit, vir Incomparabilis in humanioris literaturę eruditionis, græcè, & latinè doctiſſimus, vtroque ſtylo facilis, & elegans. Scripſit.

Catechiſmum verſu *lib.* 1.

In Andream Meluinũ declamationes. lib. I.

Epigrammata, ac poemata in quibus fęliciſſimus calor, nec quicquam ab Ariſtarcho reprehendendum præter peruerſum religionis affectum, ſi tñ non ille orthodoxæ. Multa quoque carpunt Lutheri, & Caluini hæreſim, ac fauent fidei veræ.

Obijt in ſumma, vt audio inopia, quod in catholicam religionem pronior, quam expediret ipſi à Satanæ miniſtris cenſeretur Anno MDXCIII.

ANONYMVS POETA. 82

ANONYMVS iſte Scotus *Eberardum Stenuardum Obinium* ex Scotia, vel Gallia in Italiam ſecutus ſtrenuam Neapolitano bello operam nauauit, ſed vnus, vt puto ex ijs, qui Arragonias cõpexuri partes, Gallicanas, damnarunt, Neapoli ſubſtitit, inimicitiaſque cum Iacobo Sanazario Patricio Neapolitano, & optimò Poeta exercuit, ut ipſe epigrammate conqueritur, & ſcripſerat hic vt videtur.

Epigrammata in Sanazarium. *Lib.* I.

Florebat anno MCCCCXC.

ANONYMVS POETA. 83.

AOONYMVS hic Poeta, latinè græceque doctiſſimus Pariſiis publicauit, vt luo VVilliomarus, ſiue Ioſephus Scaliger teſtatur lib. II. In Robertum Titium locor. controuerſor. cap. VIII.

Epigramma Gracũ de officiis optimi, & Apoſtolici præſulis.

Epi-

Epigrammata II. de Hypocrita. itidem Græcè
Eadem Epigrammata latinè vertit,& edidit,quæ ideo Titius malè ex lapide Italico desumpta , & ex membrana Patrensi,affirmat.

Viuebat anno MDXC. Robertus Titius ea *Michaelis* Neandri Soraujensis opera publicata . Scribit.

A L B E R T V S. 84.

ALBERTVS Presbyter,aut *Aldebertus*,aut E*ldebertus*, vt Othlonus loquitur lib. I. de vita S. Bonifacii pag. CCCCXLII. vna cum *Clemente,& Samsone* presbyteris in Galliis cum Adelberto in Bauaria cum Sy*donio* Archiepiscopo amicitiam coluit, magnam cum *Bonifacio* ciue suo Moguntiæ Archiepiscopo controuersiam exercuisse autor est Io. Auentinus in Annalibus Boiorum. Eum Vuicelius Iunior acerbè nimis vellicat cum sociis in vita Bonifacii.

Progenerans quosdam Stygio è fœtore scatentes
Insipidum Albertum,Clementem,& finibus iisdem
Samsonem,Scotos,sinceri dogmatis hostes
Audentes sanæ doctrinæ opponere sancti.

Scripsisse traditur.

In controuersia cum Bonifacio. lib. IV.
E*pistolas ad amicos. lib.* I.

Florébat anno Sal. DCCL. hæreticum eum facit Othlonus Fuldensis, loco laudato,& socios.

A R L A V S. 85.

ARLAVS, siue *Vvardlaus* quidam Sartor impius Sathanæ Satrapa,scelesti *Knoxii* socius,vnus ex Apostatis reprobis,q Caluini hæresim in Scotiam furenter intulerunt,quique à synodo Edimburgensi damnati Ecclesias Perthi vastarunt, & deiecerunt Anno MDLXI. vt narrat Ioannes Boterus Relation. p. III. lib. I. pag. LII. Scripsit.

Conciones furiosas Cacodæmonum spiritu plenas. lib. I.

Viuebat vilissimum vltimorum artificum opprobriũ, anno MDLxi. tales Paulos chara mea Scotia lapsus tui duces habuisti, qui etiã viliori plebi, forent erubescendi.

ANONYMVS HISTORICVS. 86.

ALEXANDRO *III. Rege declarato, ac sacro peracto* ait H. Boethius lib. XIII. Hist. Scot. pag CCLXXXV. *accessit ad eum vir quidam haud ignobili genere natus, montana Scotia inhabitans, qui contextam à se genealogiam regum Scotiæ omnium, ad parentem vsque Gentis Gathelum, memoriter recitauit, quem rex amplissime donatum ex consilio gubernatorum domum dimisit.* Anonymi ergo huius scriptum erat.

Genealogia Regum omnium Scotiæ, retro ad Gathelum Scotæ Pharaonis filiæ maritum. *lib.* 1.

Viuebat hic anno MCCLXXX.

ANONYMVS POETA. 87.

EDVARDVS ex Anglia, cui à *Longis Tibiis* cognomentũ posteri acceperunt, hostili animo ingressus Scotiam Carmelitanæ familiæ quendam monachum secum adduxit, qui conscriberet.

DeStructionem Scotiæ *lib. I.*

Victoriam Anglorum. *lib.* 1.

At cum ad Bannocburn à *Roberto Brusio* Scotiæ Rege L. Millia Anglorum cæsa, & CC. Equites aurati perempti, & secundum eam Cladem exigua Scafa Rex *Eduardus* Angliam repetijsset, Idem ille Carmelitanus, iussu *Roberti* stylo conuerso posteritati prodidit, barbaro quidem illo, sed illi sæculo haudquaquam contemnendo. *Scotorum victoriam.* *lib.* 1.

Hunc Angli illustri loco natum prope Notingamiam aiunt, & nomẽ ei fuisse *Robertus Bastonius*, Cœnobii Scarburgensis etiam priorẽ faciunt. Hanc fugiẽte Anglorum Rege *Eduardo* Cladem Anglos accepisse non modo Ioannes Balendenus, & Ioannes Maior, Scotique alii in annalibus suis scribunt, sed et Thomas de la Moor in Eduardo II. gentis suæ stragem loquitur. Porro Roberti plura ope

ra

ta à Pitſeo numerantur, ſcilicet ſubiecta.

De Striuelinenſi obſidione.	*lib.* 1.
De altero Scotorum bello	*lib.* 1.
Orationum Synodalium	*lib.* 1.
De varijs mundi ſtatibus	*lib.* 1.
De Diuite & Lazaro	*lib.* 1.
De Scotia guerris variis	*lib.* 1.
De Sacerdotum luxuriis.	*lib.* 1.
Epiſtolarum ad diuerſos	*lib.* 1.
Contra Artiſtas	*lib.* 1.
Tragadiarum, & Comediarum Anglic.e	L*ib.* 1.
Poematum, & Rythmorum	*lib.* 1.

Floruit anno M.CCCXV. H. Boethius lib. XIV. pag. CCCIV. poematis principium, ſed admodum barbarum ponit Ioannis Leſlæus lib. VII. hiſt. Scot. pag. CCXLVI. Errat ſcurriliter Pitſeus, vt ſolet dum cum à pijſſimo rege, & Eccleſiaſtici ordinis reuerentiſſimo *Tormentis adactum* Scribit vt Scotorum victoriam celebraret.

ALBINVS. 88.

ALBINVS Epiſcopus Brechinenſis cum S. M*alcolmo* IV. Rege educatus in aula ſplendorem ſtemmatis ſui incredibili pietatis, & prudentiæ laude cohoneſtauit, atque extulit, in ſcripturis ſacris uerſatiſſimus, & ſæcularium literarum haud quaquam ignarus. Scripſit.

Acta S. Malcolmi Regis.	*lib.* 1.
De translatione eiuſdem	*lib.* 1.
Super ſacra Scriptura.	*lib.* 1.

Obiit anno MCCVI. vel vt alij perperam tradunt anno MCCLxvi. quod ſi verum eſt non potuiſſet S. Regi *Malcolmo* innotuiſſe. Scotichronicon lib. x. cap. xxII.

AMKEMBALDVS. 89.

A*MKEMBALDVS* Regulari obſeruātia apud ſuos clariſſimos Monachus Benedictus in celebri Monaſterio Dumfermelini,

ac deinde eiusdem loci Abbas. Scripsit.

De vtroque Adam. lib. I.
Mysteria Passionis Christi. lib. I.
De B. Dei Matre. lib. I.

Obiit anno MCXCVIII. Scotichronicon. lib. VIII. cap. LIX.

A L C V I N V S. 90.

ALCVINVS consanguineus S. *Alcuini*, qui preceptor *Caroli Magni* Academiam Parisiensem fundauerat, &, vt falso creditur, in Melrosiensi Cœnobio indutus, postea S. Crucis Abbas factus Sanctè, pièque se gessit, sed breui tempore monasterio præfuit. Nā *rerum Cœlestium contemplatione abreptus Curæ renuuciauit*, inquit Scotichronicon lib. v. cap. XLIII. Scripsit.

Homilias pias. lib. I.
Epistolas ad diuersos lib. I.

Curæ renunciauit anno MCXLI.

S. A L M V S. 91

S.ALMVS Cisterciensis, siue Bernardinus S. Benedicti regulam professus, primus Abbas in celebratissimo Cœnobio, quod *Emergarda* Regina Regis *VVilhelmi* vxor, & Regis *Alexandri* Mater fundauerat, quod à nomine ipsius *Almurenoch* diu vocatum postea corrupta voce *Balmurenoch* cæpit vocari, vir fuit sine controuersia sua ætate doctissimus, & pientissimus, ideo vocatus è Melrosiensi Cœnobio ipso die S. Luciæ suscepit noui monasterij curam. Scripsit.

De perfectione Religiosa. lib. I.
Acta Reginæ Emergardæ. lib. I. fuit hæc filia Comitis de *Bellomonte*, qui erat filius Senioris filiæ *VVilhelmi* Normani Regis.

Abbas creatus est anno MCCXXIX. Hect. Boeth. lib. XIII. cap. X. Obiit anno MCCLXX. Acta illius Monasterij.

IOAN-

IOANNES ALDARVS. 92.

IOANNES *Aldarus* cuius nudum nomen ad me deuenit historijs patrijs curam impendit. Scripsit.

De Scotis, & Hibernis. *lib.* 1.

Vixit anno MXLI.

THOMAS AVGVSTINVS. 93.

THOMAS AVGVSTINVS Turrauiēsis scholæ insignis Doctor inter eminentisſimos sui sæculi homines iure numerandus quadraginta pene annis incredibili labore iuuentutem sibi cōmissam erudiuit. græcè, latinè, & hebraicè doctissimus, Antiquarius incōparabilis Scripsit.

Quorundam auctorum versiones è græco in latinum. *lib.* 1.
Poemata græca *lib.* 1.
Orationes græcè latinèq. *lib.* 1.
Obseruationes in septnaginta *lib.* 1.
Præludia Rhetorica. *lib.* 1.

Obiit in laborioso exercitio anno MDXCII.

THOMAS AVGVSTINVS. 94.

THOMAS *Augustinus* Turrauiensis superioris filius, nec patre tanto indignus, amœnisſimo ingenio adolescens, quarūlibet bonarum artium capax, patriam pietatis discendæ studio reliquit in hoc patri quam simillimus qui nullis vnquam muneribus, aut terrore adduci potuit, ut à Religione Catholica tantillum discederet. Igitur *Thomas* Societatem Iesu Romæ ingressus, multa ꝓbæ indolis indicia præmatura, & acerba morte raptus reliquit. Scripsit multa, ut in illa ætate, in his.

Epigrammata sacra. *lib.* 1.
Elegias sacras *lib.* 1. quibus ornabatur nobilitatis illud, ac pietatis Lycæum seminarium Romanum.

De

Deplorationem Scotiæ. *lib.* I.

Obiit in tentamento seu nouitiatu, ut uocant, eiusdem Societatis anno MDXCIX. nec sine pietatis opinione.

ANONYMVS POETA. 95.

ET hic *Anonymus* quidam *Scotus* poeta haud quaquam ignobilis S. Galli monachus in Heluetiis, putatur Hartmannus, ut suo loco infra dicetur. Erat hic Colūbani discipulus, vt ipse agnoscit,

Inde Columbanus noster Pater atque Magister
Alpibus excursis aereiisque viis.
Hic aderit præsens.

Scripta eius nuper Henricus Canisius V.C. publicauit.

Florebat circa annum DCCCCXCIX. nam interregni inter *Henricum II.* Imperatorem, & *Corandi III.* principatum, meminit, sedente Romæ *Ioanne XII.*

S. ALFREDVS. 96.

S. ALFREDVS filius spurius *Osuuii* Regis Nordanymbrorum ab *Egfrido* fratre pulsus in Scotiam venit, ibique exul multis annis egit, extincto fratre Rex coronatus, pluris fecit religiosam uitam regno, & in Scotiam regressus, monachum Melrosiæ induit, communi eo sæculo literarum emporio Anglis, Hibernisque cum fructu aperto. fuit literatus, & literatorum hominum mecœnas optimus, vt Beda loquitur.

Epistolas ad Colomannum, & suos. *lib.* I.
Ad Adamanum Coludium. *lib.* I.
Ad Hildam Abbatissam. *epist.* I.

Obiit Drisfeldiæ. anno DCCV. colitur XXIII. Iulii.

APOCRISIARIVS. 97.

APOCRISIARIVS quidam Benedictinus, Concilio Perthi habito sub Iacobo S. Victoris Canonico per Scotiam, & Hiberniā Legato Apostolico interfuit. Scotichronicon lib. IX. cap. XXXVII

&

& diligenter eloquentique stylo. Scripsit.

Acta Synodi Perthanæ. *lib. 1.*

Floruit anno MCLXXI. hic dictus, quod nomine Pō tificū, aut Episcoporū in concilijs responderet, ἀπὸ τοῦ ἀποκρίνεσθαι, doctè Lancelotus, & alij ad cap. significasti de elect. in iure Canonico. S. Isidorus in Glossis *Apocrysarius Minister Romanæ Ecclesiæ.*

ANONYMVS POETA. 98.

HAereticorum, quorum vt contra Regem nuper detecta fuerat rebellio, & furentium proditio, ita pridem manifesta in Deum impietas cædem solemni *S. Bartholomæi* festo Anni. MD LXX. Lutetiæ, & alibi in Gallia factam Anonymus quidam Poeta Scotus paulò quàm par fuit acerbiùs mordaci, sed admodùm eleganti, & affectuum plenissimo carmine perstrinxit. tit.

Furia Francica.

Principium arguit Auctorem exulcerato, parumque æquo in Regem, Reginam, Guisiosque fuisse animo, necnon à fide catholica alieno, quamuis occisos ē Catholicos deflere velle videatur.

Impie Rex, mater truculenta, inuisaque cælo Guisiadum Soboles.

ANONYMVS POETA. 99.

QVo tempore in Anglia luctuoso Christiano orbi exemplo *Maria Stuarta* Scotorum Regina hæreticorum ad libidinem est immolata, tam funestum Ecclesiæ Romanæ, regnique Scotici casum ingenia pleraq. illius æui deplorauere. Sed eminuit *Anonymus* quidàm Scotus, sub titulo.

Deploratio indigni funeris Mariæ Scotorum Reginæ. lib. 1.

Auctor ille, siue *Iacobus Cadanus*, siue *Adamus Blacuodaus*, siue *Georgius Critonius: cuius sunt elegantissimi versus subscripti imagini, qua tota eiusdē Reginæ martirij tragœdia repræsentatur, & exprimitur: Scotorum rebellium furores, clandestinos Germanorum hæreticorū conatus, fœdifragam, & sublectam Elizabethæ spuriæ Anglicanæ impietatem ob oculos non sine commiseratione, & indignatione ponit.* initium carminis.

Iesabel hospitij violato iure, scelestis.

Reginam manibus cognatam sustulit.

Hortatur etjam Europæ principes, vt dignam tantæ, & tam sanctæ fœminæ manibus vltionem præstent, nec Augurium fefellisset

lisset, nisi tam longè Pôtifex abfuisset, turbæ in Galliis religionis obtentu, immatura filij ætas, & infidus hæreticorum subditorum animus, Ducis Guisii Blesis mors inopinata, ad vltimũ hispanica classis tempestate disiecta tam sancti propositi tenorem interrupissent. Scribebat anno MDLXXXVII.

ANONYMVS CHRITICVS. 100.

REdeuntibus literis, & veluti recidiua luce post tam atrocẽ barbariem gaudentibus musis, *Anonymus* Scotus in Bibliotheca Regis magnæ Britanniæ è græco idiomate latina fecit.

Constantini Geoponica. *lib.* I.

Anno MCCCCLI. vt codex ipsæ præfert.

ANONYMVS HISTORICVS. 101.

REgina Scotiæ Maria in Anglia functa, Anonymus quidam Scotus (is fuit Adamus Blacuodæus) pietatis ac patriæ amans, gallicè Scripsit.

Historiam, & martyrium Reginæ Scotię
Dotalis Franciæ, & proximæ hæredis Angliæ. lib. I.

Proditiones Elizabethæ Anglicanę in eam, quo facile apparent mendacia, calumniæ, falsæque accusationes innocenti principi obiectæ; hæc doctè ibi, & religiose. Ad hæc.

Liber de morte eiusdem, complexus Anglorum tyrrannidem, regiam suę maiestatis constantiam, virtutes, victa actus, vltima verba, & truculentam proditionem hæreticorum.

Prodiit opus anno MDLXXXIX.

ANONYMVS POLITICVS. 102.

PAtrum nostrorum memoria *Anonymus* ex omnibus philosophorum scriptis, colligit, ediditque.

Educationem, & institutionem tenelli Principis. lib. I.

Quod opus M.S. asseruatur in bibliotheca Regis Magnæ Britannię vbi, aut quando scriptum ex codice illo non facile percipies, quia tamen Gallicè maluit, quam latinè, suspicor alicui viro princi pi Gallo autorem dicasse, à non adeo longo tempore cuius ipse educator esset, vt sunt in Galliis illius farinę plerique. Animaduerto illũ ad Quintiliani, & Marulli Tarchaniotę pręcepta prĩncipem suum informare.

ANO

ANONYMVS POETA. 103.

IN eadem Bibliotheca aſſeruatur M. S. *Anonymi* cuiuſdam Scoti elegans Epicum poema.

Genethliacon principis Alexandri Iulij. lib. 1.

Anno MDLI.

ANONYMVS GEOGRAPHVS. 104.

DEnique in eadem Bibliotheca *Anonymi* Scoti ſeruatur codex M. S. ſub titulo *Geographiæ Epitome* *lib. 1.*

Autor quiſquis fuit, opus ſane Reginæ Mariæ dum in Galliis agent, præſens obtulit indeque in Scotiam tranſlatus.

Anno MDL.

ANONYMVS THEOLOGVS. 105.

DVm fatalis illa mutandæ religionis auitæ clades, & hęreſeos Anglia illatæ procella longè lateque detonaret in Scotia, multum ſe tanto furori pii doctique viri oppoſuerunt. In his *Anonymus* Scotus, nonnulli *Iacobum Tyrium* auctorem faciunt. Luculento, & erudito ſtylo edidit. *Hiſtoriam Eccleſiæ Scotiæ. lib. I.*

Anno MDLXXV.

ANONYMVS HISTORICVS. 106.

COmes *Gauriæ* cum *Alexandro Ruthueno* fratre poſt peregrinationem Gallicam, Italicamque, in Scotiam rediit, habito clanculum cum *Elizabetha* Angliæ Regina colloquio. Is nefarium trucidandi regis conſilium iniit, ſed deſtinatis diuina prouidētia excuſſo illo, & Regi incolumitas conſtitit, & capitale ſupplicium de proditoribus ſumptum. Huius rei vt geſta erat hiſtoriam Anonymus contexit ſub Elogio. *Ruthuenorum coniuratio. lib. 1.*

Anno MDCI.

ANONYMVS AVTOR ANTONINI ITINERARII. 107.

ITinerarium quod *Antonini* Auguſti nomine circumfertur, vt ilēlane, & peruetuſtum opus non eſſe illius principis multa conuin-

cunt, sed illud maximè, quod recentia quædam nomina, post mortem demum *Antonini* recepta, in eo legatur. Theodorus Marcilius professor nuper Lutetiæ, non vnius opus, sed miscellũ putauit, doctiores plerique non *Antonini* quidem, sed alterius *Anonymi* docti & antiqui scriptoris. Ego illum non coniecturis, sed certa M.S. codicis fide deprehendi *Scotum* esse. Codex iste est apud CL. V.D. Pauillonum aduocatum Parisiensem, in membrana proba manu, exquisito charactere, oblonga forma miniatis pulcherrimis, & uiuidis coloribus capitalibus elementis, ibi habetur eadem, qua reliqua manu *Cosmographia Scoti.* *lib.* 1.

Ea est notitia vtriusque Imperii, vt suo loco fusiùs, tum in fine, eadẽ manu, delineatis perbellè literis.

Sequitur itinerarium Scoti *lib.* 1.

Quasi vtrumque opus esset opus autoris eiusdem, quod in patriæ meę decus vir ille literatissimus mihi ostendit, & ego volens libẽsque posteris dono.

Floruisse videtur anno sal. CCCCXL. quà tempestate multi nostrates exulabant, vt regem suum secuti in Italiam fuerant, ibique Rege domum regresso, sedem fortunarum suarum fixerant, vt hoc opere ex Nomenclatura eruditorum lector probabili coniectura assentietur. Quis ille fuerit, tã anxiè quærere vanum, quam scire inutile, & ego pergo.

ARTVILLVS. 108.

ARTVILLVS nobilissimo loco apud suos natus Reguli cuiusdã siue Thani filius non leue patriæ ornamentum. Guiliel. Malmesburien. patria excedens Angliam petijt non sine suspicione alíqua perduellii, conscius enim putabatur cædii *Spontanæ* Reginę, quam Atholici fratres pro *Eugenio* VII. Rege ipso grauidam confecerunt, verũ de eo, vt est in S.C. nõ liquet. Eius sunt, quæ extãt.

De Rebus Mathematicis. *lib.* 1.

Ad Adhelnum Episcopum. *lib.* 1.

Viuebat anno DCCX. regnante domi *Eugenio* VII. sedente Romæ *Gregorio II.* Leslæus.

ALEXANDER ALESIVS. 109.

ALEXANDER *Alesius* patria pulsus, puto ob hæresim, clarum sibi ab eruditione nomen in Germania acquisiuit, meliorem fi-

dem

dem foris amplexus. Eius sunt teste Bibliotheca Germanica.

De Autoritate verbi Dei aduersus Lundensem,
Friderico duci Saxoniæ. lib. I.
Commentaria in D. Ioannem Euang. lib. I.
De Missa, & Cœna Domini. Lipsiæ. lib. I.
Expositio Psalmorum. lib. I.
Responsio aduersus Ruardum Tapperum. lib. I.

Et alia in bibliotheca Classica, quibus liquet non indoctum fuisse. Pulsus est Scotia anno MDXL. obiit vero ætatis suæ anno LXXII. in Academia Lipsiensi XVII. Martii XXV. anno sui exilij, idest anno MDLXV. vt obseruat Aelius Reusnerus in Indice Chronologico. Dicitur eximio inibi honestatus Epitaphio, sed nos alio hic orbe ignari talium viuimus.

ROBERTVS ARCHIBALDVS. 110.

ROBERTVS ARCHIBALDVS domo Santandreanus, Lutetianus philosophiæ professor, vbi magno auditorum concursu celeberrimus si quisquã alius. Scripsit quod ad manus meas deuenerit.

De origine Philosophiæ, lib. I.
De Dignitate Philosophiæ. lib. I.
De Partibus Philosophiæ. lib. I.

Docere incæpit anno MDLXXVII. vt testantur acta MSS. nationis Germanicæ ibidem loci ad DD. Cosmi, & Damiani asseruata.

ADAMVS ABRENETHÆVS. 111.

ADAMVS *Abrenethæus* Edimburgensis græcè, latinèque ad inuidiam tui sæculi, doctus, Philosophicis iuxta, ac humanioribus literis cumulatè instructus, magna ingenij claritudine, sed infelici sorte philosophiam est professus Nemausi Arecomicorum in volcis, socius etiam meorum inibi laborum, & comes candidus cuiuscunque fortunæ. Exinde Lyceo Monspelii præpositus doctorali in medicina Laurea donatus. Eius hæc ad manus meas venerunt.

Triumphus Britanniæ *versu, & prosa.* lib. I.

Musa

Musarum campestris lib. 1.
Thymiamata Musarum lib. 1.
Psychologia medica, & Philosophica. lib. 1.
Seria mixta iocis Parisijs. lib. 1.
Deambulatio Metaphysica Lugduni. lib. 1.
Stirpis Barboniæ fœlicitas. lib. 1.

Viuit ad huc, & plura molitur. Vt unam sinceræ fidei orthodoxę cultor.

ROBERTVS AITONVS. 112.

ROBERTVS Aitonus nobili loco natus, summa eloquentia, incomparabili morum suauitate ac modestia diu in Galliis bonas artes excoluit, & præclarum suæ virtutis specimen nomẽq. reliquit. tandem redux, Eques aureatus renuntiatus augustissimæ magnæ Britanniæ Reginæ á secretis, ea se moderatione gessit, & prudentia, vt cum magna esset in aula consecutus, maiora eum omnes mereri faterentur. Eius sunt stylo omnia tersissimo raraq. inuentionis fœlicitate.

Poemata Græca Lib. 1.
Poemata Latina. lib. 1.
Poemata Scotica lib. 1.
Poemata Gallica lib. 1.

Viuit hodie in aula Britannica, sed quasi in Parnasso, aut Cyrrha.

ANDREAS AIDÆVS. 113.

ANDREAS Aidæus Aberdonensis commilito olim meus, sed ab impubertate non visus, in Germania, Dantisci, ut audio, & Belgio bonas artes exercuit cum laude Kekermanni illius clarissimi successor. Eius sunt.

Commentaria in libros Aristotelis ad Nicomachum. lib. 1.
Eclogas decem exemplo, & mimesi Virgiliana.
Genethiacon Principis Palatini Heydelbergæ. lib. 1.

Viuit adhuc & multa, vt ferunt ab eo ingenij monimenta promittuntur.

IACOBVS ANNANDAEVS. 114.

IACOBVS *Annandaeus* Aberdonensis, patria relicta Parisios cõcessit, vbi celebri sui gentisque fama humaniores primũ literas, mox & philosophiam est professus. Edidit.

In Ethica Aristotelica Synopsim. *lib. I.*
De Politia ciuili. *lib. I.*

Profitebatur anno MDLXXVI.

PATRICIVS ANDRESONVS. 115.

PATRICIVS *Andresonus* Rossensis tenella admodum ætate, euocante auunculo Scotici Norimbergę Cœnobii abbate, suis relictis, in Belgium venit, Louanii sedulam bonis artibus operam nauaturus, moribus innocens, ac fide integer peregrinatus est Romam, vbi in Societatem Iesu admissus paucos in mathematicis, aut S. Theologia pares hoc sæculo habet, superiorem nullum. Scripsit vt audio, sed non edidit.

In Mechanicis multa. *lib. I.*
In opticis multa. *lib. I.*
De Sanctis Scotis graue, & serium opus *lib. I.*
De blasphemia ministrorum. *lib. I.*
De veritate Ecclesiæ. *lib. III.*
De patria sua statu. hispanicè. *lib. I.*

Viuit adhuc in Galliis, & religiosis uotis patriæ suæ defectionem à fide deplorat, & scriptis castigat, audio carceri ab Hæreticis mancipatum, & constanter agere. Rumor nunc est obiisse.

ALEXANDER ANDRESONVS. 116.

ALEXANDER *Andresonus* Aberdonensis liberalia Parisiis studia excoluit Munificentia Cl. V. Dn. *Beaulieu* status Gallici vt vocant secretarij, cuius testamenti tabulis etiam honoratus legata percepit, vir viuacis ingenii, ac summa diligentia, cui *Mate-*

matico

matico præstantissimo Petronij nouam editionem inscripsit Ioannes Bourdelotius. Edidit.

Apollonium Pergæum rediuiuum. lib. 1.
Apollonij Rediuiui supplementum. lib. 1.
Ad Angularum sectionum Analyticen, Theoremata καθολικώτρα. lib. 1.
Aetiologiam. lib. 1.

Viuit adhunc Lutetiæ, & plura indies posteris iuuandis procudit. Nuper V. Cl. *Henricus Sauilius* Eques Oxoniæ professionem Mathematicam instituit septingentis aureis dotatam, memorabili sanè exemplo, vt sint omnia in homine illo rara. Dignus ei visus Alexander Andresonus vnicus, qui tantum dignitatis subeat, sitq. primus Mathieseos in Regno Anglicano, bono omine professor.

GVLIELMVS ALEXANDER. 117.

GVLIELMVS *Alexander* vir nobilis, & eruditus nuper equestri dignitate ornatus, magister etiam libellorum supplicum pro Regno Scotiæ, multa suaui stylo, & melliflua vena edidit, sed ad me hæc tantum uenerunt vernacula lingua conscripta.

Tragædiæ VII. lib. 1.
Comparatio Henrici IV. Galliarum Regis, & Iulij Cæsaris. lib. 1.
Horæ XXIV. de Mundi creatione lib. 1.
Poemata varia lib. 1
Continuatio Arcadiæ Sidnæi lib. 1.

Viuit adhuc, & in aulico strepitu musas secessu iucundissimo colit.

IOANNES ADAMSONVS. 118.

IOANNES *Adamsonus* Sãtandreanus, inibi philosophiæ professor, etiamnum hodie celebris, edidit multa, sed ego tantum vidi.

Collectionem poematum variorum in Regis aduentum. lib. 1.

HENRICVS ANDRESONVS. 119.
ADAMVS ANDRESONVS. 120.
GVLIELMVS ARESKINVS. 121.

ET hi viri clari, si abdicata hæresi fidem amplecti uoluissent, Regis accessum ad Scotos poematiis suis extulerunt, libro à Io. Adamsono nuper edito, de quo quid aliud dicam? nisi librum esse.

HI.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER II.



S. BALDREDVS. 122.

DE S. BALDREDO Episcopo Glascoensi S. Kentigerni successore verba Hectoris Boethij ex lib. IX. hist. Scot. apponam. *Diuus Baldredus, Scotus genere, Pictorum Doctor, qui vbi Pictos recta fide pio instituisset sudore in Bassa Carcis est nomē in Laudonia loci natura omniū munitissime, scopulo altissimo amplius duobus passuum millibus à continēti, vndique mari cincto, sita, vita defungitur; cūque triū parœchiarum viri, Adhama Tinningamæ, & Preston proeferendo funere decertarent, oībus, vt tam sancto pignore honestarētur, contendentibus, spectaretq; res prope ad iniuriam placuit omniū consensu, sequentē noctem pijs assistentes precationibus sacras agere vigilias, postridie quod loci Pontifex (is tū forte vt sacræ supplicationi interesset, venerat) in re faciundū diceret absque lite exequerētur.* Ex*actâ nocte tres capuli, tribus corporibus vestimentis sacris decenter ornati, nulla inter se magnitudine, aut colore, aut alio quouis discrimine à sacerdotibus sub dubiam lucem inuēti, iubēte Epo, pijs ac lætis acclamationibus ad tria vicina tēpla sūt delati: vbi idē funus diuina opera tribuente, tribus in locis celebri pompa, honestisq; sarcophagis conditum hoc nostro æuo à religioso populo pijs notis honoratur.* Quod eo lubētius retuli, quo iure mirari lubeat nullam de tam sancto viro in Martyrol. factā mētionē. Meminit Io. Leslæus lib. IV. Hist. Scot. pag. CLII. & Ioan. Fordunus M.S. in Hist. Scot. lib. VII. asseruatus Cantabrigiæ in Collegio D. Benedicti, qui asserit eum scripsisse quædam, & inter ea.

De Scoticæ Ecclesiæ statu. lib. 1.

Viuere desijt Anno DCVI. colitur die VI. Martij. Breuiar. Scotic.

S. BATHENVS. 123.

DE eo etiam eiusdem H. Boethij narrationem audiamus lib. IX. hist. Scot. pag. CLXVII. *Venere cum eo in Albionem S. Columba, viri duodecim Christi dogmate insigniter imbuti, sed magis longe sanctissimis decorati moribus Batheaus, & Cominus, qui post Columbæ exitum Monachorum claustris præfecti inter Scotos haud mediocre Christi Ecclesiæ decus attulere* Nec plura alibi de eo memini lege re nisi apud Notkerum Balbulũ in Martyrologio, qui V. Eidus Iunij *Batthenaum* vocat, vt & S. Adamannus Scotus lib. I. vitæ S. Columbę cap. XII. lib. II. cap. XIII lib. III. cap. XXII. & cap. XXX. vbi *Baithenaus* dicitur Arnold. Vuion. lib. III. Ligni vitæ pag. CCCCXII. *Batpherium* vocat. Scripsisse fertur eleganti stylo.

Acta Columbæ magistri lib. 1.
De Monastica vita laude lib 3.
Enchridion precum. lib. 1.

Florebat Anno DCVI. sub pijssimo Rege *Conuallo* Petri Cathedrã Romæ tenẽtibus *Bonifacijs* III. & IV. Ioan. Leslæus lib IV hist. Scotic. pag. CLII. Colitur. V. Iunij. Notkerus Balbulus in Martyrolog.

S. BEANVS. 124.

S. *BEANVS* Meurthlacẽsis in Scotia primus Antistes, quæ sedes Aberdoniam postea translata, quod locum priorem Dani delevissent. H. Boethius lib. XI Hist. Scotic. pag CCXXXXV. *Murthlaci Sacrum magistratum omnium primus gessit Beanus Vir pietate, & eruditione insignis inter viuos, sed aliquot post annos in diuos relatus.* Eum Vsuardi Martyrologio adiecit ex codice veteri manu scripto Ioannes Molanus, atque ita memoriam eius celebrat Martyrologium Romanum ad diem XVI. Decembris *Aberdoniæ in Hibernia S Beani Episcopi*. Duplex Compilatoris error nam neq *Aberdonia* ciuitas in *Hibernia*, sed in *Scotia* portu maris cõ nobili, & Academia celebratissima. Notat Philippus Ferrarius Alexãdrinus Mathematicus ordinis Seruorũ generalis in Topographia ad Martyrologium Romanum: Neque ille *Aberdoniæ* E-

piscopus, sed *Murthlaci* habendus, nondum enim vsq.ad S. *Dauidis* Regis tempora Episcopatus Murthlaco Aberdoniam translatus, & tamen eundem errorem in Martyrologio suo transcripsit Petrus Galesinius Protonotarius Apostolicus. Scripsit.

Documenta fidei.	*lib.* 1.
Euangely narrationes.	*lib.* 1.
Epistolas ad diuersos.	*lib.* 1.

Claruit anno MXL sub optimo Rege *Malcolmo* II. Latius egi in successione Ecclesiæ Aberdonensis.

S. BERTINVS. 125.

S.BERTINVS Abbas Scotus. Theodoricus Abbas S. Trudonis in vita S. Rumoldi *Nouit hoc alter pene orbis Britannia, cum adiacente Scotia, qui statim vt ab illius aeternitatis Sole tacti sunt, illi sub vmbra eius, quem desiderabant requiescere, isti ad ardorem vsque Martyrii festinauerunt incalescere, & stridētia, anhelantiaque verba in dulce Crucis melos didicerunt infringere. Vnde autem hoc tam latè diffusum germinarium, nisi quia in eorum cordibus coaluerunt Iesu Christi amor, & desiderium? Assentit in hoc Herbipolis gloriosa martyris Kiliani meritis, & corpore, nec minus prona sanctorum Scotorum talium, & tantorum Patrum veneratione, Columbanus Italiam, Bertinus, & Vvinocus illustrant Occidentalem Galliam* Vitam huius scripsit Folchardus Monachus Bertinēsis, & retulit Surius die V. Septembris Tom. V. Sed nec patriæ ille, nec parentum mentionem facit. Anonymus apud eundem die IX. Septembris in vita S. *Audomari* cap. XIX. eum monasterio Sithiensi ab eodem Audomaro præpositū scribit. Anonymus alter in vita S. *Vvinoci* apud Surium Tom. VI. die VI. Nouembris plenè laudat. *In Morinorum seu Tarranensium regione Beatus Bertinus in ornamento Ecclesiæ Dei erat lapis pretiosus. In Sithin monasterio merito, & officio Abbas. Hic sanctitatis suæ aromata longe, lateque spirauerat.* Trithem. lib. III. de Vir illustr. ordin. S. Benedicti. cap. CV.

De exacta regulæ S. *Bertini* obseruatione D. Bernardi præclara extant Encomia epist. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLIV. Recolitur

sancta eius memoria die V. Septembr. Martyrolog. Roman. *Monasterio Sithin S. Bertini Abbatis* Petrus Galesin. *In Pago Teruanensi S. Bertini Abbatis, rerum admirabilium, & uita calestibus virtutibus exculta gloria clari,* Franc. Maurolyc. eodem die *apud Belgas in Frude fluuio Natale S. Bertini Abbatis.* Ioan. Molanus in Ind. Sãctorum Belgii, & Addit. ad Martyrolog. Vsuardi. Vide locum, est enim insigni elogio plenus. Scripsit.

Regulam strictissimam fratribus. lib. 1.
Meditationes. lib. 1.

Obijt anno DCXCVIII.

S. BABILA. 126.

S. BABILA virgo Vrsulana Regis Siciliæ ex S. *Geresina* regina filia. vide lib. 1. in S. *Adrianus*, & lib. VII. lib. XII. lib. XIX. hæc, vt sorores, non tam Scota ortu, quàm Scotæ filia. Petrus lib. IX. cap. XXCVII. Ecclesiæ Coloniensis Acta, Petrus Cratepolius in illius Archiepiscopatus successione, Ioãnes Gualterius in Chronico Chronicorum. pag. MCCLIX.

Passa est anno CDLIV. colitur die XXI. Octobr.

S. BOISILVS AB. 127.

S. BOISILVS Abbas Mailrosẽsis *sublimiũ virtutum Monachus, & Sacerdos* ait Beda in uita S. Guthberti cap. VI. fama sanctitatis suæ sparsa effecit, ut idem ille S. *Guthbertus* se ei in disciplinam traderet, ut ibidem loci habetur. Idem *famulus Dei* moriturus illum iam monasticæ uitæ tirocinio decurso sanctissimè agentem salubribus monitis informat, & totius uitæ sigillatim admonet. cap. VIII. hoc ei magnificum adfingit elogium in eadẽ uita cap. XXII. *Venerabilis, & cum omni honorificentia nominandus seruus Christi Boisilus, qui me in Mailrosensi monasterio* (uerba ipsius sũt Guthberti) *quondam senex adolescẽtem nutriebat, & inter enutriendum cuncta, quæ mihi erant ventura prophetica veritate prædixit.* Scripsit.

De fide quæ per charitatem operatur. lib. 1.
In Euangelium Ioannis. lib. 1.

Medi-

Meditationes. *lib.* I.

De Trinitate excerpta ex D. Augustino,& alijs. *lib* I.

Obiit anno DCXLIII. Sanctus habitus. Vuion lib. III. Ligni uitæ pag. CCCCXII. meminit & Trithemius lib. III. cap. CXXVI. quam sceleste Angli suum faciant, uiderint, cum Melrosia semper in Scotia fuerit.

S. BEDA M. 128.

BEDAM *Venerabilem*,& si omnes *Anglum* faciant, reperio tamẽ eum nec *Anglum* domo nec *Scotum*, sed in *Scotia* diu uixisse, in *Anglia* diem suum, ubi omnia sua opera elaborat erat, supremũ obiisse. H. Boeth. lib. IX histor. Scot pag. CLXXXI. *Italia cum Albione pro Beda incunabulis contendit, asserentibus Italis virum Genuæ natum ibidemque vltimam soluisse necessitatem* contra vulgarem Doctorum sententiam, *sepulchrumque eius in rei fidem hactenus eadem in ciuitate cunctis haberi venerabile; verum vndecũque traxerit originem, & vbicunq diem clauserit satis constat ex eius,& aliorum scriptis adolescentem eum in Italia, senem in Northumbria frequentius inter piorum cœtum Melros (Abbatia monachorumque Cœnobij id nomen in Scotorum agro pientissimis viris, et religioni semper deuotis insignis) habitasse, diuersatumque esse, extinctum vero Ethfrino Scotorum rege administrante*,& ne solus ille hoc affirmasse censeatur, concors est Raphael Maphæus nobilis Volaterranus non sine sanctitatis opinione, is lib XIV Commentar. pagina CCCCXVIII. hoc ait *Depositum Beda Genua visitur*,& ideo nomen Gentis Antonius Coccius Sabellicus non addiecit, cum eum laudaret Ennead. VIII. lib. VII. pag. DLVIII. & Gulielmus Malmesburiensis & Gulielmus Vvestmonasteriensis pag. XI. fatentur eum prope *Scotiam* natum. Sũt tñ qui scribũt duos eodem nomine *Bedas* ordinem, etiam S. Benedicti, literis, & sanctitate in diuersis Europæ partibus claruisse, & hunc quidem *Britanniam* illustrasse, illum uero *Liguriæ* esse decus à *Carolo Magno* accitum ut ex uita eius patet ex lib. uetusto Monasterij S. Benigni prope Genuam, cuius memoria recolitur X. Aprilis Arnold. Vuion lib. III. Lign. uitæ. pag. CXXXI. Erroris origo inde profluxit,

xit, quod multa opera sub eodem titulo uterque composuerit, ut ex uita illa laudata liquet. Et noster quidem scripsit innumera, quæ apud Sabellicum, & Volaterranum locis dictis uideantur, publicata uero uno tempore fuerunt, ut ex Polydoro Virgilio lib. IV. hist. Angl. c. colligitur, extabantque in Maia. Index loci.

Ecclesiastica Gentis Anglorum.	*lib.* V.
In Acta Apostolorum	*lib.* I.
In Euangelium Marci	*lib* I.
De Temporibus	*lib.* I.
Homilia	*lib.* I.
In VII. epistolas Canonicas	*lib.* I.
In Apocalypsim	*lib.* III
In Genesim	*lib.* I.
In VII. libros Regum	*lib.* I.

Ista uero manuscripta extant Oxonij, & Cantabrigiæ.

In Exodum à cap XXIV. ad XXX.

De Templo Salomonis	*lib.* I.
De figura Vtensilium vasorum, & vestium.	*lib.* I.
In Euangelium Lucæ.	*lib.* VI.
Retractationes in acta Apostolorũ. lib. I.	

Collectanea ex S. Augustino.

Vide plura apud Ioannem Pitsæum ætate VIII.

Obiit anno ætatis secundum quosdam LXXII. alijs usque ad XCIV. annum eum uixisse testantibus, quod probabilius. Nec minor in anni supputatione difficultas. Sigebertus refert in annum DCCXXXI. falsò sanè: Autor uitæ ipsius quæ scriptis præponitur, anno DCCXXXIV. Sed uerius est dixisse eum ad annũ Salut. DCCLXVI. ut eruditè colligit Cæsar Baronius tom. *IX.* Annal. pag CVI. & ad *XXV*II. Maij in Martyrologio Romano, quo die eius commemorationem Ecclesia celebrat.

S. BERTVINVS. 129.

DE S. BERTVINO unicum sufficiet Sigeberti Gemblacensis encomium. *Præter hos, & alij multi de Anglia, vel Scotia in Anglijs peregrinantes verbum Dei seminabant, multumque fructum*

Deo

Deo faciebāt scilicet Etto, Bertuinus, Elognius. Scripta interierūt. Peregrinabitur anno DCLI. Sigebert. Sanctorum albo ; descriptus colitur die XI. Nouembris. Molan. ad Martyrologium Vsuardi.

S. BONIFACIVS. 120.

S. BONIFACIVS Scotus, Trithem. lib. *II*. de vir. Illust. ord. S. Benedicti cap. XXIV. *Bonifacius ex monacho primus Archiepiscopus Moguntinus natione Scotus*. Et lib. *III*. cap. CLXI. *Bonifaciū Scotum ad sedem Moguntinensem ordinauit, Gregorius Papa Bonifacium e Britannia venientem Epm cōsceras*. Et ad ann. DCCXLV. antea *VVinfridus* dictus *Frisiorum* Apostolus Cœnobii *Fuldēsis* fundator, & primus *Moguntia* Archiepiscopus. Sigebert. Gembla-cen. ad annum DCCXVII. *Idem Archiepiscopus Moguntia cænobiū Fuldense in Bocconia sylua fundat*. Denique ad annum Salut. DCCLiij. *Bonifacius in Frisia ab inimicis fidei cum sociis suis martyrizatur, & in Fulda Cænobio, quod ipse in Thoringia fundauit, honorificè tumulabatur*, legati à latere officio functus. Anton. Posseuin. tom. I. Appar. sacri pag CCXLIX:

Sigebertus ut dictum est, *Britannum* facit, & ut Raphael Maphæus Volaterran. lib. XIV. pag. CCCCXX. & plerique alii, quare Angli, ut solent, ciuem suum faciunt usque adeo, ut in Martyrologio Romano die V. Iunii dicatur *ex Anglia venisse*, ibi enim educatus ; non natus, nam Scotum faciunt Historici nostrates, & præterea VVilhelmus Heda, Io. à Beca, Anton. Posseuin. uir pius, & polyhistor tom. I. Appar. sacri pag CCCLXiii. Hieron. Platus lib. II. stat. relig. cap XXX. *Bonifacius Germania Apostolus patria Scotus*, Eucharius Sangius VVirceburgensis suffraganeus Oratione de translatione B. Macharii sic eum incit. *Macharius oriundus Scotia, non postrema, sed nobili admodum Magna Britanniæ parte qua Victore Pontifice Maximo ad clauum sedente, ut Annales habent Ecclesiastici, & constans maiorum traditio anno supra ducentesimum tertio; Christiana sacra suscepit*. paulo post, facta cum aliis regnis comparatione, addit. *Citra iactātiam inanem de Scotia affirmare possumus, matrem tum sanctissimorum, tum doctissimorum virorū fuisse fœcundissimam. Testis S. Bonifacius vniuersa fere Germania Apostolo*.

Apostolus; testis S. Columanus, qui eandem Euangelii disseminandi causa obiens, innumeris vigiliis, & laboribus perfunctus, postremo martyrii palmam adeptus est; testis est Chilianus primus fidei Christianæ præco in hac Franconia nostra, quæ sanctissimo semel ipsius cō spersa & irrigata cruore, fœcunda & fertilis est reddita, testis denique, sexcentis aliis relictis, Macharius noster, qui gloriam fugiens, chara oblitus patriæ suæ, in ipsam gloriam incurrit. Verum quid opus pluribus, cum libro iam ante quinquennium edito nouem rationibus firmissimis probarim Anglum non fuisse, sed Scotum, ex S. Mariano, & XX. aliis? & quid? nonne SS. ibi Pōtifices Maximi? nonne ipse *Bonifacius* se *Scotum* scribit? ut omittam, nec R. P. Cof. fenum, nec ullum pro eo adhuc ei libro respondisse, cum tamen iactatum fuerit, ante mensem non defuturum responsum. Metellus Tergersensis in Quirinalibus uetus sane Poeta.

Recitantur super hæc sua scripta

Data quondam tibi Bonifacie, *Scote, Martyr.*

Nobilissimo ortus genere dedit se *Mailrosi* siue *Melrosi* cœnobio D. Benedicti institutis formandum, & quadraginta annis totis peregrinatus, martyrio coronatus cum LII. sociis monachis, ut refert Arnold. Vuion. lib. II. Ligni Vi. pag. CCLii. Laudauere passim Ecclesiastici authores, Monachus Egolismensis, quē sibi Rhegino Prumiēsis proposuit edendum, edidit Pithæus in uita Caroli Magni pag CCxxxviii. *Sanctæ memoriæ Bonifacius martyr* Rabanus Maurus in poematis nuper à Christophoro Brouuero editis Num. xx.

Non minus exaltans celebrat Germania laudes
Et Bonifacii opus martyris almificum.
Ordinat hunc Roma, mittitque Britannia mater
Doctorem populis hoc decus Ecclesiæ.

Franciscus Maurolycus Abbas cum *Pipinum Galliæ regem unxisse* Martyr. die V. Iunii Sed nihil simile in aliis. Vide Flandriæ. Petr. tratepol. de Episcop. German. Cornelius Kempius Doconiensis lib. iii. de origin. Frisiorum cap. xxi. xxii. xxiii. Hadrian. Barland. Gerard. Nouiomagus de Episcop. Traiectin. Anton. Demochares Tom. II. de Miss. sacrif. cap. xxxiv. ab aliis dissentit, qui xvii. Traiecti Antistitem facit, cum aliis sit II. Apostolatum. Poeta Anonymus sic celebrat.

Quin

Quin se relligio multum debere Britannis,
Seruata, & latè mundo dispersa fatetur.
Quis nomen, Vvinfride, tuum; quis munera nescit?
Te duce, Germanis pietas seuera, fidesque
Insinuans, cœpit ritus abolere profanos.

Hæc vero habentur.

Contra Hæreticos lib. I. M.S. Fuldæ. Vuion. *lib.* III. Lig. vitæ. pag. DCLXXXVIII.

Pro rebus Ecclesiæ	*lib.* I.
De fidei vnitate	*lib.* I.
Instituta Synodalia.	*lib.* I.
De suis in Germania laboribus	*lib.* I
De sua fide, doctrina, & religione	*lib.* I.
De virtutibus, & vitiis. Carmine.	*lib.* I.

Scripta ab eo.

Vita quorundam Sanctorum	*lib.* I.
Epistolarum ad diuersos	*lib.* I.
Sermones aliquot	*lib.* I.

Vitam eius scripsere S. *VVilibaldus*, & ipse *Scotus* nuper bono literarum ab Henrico Canisio publicatus, & *Othlonus* Fuldensis Monachus, & *Vicelius* in *Hagiologia*, *Ruthardus* Rabani discipulus, uersu *Epistolaris Historia* de eiusdem actis apud Surium tom. III.

Neque tamen aut dies, aut annus Martyrij eius certus, nam Martyrologij scriptores Beda, Vsuardus, Ado Viennensis, & alij V. Iunij memoriam eius recolunt, Anonymus tamen author annaliū, seu gestorum Francorum in IV. diem retrahit. Ita enim ille. *Anno DCCLIV. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinensis Ecclesiæ, euangelizans genti Fresonum verbum Dei, martyrio coronatur anno Episcopatus sui XXXVI. die IV. Mensis Iunij.* In anno hic cum Sigeberto supra laudato conuenit, sed in die discrepat.

At anno DCCLV. illum martyrio affectum contendit Trithemius lib. II. de illustrib. vir. ordin. S. Benedicti cap. XXIV. Conradus certe Gesnerus, & eius Epitomastes Iosias Simlerus, nescio quo autore vixisse, volunt ad annum DCCLVII. manifesto, ut puto, errore. Anno DCCLXXXII. passum vult Cornelius *Kempius* supra laudatus.

Sed nec de loco sepulturæ satis exploratum. Sigebert. supra laudatus Fuldæ inhumatum prodit, aliter Egolismensis Monachus in vita Caroli Magni pag. CCLIII. vt Pithæus edidit. *Tassilo & filius Theodo. Monachi facti sunt in Oltomonasterio, vbi sanctus Bonifacius requiescit.* Sed forte reconciliatio petenda non incommodè ab incerto Autore Annalium Francicorum à Pithæo edito ad Annum DCCCXIX *hoc anno Basilica S. Bonifacij martyris in Cænobio Fuldensi ab Heistulpho Archiepiscopo dedicata est in honorem Domini Saluatoris, & omnium sanctorum eius, Translataque sunt ossa Martyris Kal. Novembr.* Nemo eo plures discipulos habuit, siquidem *Tecla, Lioba, Boso, Adelarius, Guntherus, Hamundus, Hildebrandus, Haruuolfus, Adellerus, Stierbaldus, VVaiterus, VValterus. Vttringus, Burchardus, Lullus, Sturmus, Sola*, omnes Sanctorum albo adscripti, ex eius schola prodierunt; præter eos, qui hoc opere nominantur. Trith. in lib. III de vir. Illustrib. Ord. D. Benedicti. Plura hoc opere in VVinfrindo.

S. BONIFACIVS QVERITINVS. 131.

DE S. *BONIFACIO Queritino*, præclarisque apud Scotos gestis verba sufficiēt H. Boeth. ex lib. 12. Hist. Scot. pag. CLXXIII. *Bonifacius Queritinus venerabilis Antistes cum piorum cætu veniens ex Italia, nauigio in Taum æstuarium delatus, ad exigui fluminis ostia, quod Gauream regionem nunc secat ab Angusia, primum in terram descendit. Hunc quidem asseuerant in demortui Gregorij Magni Pontificis Romani locum suffectum, breui cessisse Pontificatu, atque ad Scotos populum vltimo orbis recessu constitutum sacro dogmate cōfirmandos traiecisse in Albionem. Inter Pōtifices tamē maximos à Romanis scriptoribus qui acta eorum in vita exitumque scribunt non numeratum, quod citius Sacratissimo se magistratu abdicarit, quā vt quicquam ad posteros referēdum, dum Petri teneret sedem, præstare potuerit; sed quisquis is fuerit, siue Bonifacius tertius Sauiniani successor, qui vix IX. menses Romanum gessit Pontificatum, vt quidam opinantur, siue ab hoc Pōtifice missus Legatus, & ob id rudi populo creditus Papa, insignis vir pietate, & in literis sacris apprimè eruditus, multis indicijs ad nostra sæcula est delatus. Quo loco etenim in terram descendit, templū D. Petro Chri-*

sti Apostolo sacrandum à fundamentis iecit, Inde profectus concionabundus ad Teillem vicum tribus passuum millibus ab Alecto alterum templum eiusdem Apostoli nomini dicatum condidit, tertium ad Restennotum, nunc Canonicorum D. Augustini Cœnobium, illic aliquot annis moratus ad se confluentem populum, postea quam salubri doctrina, frequentissimis concionibus confirmasset Angusia reliquũ, Merniam, Marream, Buthguhaniam, Bogeuallem, & Morauiã Christi dogmate gentes erudiens penetrauit, haud paucis templis varijs in earum regionum locis, in Petri Apostoli honorem conditis, sacratisque. Tandem vero deuenit, & in Rossiam, vbi ad vitæ exitum moratus, multis & pijs sudoribus pro vera pietate impensis, sanctitate, & eruditione insignis, felicem animam Cœlo reddens, corpus apud Rosmarken reliquit. Hæc ille, ego tamen potius Apostolicũ legatum putarim, quam Pontificem. Meminit Anonymus ille Monachus Paslatensis rerum Scoticarum scriptor, & Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLIV. gessit in Rossia Episcopatum. De hoc Apostolico Viro certa olim traditio erat, quam, præter vnanimem nostratium cõsensum etiam Rogerus Houedenus exequitur. Annal. part. II. pag. CDXXVII. *Dicitur quod in Cathedrali Ecclesia Episcopatus Rosfensis, quæ dicitur Rosmarken, beatus Bonifacius Papa, qui fuit quartus à beato Gregorio sepultus est.* Ex hac descriptione cum constat fuisse *Bonifacium IV.* qui à *Phoca* Cæsare *Pantheõ* dono accepit, & quod omnium Dæmoniorũ erat, Beatissimæ Virginis, & omnium sanctorum effecit, ut narrat de eo idem Houedenus, cuius fides Baronio syncera; hic etiã festum omniũ sanctorũ instituit, vt præter Huntindoniensem, Houedenum Malmesburiensem, & nostros, consentiunt Hagiologi, & ex iis Platina, Ciaconus, & omnes. Altum tamen silentium apud omnes nostri, & superioris æui rerum scriptores Ecclesiasticarum. Eius tamen *Bonifacii* habentur ex eodem Paslatense, vt volunt.

De Prærogatiua Petri, *lib. I.*
Parænesis ad Scotos. *lib. I.*
Doctrinale fidei M.S. Aberdoniæ olim asseruata. *lib. I.*

Venerat ille in Scotiã anno DCVI. aut sanè, vt verius alij, DCXX. Colitur die XVI. Martii. Breuiar. Scotic.

S. BERECTVS. 132.

S. *BERECTVS Monachus in Scotia, & Confessor, qui profuit & vitæ sanctissima exemplo, & prædicatione*, ait Arnold. Vuion libr. III. Lign. vit. pag. LIX. & eadem Petrus Galesinius in suo Martyrologio die XXIV. Februarij ex Martyrolog. M.SS. Scripsit.

Homilias in sacram Scripturam. *lib.* 1.

Quo sæculo floruerit, cum illi non prodiderint, diuinare nõ possum.

S. BERTHAMVS. 133.

S. *BERTHAMVS* Episcopus, sed cuius Ecclesiæ incertum, putatur Orcadum Scripsit.

Ad Ecclesias Scoticas *lib.* 1.
In Euangelium Ioannis *lib.* 1.
Acta quorundam Sanctorum *lib.* 1.
De VII. Ecclesiæ Sacramentis. *lib.* 1.
Chronicon breue *lib.* 1.

Floruit anno DCCCXXXIX. colitur, vbique regni templis, & aris ei erectis, die VI. April. Breuiar. Scotic.

S. BRANDANVS. 134.

S. BRANDANVS Abbas alius ab Orcadum Apostolo, & multis post illum sæculis domi sanctitate conspicuus. Scripsit.

Quædam Præcepta ad Fratres. *lib.* 1.

Claruit anno MLXVI. Regi *Malcolmo* II. charus; colitur templis, & aris dicatis, vbique regni die XVI. Maij. Breuiar. Scot. Acta interciderunt.

S. BARRVS. 135.

S. BARRVS siue *Fimbarrus* Episcop. Cathenesię, Regi *Malcolmo* III. sanctitate vitæ acceptus vti in eius vita Turgotus retulit. Scripsit. *Synodum Ecclesiæ suæ.* *lib.* 1.

Epistolas ad varios. *lib.* 1.

Expo-

Expositionem Psalterii. lib. 1.
Collectionem Canonum sacrorum. lib 1.
De Baptismi caremoniis Epistolam. Quam male Henricus Canisius Alcuini Scoti nomine publicauit, cum S. *Barri* opus esse ipsum nomen præfixum in Bibliotheca regia testetur, & viri pii cura, qui pereuntem sanctissimi Antistitis memoriam restituit, hisce apicibus operum mecum pridem communicatis.

Claruit anno MLXXIX Colitur templis, & aris multis regni locis erectis die XXV. Septemb. Breuiar. Scotic. Acta certiora perierũt.

S. BLANVS. 136.

S. B*LANVS*, & ardentissimo pietatis voto viuus populum suum rexit, & creberrimis defunctus miraculis adiuuit, & ipse ex *Caldeis*, quantum suspicari licet Antistes electus Episcopatui *Dũblanensi* appellationem dedit. Vitam eius Georgius Neutonus Dumblanensis Archidiaconus est cõplexus, quæ ferè sic se habet. S. *Cathanus* Episcopus Hiberniæ, vt solitariæ vitæ impẽsius vacaret, venit in Insulam Scoticam *Butam*, vnaque secum duxit sororem suam vnicam Ertham, quæ aquam haustura domo forte progressa, a iuuene formosissimo, sibique ignoto per vim est compressa, ex quo concubitu *S. Blanus* natus qui cum matre exiguo Lembo ex corio bouino impositus, vt & adultera, & partus simul in mari perirent, sed Dei benignitate in portum myoparo applicuit, cum toto itinere auis quædam grandior pisces alendæ puerperæ attulisset, littori applicitos SS. *Congallus*, & *Kennethus* deprehenderunt, qui rei veritate comperta, Baptismatis fonte puerum beatunt, qui in pietate, & literis sub illorum cura mirificè profecit, ac tandẽ adultior factus, venia ab Episcopo impetrata *Butam* repetiit, vbi Auũculum suum *Cathanum* iam senio fractum offendit, à quo, tota vitæ serie cognita ad eosdem Episcopos remissus est, vt sacros ordines ab iis reciperet, tum Romam concessit, ut sacra loca inuiseret, & à Summo Pontifice benedictionis munus consequeretur, in regressu Gallorum regis amicitiam promeruit, & Anglorum Regis filium defunctum excitauit ad vitam. Demum beatissima uita decursa,

cursa, vltimam periodum clausit *Dumblani*, vbi miraculorum gloria inclaruit, messoribus paulò ante mortē, quibus nec panis, nec caro erat, precibus suis cibos largè à Deo impetrauit. De quo hi versus feruntur.

Ecce pius Præsul Blanus, suspiria matris
Deflens, ternatum Regis de morte Columbam
Suscitat incolumem, baptizatumque parenti
Reddidit, & sequitur domini vestigia patris.

Scripsit. *De Euangelij gratia.* *lib.* 1.
Versus quosdam sacros *lib.* 1.
Præcepta ad Catechumenos *lib.* 1.

Floret anno CCCCXLVI. colitur, tēplis ei, varijs regni prouincijs, erectis die XIX. Iulij, Breuiar. Scotic. extat officium.

S. BEY VIRGO. 137.

S. BEY Virgo sub *Donaldo* Rege sanctimonialis habitum à Sadorensi Episcopo induta religiosam vitam in terris egit, & cęlestem in cœlis meruit.

Claruit anno DCCCXCVI. Colitur religiosè die 1. Nouembr. templaque eius sub inuocatione, toto passim regno, diuino cultui nō pauca erecta; præcipuū, ut audio, Bausiæ fuit, Breuiar. Scot. Acta omnia interierunt.

S. BOEANVS. 138.

S. BOEANVS Sacerdos, & Præsul, vt loquitur Anonymus in uita S. *Fursæi* apud Surium Tom. 1. pag. CXVI. omnibus eiusdem Viri sanctissimi *Fursæi* actibus, & visionibus adest, secretorum diuinorum conscius, & vt scias Hirlandos nihil in eo habere, sic ipse ille, quem indoctissimi laudant, Anonymus idem scriptor testatur. *Verbum Dei prædicabat, & ea omnia quæ viderat aut audierat, omnibus populis Scotorum annunciabat.* ergo & reuelatio in populis Scotorum significata, & deprædicata, quia in eisdem diuinitus accepta. & *Boeanus* quidem in patria substitit, *Fursæo* cum fratribus in Galliam tendentibus, vt sæpe alias hoc opere obseruatum, viros

sanctos curas diuidere solitos, ut nonnullis ad patriæ salutem relictis, alii Euangelii dissemināndi correpti ardore gentes transmarinas peterent. Scripsit.

De visionibus Fursai. *lib. 1.*

Floruit Cōfessor Anno DCL. colitur die XVI. Decemb. Martyrolog. Anglic. ut & alter synonymos eodem die in Martyrologio Rom.

S. B R O N V S. 139.

S. *BRONVS*, siue *BROONVS* Episcopus Scotus, quem S. *Brigida* ingenti calumnia, publica synodo, miraculo liberauit, nam cum impudica & adultera mulier infantem sinu gestans, sanctum Episcopum patrem eius mentiretur, virgo Dei infantem loqui iussit, qui & innocentiā S. *Broni*, publice elocutus, & matris perfidiam accusauit, patremque suum & nominauit, & intento digito monstrauit. Et ne tantus antistes nobis præripiatur, uerba ipsa Surio tomo I. pag. CCXLV III. citata sufficiēt: *Mulier nobilis e Scotia filiā habebat à natiuitate mutam, eam cum esset duodecim annorum, duxit ad Brigidam.* Ecce mulier Scota obtulit filiam *Brigidæ* Scotæ, & in Scotia, alioquin enim aliquam itineris mentionem, aut traiectum maris scriptor antiquus innuisset, & quid quæso opus eo æuo, quo tot sancti Antistites, Monachi, Eremitæ in Scotia erant, ad Hirlandiam confugere? Sed hæc plana reor, apertaque Scotis meis, adeo omnibus ubicunque terrarum doctis, Hirlandicorum nugamentorum, & in medio ueritatis solæ cæcutientium oblatrationem nihil moror. Scripta perierunt.

Floruit anno DXX. dies, & sedes, ut sæpe alias, incerti.

S. B O E T I V S. 140.

S. BOETIVS Apostolici instituti prædicator, patriam lubens deseruit, ut peregrinus amore Dei fieret, gentiumque uel infideliū, uel in fide nutantium animos confirmaret. Sed audiatur Anonymus autor in uita S. Elognij relatus à Surio Tom. VII. *Venit Elognius ad Galliarum littora ex Hibernia regione, cum aliquibus venerabilibus viris, videlicet Furseo, Foillano, Vltano, Boetio, Ettone & cæteris confratribus.* Hiberniam hic proprie usurpat, pro ea Scotiæ

parte,

parte,quæ Syluestris,& Hiberníca dicitur nostratibus,& peregrinis,ut diserte Molanus Natalibus SS. Belgicorum,& alterum eiu ditionis Ecclesiasticæ lumen Aubertus Miræus,ex Sigeberto Gemblacense,&alius,ut consensum nostratium. Vbi uero hic Belgij Apostolus,& Scotiæ ornamentum,aut migrauerit ex hac uita, aut sacræ asseruentur reliquiæ,pro incomperto apud me:nec operum titulos inueni.

Exijt è Scotia Anno DCLI.colitur VII. Decembr. Episcopum uocat uita S. *Mombuli* Scoti,qui eius Collega.

S. BVRCHARDVS. 141.

S.BVRCHARDVS,& si ab omnibus *Anglus* habeatur,tamen *Scotum* facit VVolfangus Lazius Epistola præfatoria ad opus de Migrat.gent. *In Germaniæ inferioris populis conuertendis, beatos Kilianum ac Burchardum Scotos præstitisse constat.* Vide locum. *S. Bonifacij Comprouincialis* dicitur Hermanno Contracto. Chronico.ad annũ DCCXLVI. Hic à sancto *Kiliano*,cum quo è Scotia, ut apparet,in Franconiam uenerat ciuitatis Herbipolensis Episcopus renunciatus secundus,eam cathedram,uel primus, ut aliis uisum,tenuit,uide lib. X. hoc opere in Kiliano. Errat Ioan.Molanus qui à S. *Bonifacio* ordinatum vult. Vitã eius scripsit Egilnuardus Monachus S. Kiliani,adfert Surius Tom. V. uideantẽ Trith.de Vir Illust.ord. S. Bened.lib. III.cap.CLXXXVI.lib. IV.cap.CLXXXIV & in Chronico Hirsang.Petr. Cratepol.de Episc.German.Belloreft.in Cosmograph.Ant.Demochares Tom. II. de sacrif. Miss. cap.XXV.& omnes Martyrologiorum compilatores ad diẽ XIV. Octobris.Scripsit plurima,quæ simul cum apicibus perierunt, nã cum relicto Episcopatu in monasterium *Hohemberg* se recepisset, quod ipse cõstruxerat, libros suos,& opera omnia secum adò detulit,& fratri suo *Siguino* commendauit. Extat tantum cum Episcopatum resignaret,

Oratio de substituendo successore prolixa,& elegans.

Episcopus creatus Anno DCCLI Vide vitam sancti *Bonifacii.* Obiit die II. Februarii anno DCCXCI.

S. BLAA-

S. BLAANVS. 142

S.BLAANI etiam sæculum Sanctorum, & Doctorum fuit ferax, sic enim H.Boethius lib.xi.hist.Scotor.pag.CCXXXIV. *Viganus Monachus Chri dogmatis egregius concionator sub id tempus claruit cũ Mouano, Medano, Blaano Englatio, Calmoco sãctissimis Pontificibus, Onano Diacono, Congano Abbate, multisq; alijs viris moribus, & doctrina insigni probatis.* Ex quibus liquet cognomentũ ei *Englatio* fuisse, & Epi eum honestatum apud suos officio Sed vb ciuitatis nõ deprehendi, ita uiris doctis uisum, at ego plane dissentio, qui sciã sanctũ *Englatium* alium ab illo fuisse. Scripsit.

De Ecclesiis Britannicis *lib.* 1.
Orationes de Sanctis. *lib.* 1.
Epistolas ad diuersos. *lib.* 1.

In summa claritudine fuit Anno MX. colitur die X. Augusti. Martyrol. Subens.

S. BRENDANVS. 143.

S.BRENDANVS, seu *Brandanus*, aut *Bredanus* gente *Scotus*, licet quidam perperam H bernum faciant, & in his Ant. Possevinus Apparat.sacr.pag.CCLI. melius VVernerus Roleuinchus in fasciculo temporum, *Brendanus in Scotia claret sanctus pater trium millium Monachorum.* Colitur vel die XIX. Decemb. Trithem.lib. III. de vir. Illustr. S. Benedict. cap. XXXI. vel die XVIII. Iunii Petrus in Catalogo lib. V. cap. CXVII. Vincentius Bellouacensis in Speculo lib. XXI. cap. LXXXI. Meminit Iacobus de Vitriaco Cardinalis Histor. Hierosolym. cap. LXXXIII. Vide locum, & cap. LXXXVIII. mirum refert de auibus ab eo uisis. Sigebert. Gẽblacens. in Chronico ad annum DLXI. *In Scotia Brendanus claruit, qui fortunatas Insulas septennali nauigatione requirens multa miraculo digna vidit, à quo Macutes qui & Maclouus regulariter educatus, & ipsius nauigationis socius in Britãnia sanctitate, & miraculis claruit, qui à Britannis exacerbatus eis maledictis transiuit ad Gallias, & sub Leontio Santonum Episcopo multo tempore virtutibus claruit.* Huc usq; uetus editio: addit noua *Britannos*

vero propter suam maledictionem varijs cladibus addictos da'a rursus benedictione absoluit, & sanauit. Fuit Abbas ordin. S. Benedicti alicubi, ac deinde Episcopus, ut ex Ioanne Trithemio palam loco priori laudato. Martyrologium Romanum *in Scotis S. Brendini Abbatis.* Eadem Petrus Galesinus ad diē XVI. Maij. Mentio eius in actis S. *Macloui*, quæ recitat Laurentius Surius Tom. VI. ad diem XV. Nouembr. Petrus vero Abbas loco laudato multa apocrypha accumulat, & vita eius sane multis affinijs, & fabulis intrusis est referta, ut in censura sua indicat Ioannes Molanus. Creberrima etiam mentio apud S. Adamannum Scotum lib. III. de uita S. Columbæ cap. III. XV. & XXI. vbi *Brendenum* constanter uocat. Denique acta eius M. SS. sunt in Bibliotheca Vaticana, ut retulit Cæsar Baronius ad Martyrologium die XVI. Maii quo eius memoriam Ecclesia celebrat. Eius sunt.

De fortunatis Insulis. lib. I.
Epistolæ ad populares. lib. I.
De legibus Monachorum. lib. I.
Arnold. Vuion. lib. II. Ligni uitæ, pag CCCCIX.
Reuelationis de futuris temporibus. lib. I. Idem.

Clarus habebatur anno DLXX. vt vult Sigebert. uel anno DLXX. ut Trith. uisum, uel anno DLXIV. ut habet Math. Vvestmonast. in floribus Historiar. vel anno DXLIV. ut est in fasciculo temporum.

S. BRIGIDA. 144.

S. *BRIGIDA*, siue *Brigitta*, aut *Pyrgita* cognomētō *Laginensis* corrupte pro *Ladenensis*, filia *Dabothi* principis, ut vult V. Cl. Ant. Posseu. Tom. I. Appar. sacr. pag. CCLII. hanc alij *Dubtaci* in ulteriori Scotiæ regione filiam matre etiam ancilla *Broscecca* faciunt, sed parum refert, dummodo eam gente fuisse Scotam constet. Petrus lib. III. Catalogi. cap. LXIX. Geor. Garnefelt. vit. Eremit. pagina CCXXIII. S. Brigida Virgo, & Monialis in Scotorū regno. Anton. Dauroultius cap. II. Flor. Exemp. tit. 122. §. 4. par. 1. cap. VI. tit. XLV. § VII. *hæc virgo inter Scotiæ puellas pulcherrima.* Tit. XXIII. §. XIX. S. *Brigida virgo è Scotia.* Gibbonus in Epistola. Paulus Morigia lib. IV. Vir. Illustr. cap. LXVI. *Sanctissima Virgo Brigida ex prouincia Scotia;* uide infra hic in alia S. Brigida. Io. Leslæ. lib. IV. hist. Scot. pag. CXLIX. Andreas Tiraquellus Gallus Senator

tor Regius de nobilitate cap.XXXI.numero CCCXVI.Sigebert. Gemblacen.in Chronico ad annum DXVIII.*Virgo Dei Brigitta Scota obiit in Scotia*;æqualis fuit S.Benedicto Ant. Sabellicus Ennead.VIII.lib.II.*fuit ei S.Benedicto aqualis Brigida in Scotia nata,caterum sanctitate insignis*.Raphael Volaterranus lib. XXI. Commentariorum pag. DCXXXV. *fuit & altera Brigida virgo Scota genere sub Ioanne I.anno DXXI*.Ex quo patet falso Gilbertum Genebrardum affirmasse eandem illam esse cum *Brigita ducissa Neritia in Scotia*,quæ & uidua fuit,cum hæc nostra sit uirgo, multis post hanc sæculis ea claruit, scilicet anno MCCLXIII. Coætanea etiam hæc nostra S.Patricio,eodemque loco *Duni*,scilicet una cum eo sepulta,licet Canonici Abrenethæi se habere illius sacrum corpus in Fifa Scotiæ existimarint,ut ex actis illius Ecclesiæ retulit Leslæus in loco laudato,tamen pro Hibernorum sententia stant vulgati uersus à Giraldo Cambrensi relati lib.II.Topographiæ Hiberniæ cap.*XXXIX*.

Hi tres in Duno tumulo tumulantur in uno
Brigida,Patricius, atque Columba pius.

Verum audiendus H.Boethius lib.IX.Hist.Scot.pag.CLVIII. *Inter nostrates Brigida sanctissima virgo,hac XIV.anno vix superato, ad Soderensem Episcopum in Mona Insula(huius autem viri sicuti aliorum complurium vetustate nominis memoria perijt*, reuera tamē *Machilla* dicebatur,*paternis fortunis,qua amplissima erant, contemptis,aufugit,precibus non sine lacrymis petens,vt perpetua virginitati pontificia autoritate addiceretur.Pontifex acceptam mira benignitate Brigidā virginem Deo sacrauit, deditque vt alba tunica scortea intercincta zona vteretur tegumento capitis lino candenti quadrato à ceruice ad humeros deiecto.Effecta est eiusdem virginis ad posteritatem ob insignem pietatem celebris adeo memoria, vt Scoti,Picti,Hibernici & qui illis gentibus vicinas habēt sedes, Angli,eam inter fœminas quas Christiana Ecclesia in sanctorum numerum retulit,secundum Deiparam Virginē pracipua semper habuerint veneratione.Templa Brigida inter hos populos sacra, quot vix alicuius diuorū,Huius rei certa sunt indicia*. Plura dein de de corporc.Arnold.Mirman.Theatro conuers.gent. S. *Brigida eo ano in Scotia rara,prodigiosaq.sanctitatis*.Chronicon.Coloniense apud

Io.Gualterium pag.MCCxxcii.VValramus Archiepiscopus Coloniensis *in honorem S.Brigidæ Ecclesiã consecrauit; hæc virgo Scotica fuit.* VVandelbert.Prumiensis Martyrolog.

Brigida virgo potens Februi sibi prima Kalendas
Scotorum miro poscit celebrata fauore.

Petr.Cratepol.pag.*XXX.sancta Brigida ex Scotia.* Memoriam eius recolit Ecclesia Kalendis Februarij Martyrolog. Roman. *In Scotia S.Brigidæ Virginis, quæ cum lignum altaris tetigisset, viride in testimonium virginitatis suæ factum est.* Eadem illo die apud Bedam, Vsuardum, Adonem Viennensem, & alios. Acta eius & vita apud Surium Tom.I.quam contraxit in pauca. Francisc.Haræus, Rodulphus de Breda, seu de Riuo ante CC.annos Decanus Tungrensis in Calendario generali. *Ex Scotia Brigidæ virginis,* sed lõgè melius *Cogitosus* eius nepos M.S.in Bibliotheca monasterij S. Cæciliæ trans Tyberim, etiam ab Henrico Canisio publicatus, eius gesta enarrat, hic *in vlteriori Britanniæ parte natã* profitetur. Et pater eius Catheneſiæ Prorex saxones irrumpentes animose arcuit Fordan.M.S. Virgineum uelũ sumpsit in Mona Insula, quæ eo æuo Regũ Scotorum sepultura, Boeth.lib.IX.fuse libro sequenti hic in sancto *Columbano* Bobiensi, & origo patris eius in *Ladenia* Ptolomei, nunc *Landian,* vt ibi.Scripsit.

Suarum reuelationum. lib.I. In quas Indices edidit *Alanus de Limna* Carmelita sub annũ Mccccxx quas clarissimi Philosophi, & Theologi exposuere commentariis ac prælectionibus Oxoniæ publicis circa annũ Mccclxx. *Thomas Stubbes* Dominicanus.
Richardus Lauynham Carmelita.

Tam gloriosæ uitæ uirginem, qui culparent, nõ defuerunt ex ultima hæreticorum fæce, Ioan. Capgrauius *magicis incantamentis* eã usam, Ioan.Knoxus *superstitionũ parentem*, impurus ac libidinosus apostotata Balæus *Reuelationes* illius sanctissimas *Dianæ somnia* uocare nõ uerẽt. Claruit an. DxvIII.uel Dxx.ut dictũ est, uel DxxvII.Genebrard.Chron.pag. cccclix. Errat Platina qui eam cum *Brigida Sueca,* ut dixi, confundit. Regnabant apud scotos *Conranus,* & *Congallus,* Imperabat *Iustinus maior*, Mariano teste, Romæ in Petri Cathedra sedebat *Bonifacius II.*

S.BO-

S. BOTHANVS. 145.

S. *BOTHANVS* claro ſanctitatis nomine apud Scotos noſtros floruit, cuius honore celebri Monialium monaſterium Euphemia Marchiæ Comes, in *Lamirmure* crexit, vt in Cœnobiorum Scoticorum catalogo diſcuſſum eſt.

Quo tempore vixerit non potui deprehēdere, colitur XIIX. Ianuar.

F. IOANNES BLAK. 146.

FR. *IO. BLAK* Dominicani inſtituti ſocius, ut exiſtimo, Aberdoniæ monachum induit, præclarus Chriſti miles, ac inuictus Religionis Catholicæ Pancratiaſta irrepenti in Scotiam hæreſi viriliter obſtitit, concionibus facundiſſimè eruditis populum diu in fide retinuit, ac tandem ſatagentibus Sathanæ miniſtris, quam viuens pietatis integritatem profeſſus erat, moriens Edinburgi ſanguine fuſo confirmauit *Orthodoxa veritatis propugnator ſtrenuiſſimus, intima eruditione praditus*, inquit Leslæus. Scripſit.

Libros de reali præſentia corporis Chriſti in Sacramento Altaris. lib. 1.
Acta colloquij ſui cum VVilloxio Symmiſta ſuo. lib. 1.
Conciones doctiſſimè pias. lib. 1.
Monitorium ad Apoſtatas lib. 1.

Paſſus eſt martyrium die VII. Ianuarij anno MDLXII. De eius conſtanti profeſſione Io. Leslæus lib. X. pàg. DLXXVII.

IO. BARVICKANVS. 147.

IO. *BARVICHANVS* Franciſcanus, ab oppido Scotiæ haud inceleb ri ad *Tueda* oſtia termino regni nomen ſortitus, alio etiā nomine *Breulaulius* audit, vir ea ætate doctus, & magni nominis. Certatim eum laudant, & doctrinam eius venerantur Thomas Ecklestonus in Chronico, & Picus Mirandulanus lib. XII. aduerſus Aſtrologos. Eius perhibentur.

Com.

Commentarii sententiarum	*lib.* IV.
Quæstiones ordinariæ.	*lib.* I.
Quæstiones de formis.	*lib.* I.
Lectura Scholastica	*lib.* I.
Super Astrologorum prognosticis.	*lib.* I.

Viuebat anno Mccccxl.

IOANNES BLARVS. 148.

IO. BLARVS nobili familia Presbyter, Scotiæ ab Eduardo Anglo tyranno oppressæ misertus acerrimo eius uindici *Gulielmo VVallasio* se iunxit, eique sacra administrauit, cuiuslibet fortunæ comes, & ut ita preces concepit, ut bellica pericula non fugeret, ita in acie uersabatur, ut bonæ causę fisus, uictoriam adeo semper expectaret. Scripsit.

Gesta Guliemi VVallas	*lib.* I.
De liberata tyrannide Scotia.	*lib.* I.

Claruit anno Mccc.

B A R D I. 149.

BARDI uates à *Bardo* uetustissimo Celtarum Rege, cuius acta apud Stephanum Forcatulum, Ioannem Picardum lib. I. Celtopædiæ, & alios. In Scotia celebri authoritate diu claruerunt, licet Gallia origine, ut ex Lucano Pharsaliæ lib. I. liquet; clarissimę sanè etiamnum hodie eo nomine apud nostrates familiæ, & uiri plerique eruditionis gloria præstantes. Hi Poeticam primi excogitasse putabantur, & in Scotiam inuexisse, Fordanus est autor, nec alii non dixerunt. Scripserunt.

Carmina varia.	*llib.* I
Heroum laudes.	*lib.* I.
De fortitudine bellica patriæ charitati debita. Lucan.	*lib.* I.

Floruerunt pene à condito regno.

S.BET-

S. BETTA. 150

BETTA S. *Finnani* discipulus, vnus ex quatuor Presbyteris Scotis, qui *Mercios* in Anglia *Peada* Principis beneficio inuitati, ad fidem conuerterant, & sacro fonte susceperant, ut narrat Florêtius VVigorn. pag. DLX. Eius sunt.

Institutio Catechumenorum. lib. I.
De Trinitate lib. II.

Vixit anno Sal. DCLIII.

SAMVEL BEVLANIVS. 151.

SAMVEL *Beulanius* Scotis parentibus in Scotia natus in Insula *Vecta* Anglicæ ditionis prouinciola liberaliter educatus: ob id non nemo *Anglum* eum fecit, cum tamen ipse se in Tuedalia natum in *Bernicijs* ætatem exegisse, atque in Cœnobio Mailroso. Eius sunt.

Annotationes in Nennium lib. I.
Historia itineraria lib. I.
Arthuri facta apud Scotos lib. I

Florebat anno Sal. DCXL.

GVLIELMVS BRVSIVS. 152.

GVLIELMVS *Brusius* Comes *Antonii Spinulæ* Oratoris *Casgeri* Crim *tartari* ad Regem Poloniæ, ut narrat Samuel Purchasius lib. IV. Peregrinat. cap. XV. Scripsit.

De moribus Tartarorum ex Relatione eiusdem *Spinulæ*. Prodiit Francofurti lib. I.

Vixit anno MCCCCLXXIX.

BODECA. 153.

BODECA, seu *Dudoco* domo *Cathenesius*, quem sibi sequendum proponit *Ioan. Fordanus* in scribenda Historia Scotica clarus

modi,

domi, sed foris illustrior, *Eduardo* Confessori Angliæ regi in patriis charus. Hunc nonnulli *Saxonia* oriundum, alii *Lotharingia*, vel *Germania* in Angliam traiecisse, sed sine ullo certo autore. In Anglia Episcopatum *Bathoniensem*, & *VVellensem* XIV. Antistes tenuit, seditque annis XXVII. Scripta eius perierunt, præter unum cum hac epigraphe.

Compilatio temporum lib. I.

Consecratus est anno Salut. MXXXI.

DAVID BETONVS. 154

DAVID *Betonus* Santandreanus adolescens bonarum artium causa peregrinatione suscepta, adolescens Parisiis studuit, uir factus, Legatus ad Franciscum Galliarum Regem, & Paulum III. præclarè de religione Catholica, & sua patria meritus, Cardinalis creatus est Presbyter suo titulo S. Stephani in Cœlio Monte, creatio incidit in XIII. Kalend. Ianuar. anno MDXXXVIII. Paulus Iouius in descript. Scotica. *Fifa regio occurrit insignis S. Andreæ vrbe, sacrorum primatu, & gymnasii autoritate, portuq. clarissima, cui hodie praest Dauid Betonius purpurei galeri dignitate, uitæ splẽdore, ac ingenii grauitate illustris.* Tantus hic Antistes à sicarijs hæreticis in cubiculo suo strangulatus est, percussori nomẽ præcipuo *Leslæus*, qui in os defuncti minxit, ornatumque cadauer Cardinalitiis insignijs parieti appensum uariis contumeliis affecerũt sacrilegi, à quibus Deus postea debitas pœnas exegit, nam nullus nefariorum percussorum nõ uiolenta morte extinctus est; & *Leslæus* sternace Equo deiectus interiit, memorabili sanè exemplo Equus in uoluantis os meiens, diuinæ uindictæ certam licet dilatam aliquandiu seueritatem ostendit. Eduardus Hallus lib. viij. de duarum familiar. vnione. Actum deinde sequenti anno de tam indigna cæde uindicanda Iacob. August. Thuanus lib. iii. historiarum. Sed frustra, exinde enim res Ecclesiastica retro in dies ferri, ac hæreticis uires crescere. Huius sunt.

De legationibus suis. lib. I.

De Primatu Petri. lib. I. vidit G. Barclaius.

Epistolæ ad diuersos. lib. I.

Mar-

Martyrium passus est die XXVIII. Maij an. Salut. MDXLVI. à Rege Franciæ Miropiensi Episcopatu donatus. Sanguis occisi, e lapidibus fenestræ elui, delerique nequit.

S. BARBANTIVS. 155.

S. BARBANTIVS Scotus *S. Maxentiæ* Scotorum Regis filiæ famulus, cum ea pertinacem castitatis amorem amplexa, patria egressus, laborũ, ac martyrii particeps, ut lib. XII. infra hoc opere agetur, & de eo Bellouacensis Ecclesiæ Acta, & Robertus Bucklandus in claris mulieribus.

Passus cum Domina sua in Picardia die XXIV. Octobris anno DCCXCII.

S. BARVITVS. 156.

S. *BARVITVS* Cõfessor eximius, cuius, & sanctissimi uiri in Scotichronico mentio, S. *Brandani* discipulus, omnium itinerũ comes, ac demũ sãctitatis particeps. Io. Capgrauius, ut S. *Brandanũ* hoc eodem uolumine probaui Scotum esse, ita hunc eadem ratione liquet Scotiæ adiudicari. Scripsit magistro superstes.

De Brandani rebus. *lib.* 1.

Floruit anno DCLIIX. Colitur die V. Ianuar.

S. BARREAS. 157.

S. *BARREAS* ex Archidiacono Dunkeldensi creatus Morauiæ Episcopus, sanctissimis operibus plenus, acerrimus scripturarum scrutator Alexander Millus in historia Dunkeldensis Ecclesiæ.

Scripsit. *Meditationes.* *lib.* 1.

Annus incertus est. Colitur XXIII. Augusti, & XXIV. Septembr. Martyrologium Carthusianum Adami VValassatis. Acta Ecclesiæ Murrauiensis.

S. BARINTHVS. 158.

S. *BARINTHVS* confessor filius *Moeh*, & in Scotia Magister, ac Doctor S. *Brandani*, &, ut puto, Abbas. Scripsit.

De Paradiso terrestri ad Brendanum discipulum, lib. I. Vixit anno DC. aut circiter. meminit Petrus Equilinus lib. V. Catalogi cap. CXVII.

S. BEATVS S. 159.

S. *BEATVS* Eremita, Confessor, Apostolus Heluetiorum, S. *Petri* Apostolorum Principis discipulus, cum in Scotia *S.* Barnabas cōcionaretur, adolescēs erat, & vocabatur *Suetonius*, forte *Setonius*, & hoc præclarū Antiquitatis monimentū nobilissimi, & excellentissimi stēmatis *Setoniorum*, cuius caput hodie Comites VVintoniæ, & Eglintoniæ fratres, quorum patruus *Alexāder* Comes Dūfirmelini XL. annis Scotiæ Cancellarius, iampridem excessit. Sed ad *Beatum* redeo, qui baptizatus à sancto *Barnaba*, Deo seruiturus Romam petijt, & à sancto Petro ad Heluetios destinatus, post aliquos annos fructuose collocatos, ad Eremum se contulit, Draconem occidit. Hæc ex eius vita, quam Daniel Agricola Basileæ edidit anno MDXI. Frustra Personius eum Anglum facit, cum & uita eius, & Georgius Garnefelt diserte Scotiæ afferant lib. IV. de uita Eremitarum cap. I. ad hos accedit Beatus Rhenanus lib. III. rerum Germanicar. Stumfius Chron. Heluetior. lib. VII. cap. XXII. Gal. Eisengrin. par. V. distinct. II. Cent. II. & preter hos etiā hæreticus Pantaleon. de uiris Germaniæ par. III. & Scotis fauet Georg. VVicelius lib. V. cap. XXXIIX. hic uero etiam primus, aut inter primos Occidentis Monachus, & Eremita, quod hæretici testimonio Ægidij Tscudi liquet, & Carthusiani pijssimi viri autoritate probatur, scilicet laudati Gernefelt pag. CXXCIV. de quo sic canit.

Hic vera H laetiis ostendit numina, Petri
Vnctus erat dextra, Barnabæ alumnus erat,
Nomine, reque Beatus, amans deserta, beatum
Solum, qui solus viuere esse ratus.

Obiit anno Salutis CXII. ætatis XC. colitur IX. Maij. Martyrologiū Romanum. Canisius, Molanus Errat P. Crato potius, qui pag. XXI. de sanctis Germani. ait illum à S. Petro Romæ baptizatum; cum autores, quos nominaui, id in Scotia actum prodant.

S.BAR.

S. BARNABAS. 160.

S. *BARNABAS* Apoſtolus, & Diſcipulus Domini in Scotia concionatus, Euangelium diffudit, Georg. Garnefelt Carthuſianus loco proxime ſupralaudato ex multis autoribus, quibus addendũ Scotichronicon; & hanc gloriam Scoti lubentes veneramur, tantumque præconem enixe oramus quotidie, ut ea puritas, quam ipſe inſeuit Scotiæ noſtræ tandem redeat, cum eo feruore, quo ſe ille Dei Eccleſiæ propagandæ deuouerat. Hinc habẽtes coti, quod antea neſciebant, fidem Chriſti Apoſtolorum tẽporibus, & ab ipſis Epiſtolis, ſibi communicatam, & maturius CC. annis, quam putabatur. porro SS. Vir ſcripſiſſe putabatur.

Epiſtolam ad Eccleſiæ ædificationem pertinentem. apocrypham cenſet ſanctus Hieronymus Catalogo. Petrus lib. V. cap. CV.

Colitur XI. Iunij.

S. BACCHIARIVS. 162.

S. *BACCHIARIVS*, cognomẽto *Maceaus*, vt nonnulli volunt, licet alij duos faciant, Diſcipulus ſancti Patricij, de quo agunt Capgrauius Catalogo SS. Britan. Harpesfeldus ſæculo VI. cap. XXII. Scripſit.

Ad Leonem I. PP. pro peregrinatione lib. I.

Claruit anno CCCCLX. qui perſuadet vt eundem exiſtimem cum ſancto *Maceao*. vt lib. XII. infra.

S. BARVCHVS. 162.

S. *BARVCHVS* Antiſtes ſanctiſſimus Maximus Scotorum Epiſcopus, qui in Roſſia reſidebat; vt plurimum, cum multos annos prędicationibus populum lactaſſet, in Hiberniam receſſit, & exinde in Britanniam, ſeu Vvalliam, vbi obiit miraculorum gratia glorioſius. Gul. Camden. etſi hæreticus, tamen eum *virum ſanctum* uocat pag. DXV. primæ editionis. ab eo Comites Catheneſię dicti Barri, quorum frequens cum Regibus noſtris affinitas, ad atauorum, licet minori gradu, tempora deſcendit. Scotichronicon.

aliter vero ijdem *Varoy* audiunt, ut libro XIX. infra. Scripta perierunt. Viuebat anno DCC. vt existimo.

S. BEGA. 163.

S. BEGA Virgo longe sanctissima, non Scotiam modo, sed & totū Septentrionem mirifice illustrauit, nam in Anglia comitatu Cūbria mons, & promontorium vastissimum eius nomen tenet, vulgo S. *Bees*, & in vlteriori Oceani tractu *Noruegia*, inquit Lazius, *quasi Norbegia*, & hæc altera *Claudia, Maxentia, Mechtildis, Syra, VValpurgis, Vrsula, Pandiona, Brigida, Chuuilda, Daria, Dardulacha, Emerita, Findocha, Macra, Geresina, Modesta, Odda, Promptia, Possennia, Sanctanna, Richarda, Taraghta, Summiua, Erentrudis*: nam omnes hæ Scotia oriundæ, patria sua egressæ, incredibilē Ecclesiæ feruorem, operamque exhibuerunt, vt dubitari posset, vter sexus fortior, gloriosior, & his iuremerito *Bega* adnumeretur, quæ miracula in Anglia perpetrarit etiā hodie admiranda apud ipsos hæreticos, nam Taurum ferum cicurauit, & elementis sanctitate imperauit, hyeme calorem, æstate niues impetrans, quod Camdenus licet hæreticus non audet inficiari, pag. DCCCxxx. Demum post tot propagandi Euangelij causa labores susceptos redijt in Scotiam, & in Kunimgamia regione sanctissime obijt loco, qui ab ea *Kilbege* nunc dicitur, in qua voce corruptus. Ingulphus Croilandensis histor. pag. DIX. *Sivvardus Abbas sancta Pega*, sed lege *Bega*. Scripsit.

De Deo vero ad Orcadianos. lib. I.

Formulam precum ad Danos. lib. I. Henricus Sinclarus, non vidi quæ Balæus assignat.

Claruit anno DCCLXXIV. regnāte *Soluathio* in Scotia, colitur VI. Septemb. errant qui hanc cum *Bey* Virgine confundunt, nam ista Donaldo VI. Regi nostro familiaris. I. Nouemb. Colitur, ex quo liquet eas differre ætate CXXIV. annorum; hodie apud *Kilbege*, idest *cellam Bega* memoria dicitur extare.

S. BENIGNVS. 164.

S. BENIGNVS Confessor, & presbyter; magister & educator sanctissimi viri Apostolici *Liuini*, q. in Belgio, Martyr Gandaui quiescit, vt notū eius uita, cuius autor *S. Bonifacius*, & meminit Ioan. Molanus Indiculo SS. Belgij pag. XLV. Scripta interciderunt.

Claruit anno DCXXXIII. colitur in Scotia in Lesmohago IX. Augusti, puto ab importatas eo die reliquias, de eius sepulchro Malmesburiensis lib. IV. gest. Pontif. pag. CXLV.

S. BENEDICTA. 165.

S.BENEDICTA Vrsulanarum vna, cuius memoriam nuper in Martyrologio Canisius vindicauit, nec plura de ea ad me peruenere. Claruit anno CDLIV. Colitur cum reliquis XXI. Octobr.

S. BRIGIDA. 166.

S.BRIGIDA Virgo, de qua cum agant Acta Ecclesiæ Fæsulanæ, & vita S. Andreæ Scoti Archidiaconi à Philippo Villanio Florentino literis mandata, & insuper Franciscus Cattanius Diacettus Episcopus, Siluanus Razzius, & alij, ego tamen sola uerba Philippi Ferrarij viri ornatissimi, atq; iterum ordinis Seruorum Generalis apponam ex Sanctis Italiæ. pag. LXIX. *Brigida virgo S. Andreæ Diaconi Fæsulani soror, & ipsa seculari vita relicta virginitatem suam Deo vouit, eique toto corde inseruijt, cum autem fratrē ex hac vita migraturum diuinitus accepisset, ex Scotia Fæsulas breui diuina virtute delata, fratri morienti adfuit: post cuius obitum in sylua supra Fæsulas densissima, ac horrida reliquum vitæ ad vltimam vsque senectam, ab omni virorum, & mulierum consuetudine aliena confecit; tandem assiduis vigiliis, ieiuniis; aliisque corporis macerationibus, & annis grauata, migrauit ad sponsum, ac miraculis claruit, cui in eodem loco templum in opaco extructum, & dicatum est, eoque deuotionis ergo incolæ confluere solent.* in Annotationibus hæc idem scriptor habet. *hæc diuersa ab ea, qua hoc die in Martyrologio* Romano *continetur, licet vtraq; Virgo Scotica sit.* porro, vt S. Andreas frater viris monasterium condidit *scopetum*, ita hæc aliud mulieribus Scotis structum reliquit; verum illud Canonicis S. *Saluatoris* ante CCC. annos cessit, vnde illi *Scopetini* audiunt, istud ita exoleuit, ut post Fæsulas à Florentino dirutas, nulla memoria extiterit. Scripta perierunt.

Sanctitate claruit anno DCCCI. eoque miraculo delata in Italiam, quando obijt non reperi. Colitur I. Februarii.

S. BVO. 167.

S.BVO Poeta cognomento *Bardus*, ideſt voce Scoticà *ſapiēs*, hoc enim id ſonat lingua vetere noſtrate, vnde *Bardi* hic infra philoſophorum ſecta. hic vero vir doctiſſimus iuxta, ac ſanctiſſimus, in montanis Scotię uitam Eremiticam traduxit, de quo incolę etiānum hodie mira narrant, ſed, niſi fallor, apocrypha: nam eum vno loco ſeptem annis, quaſi ſeptem diebus, hęſiſſe produnt, maiori parte extaſi raptum, ut *S. Kanillus* diſcipulus, & ſecretarius retulit apud Ioannem Campumbellum hiſtoricum, & recens apud eū memoria, qui hymnos eius ſedulo recolunt. Vixit in Argathelia, vbi Eremus oſtenditur. Scripſit.

Laudes Trinitatis SS. *lib. I.*
De Cruce Domini. *lib. I.*
Prophetia de Regno Scotiæ *lib. I.*

Floruit anno DCCXCII. regi Achaio familiaris, & vt Iacobus Cheyneus, putat, confeſſarius, cui de regno Pictico multa prędixit. Corpus Orneſci in Iuſulis quieſcit, dies incertus.

S. BVO. 168.

S.BVO alius à pręcedenti, more patrię ſuę, & popularium Sanctorum Scotia egreſſus, in Septentrionem intendit curſum, ut Dei gloriam propagaret, & in Islandiam delatus, ſummà ſanctitate populum inſtruxit, miraculorū gratia inclaruit. auctor Arngrim. Ionas in hiſtoria illius gentis. Scripſit.

Homilias ad Islandos. *lib. I.*

Floruit anno DCCCXC. ſub rege *Gregorio*, qui primus Regū noſtrorum fœdus cum Gallis iterauit: dies incertus.

GVLIEL. BAILZE. 169.

GVLIELMVS BAILZE *Scotus Tranſalpinorum in Academia Bononienſi Rector, poſtea Medicinæ diebus feriatis lector*, ait Nicolaus Paſchaſius Alidoſius diligens hiſtoricus in profeſſoribus peregrinis pag. XXXIIX. Hic vero ex illa nobiliſſima, & sereniſſi-

ma

ma fam lia *Baliolorum*, qui è Scotia profugi, belliquè ciuilis malo pulsi, in Francia comitatum *Hearcourt* obtinuerunt, ut ex historia Francica Holinshed. pag. DCCXV. Galli *Harcuriam* vocant, & præterea *Dampuillam*, ac *Hornum* in eodem regno tenuerunt. Leslæ. lib. VI. in Anglia propugnaculum munitissimum *Bernard-scastle* excitarunt, quique primi mortalium Lycæū Musis in Anglia, sumptibus suis immensis, id Collegium Baliolense Oxoniæ, ædificarunt, vt tradunt Angli, Ioannes Caius, Lelandus, Pitseus, Camdenus, & omnes: deniq. qui regnum Scotiæ, arbitrio inique ad Anglum delato, possederunt, & sub annū Mccc i v. eo per *Brucium* exturbati, minori fortuna contenti vixerunt. Porro noster vir maximo nomine, maioribusque meritis, summum Bononiæ locū tenuit, & Reipublicæ togatæ cum honore præfuit. Scripsit.

Contra Empyricos. *lib. I.*

Pro Galeni doctrina. *lib. I.*

Docebat anno Mcccc xxc i v. rédijt postea in Scotiam.

PATRICIVS BISSETVS. 170.

PATRICIVS *Bissetus* clarissima apud suos origine, ex ea familia, quæ Achterles, & Fifam comitatus titulo tenuerūt: hic uero Bononiæ artes optimas professus, summa eruditionis opinione inclaruit, ac Ius Canonicū per multos annos cū docuisset, tandē amicitia strictiori cum Bonifacio Gozadino contracta, ad eum scripsit.

De Irregularitate. *lib. I.*

Lectiones feriales. *lib. I.*

Claruit anno Mcccc i. Alidosius.

BERNARDVS. 171.

BERNARDVS *Monachus* Scotus abbas sacri Nemoris in Scotia, vulgo *Haly Vvood*, peregrinus ad loca sancta Dominicæ passionis inuisenda profectus, diligenti cura totum illud iter, locaq; sancta perlustrauit, ac deinde domum redux scripsit ingēs volumen. *De locis terræ sanctæ.* *lib. X.*

Peregrinabatur anno Dccclxx. citat Malmesburiensis l b. i v.

ALEX.

ALEX BARCLAY. 172.

ALEXANDER Barclayus nobilis, & egregius poeta, & insignis orator, gente Scotus, sub Maria Regina decessit, vel, vt alii volunt, sub finem Eduardi VI. inquit Holinshedus hist. pag. MDCCXIX. Scripsit.

Orationes varias.	*lib. 1.*
Poemata varia	*lib. 1.*
De fide Orthodoxa.	*lib. 1.*

Vixit in Anglia, patria sua regionis ergo pulsus, & sub aureo Mariæ Anglicanæ imperio obiit. anno MDLII.

ADAM. BLVNT. 173.

ADAMVS Bluntus Franciscanus magna inter suos fama, sacræ Theologiæ lector, & Roxburgẽsis Cœnobii in Scotia Superior, difficillimo tyrannidis Anglicanę tempore, à *Ioanne Baliolo* Scotorum Rege missus ad *Eduardum* I. Anglum tanquam Orator, ut conquereretur nomine Regis sui, Anglum impie, & crudeliter, & contra fœdus Scotiam diuexare, & iniurias subditis inferendo, & modis subdolis, sed illicitis fidem ab eo nunquam debitam exigendo, insuper vrbes suas hostiliter inuadendo, subditosque necando, aut furis instar spoliando, quapropter Scotiæ Regem omnem fidem, quam aut ipse, aut subditi sui, nomine suo ratione terrarum in Anglia possessarum, deberet, penitus abnegare, & feudis renuntiare; hæc pene verbatim Holinshedus histor. Anglic. pag. DCCCXIX. hic *Adamus* scripsit, vt in Indice Maiæ.

Pro Rege Ioanne,	*lib. 1.*
Summarium sententiarum.	*lib. 1.*
Conciones, & lecturas.	*lib. 1.*

Legatione fungebatur anno MCCXCVI. ineunte mense Aprili. & fide in Reges, amore in patriam, literatura Theologica, paucos pares ætate sua habuisse censetur.

DVNCAN. BORNETTVS. 174.

DVNCANVS Bornettus, alias *Burnetus*, natione Scotus, magnã ab eruditione famam parauit apud Germanos, cũ quibus multum temporis vixit, Medicinæ Doctor eximius, & Chymicæ peritus, in illud incubuit studii, ut Spagiricen Hippocraticæ coniungeret. Scripsit multa, sed, ut apparet, parum edidit suorum operũ, nam

nam Io. Daniel Mylius publicauit eius nomine.

Iatrochymicus. *lib.* 1.

De præparatione, & compositione medicamentorum chymicorum artificiosa. *lib.* I.

Prodiit anno MDXX. vt existimem illum fato functum. De eo Raphael Eglinus Iconius. *Salue ò lux Scotiæ.*

HECTOR BOETHIVS. 175.

HECTOR *Boethius* Alecti natus, siue Deidoni ad Taum æstuarium, Aberdonensi Academiæ præpositus *vir singularis ingenij felicitatis, & facundioris* ab Erasmo in Epistolis, qui eidem studio Parisiensi vna vacabant an. MCCCCXCIV. Alexander Leo epist. ad Scoticam Nobilitatem, *Haud parũ meritus de nobis, deq; nostra Republica H. Boethius.* Guil. Gordonius epist. ad Academiã Aberdonensem. *Plurimum gaudendum vobis existimo, quod nostræ gentis hist. disertissimo stylo fideliter, atque erudite conscripta ex nostra Academia Aberdonẽsi primum prodierit in lucem.* Et paulo post *Boethius vir in omni scientiarum genere apprime eruditus.* Io. Ferrerius Pedemontanus epist. ad Iacobum Betonum Archiepiscopũ Glasguensem, & Reginæ Scotorum ad Regem Galliarũ Oratorẽ. *Hector Boethius vir ornatissimus, & singulari doctrina præditus, qui Regum vestrorum, & Scoticæ gentis res clarissime susceptas, & fortissime gestas memoriæ ad posteritatem tradidit, typisque Ascensianis libris XVII. ad Calendas Maias anno Salut. Christianæ MDXXVI. decenter expressit.* Paulus Iouius Episcopus Nucerinus in descriptione Britanniæ *Hector Boethius insigni facundia, & pari diligentia perpetuam Scotorum* Regum *historiam ad Iacobum sui nominis III. deducit.* Idẽ in Scotiæ descriptione. *Boethij muneris fuit, qui curiositate, & diligentia amoris patriæ dignissima nihil intactum, & sine laude, vel in aspretis, atque paludibus reliquit.* Ioan. Gualterius Chronico Chronicorum Tom. II. pag. MCCXXC. *Hector Boethius in omni Philosophia, & Theologiæ genere versatissimus, Historicus egregius.*

Tanta ipsius fama veræ virtuti coniuncta à nonnullis Scotorum honori infensissimis hostibus laudes tamen extorsit, alios verò Anglicanæ superbiæ uento inflatos, cum ueritatem pati non possent, in amentiam, & rabiem egit. Ex his, duo tãtum exempla adducã;

Apostata Balæus, cum semper male de nostratibus, & senserit, & scripserit, hunc tamen suo Encomio fraudare non sustinuit, nam Centuria XIV. numero LXI. *Boethius in omni philosophiæ, ac Theologiæ Scholasticæ cognitione affatim eruditus.* Centur. eadem nũ. LXXXVIII. *insignis Scotorum Chronographus*, Et paulo post, magnum *opus de Scotorum Historia.* Centur. eadem, num. LXV. *Virum* vocat *disertissimum*. Has veras laudes maledicentissimum pecus, & de Magia nigra apud suos VVallos conuictus, infamis hæreticus Humfridus l'Huydus uirulentiæ uento conatus afflare, non tã gentis odiũ, quã puerilem ignauiam prodidit. Ita enim.

Hectoris Historici tot quot mendacia quaris,
Si vis vt numerem (Lector Amice) tibi,
Idem me iubeas fluctus numerare marinos,
Et liquidi stellas dinumerare poli.

O Latina Siren! Belle, beatè, nã præterquam quod nullum acumẽ, qualis illa Cacophonia (*tot quot?*) tùm illud quam puerile? *Lector amice*, Tum *numerem, numerare, dinumerare*, nonne furcis Parnasso exigendum? denique quam felicia Epitheta *fluctus marinos, Liquidi poli?* Ita sanè per me omnes scribant Scoticæ æstimationi parum æqui consultores, vt dum nostratium ueris præconiis officiũt, infantilem suam imperitiam prodant; sanè huic tam impudẽti liceat opponere cultos hoĩs Itali uersus. Is est Latomus.

Quisquis ad tumulum obstupescis istum
Tædas perpetua micare luce
Lucem perpetuis adesse tædis;
Et quis sic statuit, cupis doceri?
Fiat: hic recubat Boethus *Hector,*
Ille qui patriæ sua tenebras,
Atque illas patrias, nitore linguæ
Inuecto Latia, fugauit vltra
Thylen, & vitrei vigoris Arcton.
Persoluunt Scotides proin Camœnæ,
Cum passim incipiant, queantq; haberi
Romanæ, meritas suo parenti
Grates, & tumulum volunt ad istum
Tædas perpetua micare luce,
Lucem perpetuis adesse tædis.

Alio ſenſu Ioachimus VVolfius Germanus eius facundiam extulit.

Excultas artes nuper ſola Itala tellus
Cis Alpes patrio eſt auſa tenere ſolo.
Sed ſimul Imperii tranſiuit gloria, Muſæ
Mutarunt ſedes, Eloquiumque ſuas.
Occupat has Hector Boreale Boethius ora,
Captiuaſque ſua ſub ditione tenet.
In Scotiam ſi ſic tranſmigrauere Camenæ
Forte olim Imperii ſceptra beata trahent.

Hectoris uero noſtri hæc fere publicata ſunt, nec tamē omnia ad nos peruenerunt.

Catalogus Regum Scotiæ	*lib.* I.
Deſcriptio Regni Scotiæ	*lib.* I.
Paraneſis de Scotorum priſcis, recentibuſq. inſtitutis, & morib.	*lib.* I.
Recenſio de ſerie Regum, ac viciſſitudine Imperiorum Britanniæ.	*lib.* I.
Regionum, & oppidorum per totam Britanniam vetera, & noua noīa.	*lib.* I.
Hiſtoria Scotica	*lib.* XVII.
Eiuſdem Hiſtoriæ lib. II. additi à Ferrerio.	
De Nauigationibus	*lib.* I.
Aberdonenſium Pontificum vitæ, ita ipſe vocat lib. IX. Hiſt. pag. CCXLVI.	
Sermones, & lectura.	*lib.* I.
Orationes.	*lib.* I.
Epiſtolæ eloquētiſſimæ ait Balæus.	*lib.* I.

Non poſſum tranſire carmen Iodoci Badij Aſcenſii

Hectoreas artes qui Marti adiudicat omnes,
Errat, & eſt Clius Hector hic arte potens.
Scilicet Hiſtoriæ, Liuique decus Patauini,
Lacteaque ad Scotos tranſtulit eloquia.

Ferunt non mediocriter adiutum à quodam Medico Aberdonenſi, præſertim in texenda Hiſtoria.

Florebat & ſcribebat anno MDXXVI. quando obierit, non reperi. Illum ſanè Georgius Buchananus oblique perſtringit, ac ſubinde

 uellicat,

uellicat religionis verius, quam doctrinæ ergo; Sed laus illa uirorum Catholicorum ab hæreticis malè audire.

BELISARIVS. 176.

BELISARIVS Poeta Christianus. An Scotus fuerit ambigo. Scripsit.

Acrostichum in Sedulium Scotum.

Extat Tom. V. biblioth. SS. Patrum.

Viuebat anno CCCCXL.

ALANVS BALANTINVS. 177.

ALANVS *Balantinus* domi bonis artibus vacare cœpit, tùm in Germaniam traiecit aptissimam, ut ipsi uidebatur, Musis sedē, atque ibi magna modestia studia excoluit, quæ deinde in celeberrimis ibi Gymnasiis docendo exercuit. Scripsit multa, sed apices vix deprehendi, tamen certò constat illum publicasse.

De Astrolabio lib. I.

De terræ Mensura. lib. I.

Chronici vniuersalis lib. I. Et quia Eduardus Hallus in Histor. Anglicana illū laudat, ineptissimè *Anglum* facit Pitsæus Cent. I.

Viuebat anno MDLX. in Germaniis obiit.

BRICMORVS. 178.

BRICMORVS cognomento *Sophista* Canonicus Regularis *S. Crucis* Edimburgensis Alumnus in Aristotele uoluendo consenuit, unus ex iis, qui è Scotia ex decreto Concilij Viennensis ad Oxoniensem Academiam, ut sæpe hoc opere diximus, missus est. Scripsit.

Hypomnemata in Elenchos Aristotelis. lib. II.

In eiusdem Topica. lib. IV.

In eiusdem Priora. lib. II.

In eiusdem Posteriora. lib. II.

Obiit

Obijt in Anglia Anno MCCCLXXXIII. Continuator Fordani.

GREGORIVS BRIDLINGTONVS. 179.

GREGORIVS *Bridlingtonus* ab oppido Northumbriæ, ubi educatus fuit, nomen accepit, eo scilicet tempore, quo Northumbria Regi Scotiæ parebat, in Cœnobio *Glenluce* Monachum Cistercienſem induit, & maxima ſanctitatis, & eruditionis fama floruit: ſed quia altus eſt in Northumbria falsò illum Ciuem ſuum Angli fecerunt. Scripſit.

Super Cantica. *lib.* I.
Super varios ſacræ Scripturæ textus, lib. XXX.
Sermones. *lib.* I.
De arte Muſices. *lib.* III.
Lecturas publicas. *lib.* I.

Floruit anno MCCXVII. hunc aliqui falſo S. Auguſtini Regulam amplexum ſcribunt, cum fuerit Carmelita.

BERENGVIDDVS. 180.

BERENGVIDDVS *Scotus*, & Theologus acutiſſimus, etiā Sorbonenſis facultatis ſocius, & eximius Concionator, ut ex Iacobi Langij epiſtola quadam patet. Scripſit.

In Apocalypſin. *lib.* I. quē uidi in Anglia in Collegio S. Benedicti Cantabrigiæ.

Viuebat anno MCCCCXLVI.

BERNARDVS. 181.

BERNARDVS cognomento *Sapiens* Concilio Claromontano ſub *Vrbano II.* interfuit, & ab eodem Pontifice in Scotiam cum mandatis miſſus, autor fuit multis Optimatibus, ut arma pro tam ſancta cauſa induerent, conſcriptoſque milites ſecutus bello ſacro interfuit, & Artheſiæ Epiſcopus primus de Latinis eſt creatus. Gauter. Cancellar. Bell. Antiochen. pag. CCCCXLIX. Archiepiſcopus *Edeſſanus* creatus, primus Chriſtianorum ſedem illam poſſedit

dit. Scotos autem sacro huic bello interfuisse docul multis ad Historiam *Benedicti Accolti*,& fatetur Torquatus Tassus heroico Poemate lib. VII. numero LXVII. Fulcher. Carnotens. Gest. Peregrinor. cap. V. fi. Guibertus Abbas omnium ineptissimus, qui bellum illud tractarunt. lib. 1. cap. 1. Vrspergensis, & Sigebertus ad annum MXCV. Noster autem *Bernardus* inter *Godofredi* Consiliarios prudentiæ, & moderationis laudem est consecutus. Scotichronicon. Scripsit.

Ad Suffraganeos suos. *lib.* 1. Sedes autem Episcopales sub *Edessa sunt Virchi, Constantia, Garrum, Mariopolis, Varnon, Gedaron, Ymeria, Querquentia, Capsaron, &* Callinicos.

De Vrbe Hierusalem. *lib.* 1. Orditur suam Historiam ab anno DCCCCLXX. ac perducit usque ad finem *Godofredi.*

De Bello Sacro. *lib.* VII. Extant in Viennensi Cæsarea bibliotheca.

Floruit sub S. *Malcolmo* III. Scotia egressus est Anno MCV. quando obiit non deprehendi.

VVALTERVS DE BALTRODI. 182.

VVALTERVS *de Baltrodi* Monachus Sconensis, indeque trãslatus ad Episcopatum *Cathenensem*, uir discretus consilio, & sanctitate uitæ commendabilis. Scripsit.

Constitutiones Ecclesiæ suæ. *lib.* 1.

Obiit anno MCCLXX. Scotichronicon. lib. X. cap. XXVII.

B R I X I V S. 183.

BRIXIVS à teneris annis uitam Monasticam amplexus cũ ætate in diuinarum literarum notitia mirificè creuit, & annis satis iuuenilibus Prior celebris Cœnobii de *Lesmahago* renũciatus cũ obiisset *Richardus* Morauiæ Episcopus illi successit. Scotichronichon lib. VIII. cap. LXIV. Scripsit.

Super sententias. *lib.* IV.

Homi-

Humilias lib.I.

Obiit anno MCCXXII. Scotichron.lib.IX cap.XXXVII.

GILBERTVS BROVNVS. 184.

GILBERTVS *Brounus* Cœnobii noui in Scotia Abbas. Id Rex auunculo meo *Gulielmo Leslæo* Equorum suorum Præfecto dono dederat cum inuestitura singulari, at cum ad huius manus deuenisset, titulum Ecclesiasticum mira libertate restituit, quo nomine à præferuidis Sathanæ ministris exagitatus, probitatis suæ pœnas dedit exilio. Scripserat, aut verius in vnum corpus coaceruauerat. *Capita Fidei controuersa*, quæ sectarius minister *Ioan. VVelshe* impugnauit. lib.I.

Historiam labentis in Scotia religionis Catholicæ. lib.I.

Obijt Lutetiæ inopia ea claritudine indigna Anno MDCXII. die XIV. Maii.

RICHARDVS BROVNVS. 185.

RICHARDVS *Brounus* superioris nepos, & exilii comes Lutetiæ serio bonis artibus incubuit. Scripsit.

Additionem, aut appendicem ad patrui Historiam. lib.I.

Obiit Lutetiæ anno MDCXVII.

IO. BROVNVS 186.

IO. BROVNVS religiosissimus *Minimorum*, quos uocant ordinis sub *sancti Francisci de Paula* regula, Sacerdos, multos pro fide labores perpessus, inopiam, ac carceris apud suos populares ignominiam & sustinuit non semel fortiter, & spreuit semper gloriosè egregius Christi miles hæreseos professores multoties corã confundens, Catholicæ caulæ veritatem asseruit. Scripsit eruditè.

De benedictionibus XII. Patriarcharum. lib.I.
Contra Iudæos de Trinitate. lib.I.
De Incarnatione. lib.I.
De aduentu Messia lib.I.
De B. Virgine lib.I.

De

De præcipuis fidei mysteriis. *lib.* 1.
Variloquium Hebraicum *lib.* 1.
Controuersa fidei capita. *lib.* 1.
Euictionem ministrorum Scotiæ. *lib.* 1.

Viuit adhuc, & ,ut puto, Dei gloriã in Scotia gnauus procurat, & audio iam pridem squallorem carceris declinasse.

GVLIELMVS BECKLEY. 187.

GVLIELMVS *Beckley* Carmelita eximia eruditione, ac pietate insigni Monachum in Scotia induit, tùm patriæ fato exul factus in Gallias se contulit, tum à Rege Scotiæ *Iacobo III.* domum reuocatus substitit in Anglia, ut in Collectionibus Gilberti Brouni habetur. Imprudẽs est Ioannes Pitsæus, qui *Anglum* facit cum *Scotum* præter nostrates eum faciat R. P. M. Thomas Saracenus sacræ Theologiæ Doctor Bononiensis, & Ferrariæ Ex professor.

Scripsit. *Quodlibeta quædam* *lib.* 1.
De fraterculorum Decimis. *lib.* 1.
Quæstiones ordinarias. *lib.* 1.
Conciones varias. *lib.* 1.

Floruit anno MCCCCXXXVIII.

VVILHELMVS BENYNG. 188.

VVILHELMVS *Benyng* Prior de *Neubottel*, & postea Abbas *Cupri*, vir insigni pietate, nec minori literatura, Religiosi uoti diligens obseruator. Scripsit.

De vita sancti Io. Scoti nati in Villa Podoen prope Cestriã in Anglia, sed deinde sancti Andreæ Episcopi electi. *lib.* 1.

Vixit anno MCLXXXVII. *Elegantem* porro *illum libellum* vocat Scotichronicon lib. VI. cap. XL. Alia edidit, sed non extãt; neque apices ad me uenerunt.

ALEXANDER BETONVS. 189.

ALEXANDER *Betonus* nobilis genere, nec uirtute dispari in Patauino Lyceo Medicinæ Doctor non ità pridem renunciatus

tus summa sui,& patriæ famæ, vt audio. Scripsit.

Poemata varia. lib. 1.
Epigrammata varia. lib. 1.
Obseruationes circa veteres Medicos. lib. 1.

Viuit adhuc apud suos, & Hyppocratem illustrat.

S. BIGITANVS. 190.

S. BIGITANVS eo florebat sæculo, quo nostrates Europam celeberrima suæ pietatis fama repleuerant, itaque tunc *Fursaus*, *Foillanus*, *Vltanus* extra patriam, domi vero non minus insignes, *Conanus*, *Chroniacus*, *Dimaus*, *Damianus* & *Bigitanus* omnes Episcopali dignitate, ac vitæ sanctitate perillustres. H. Boethius libro IX. hist. Scot. pag. CLXXVI. Io. Leslæus lib. IV. pag. CLIX. vbi tamen *Bigitanus* Episcopalia munia in Scotia exercuerit incertum, puto quia ætate illa nulli certæ ciuitati Episcoporum cura alligata. Scripsisse perhibetur.

De Religionis apud Scotos progressu. lib. 1.
Epistolas ad varias Ecclesias. lib. 1.

Floruit anno DCLXIV. Colitur die XV. Ianuar.

HVGO DE BENHYEM. 191.

HVGO *de Benhyem* Aberdoniæ Episcopus XI. Romæ à *Martino IV.* Pontifice inauguratus, post annum in Scotiam redux grauem inter populum, & clerum controuersiam de Decimis, præsente Rege, cōposuit, ac causas futuræ dissensionis penitus sustulit. Scripsit, vt in vita eius habetur.

Prouincialium statutorum sanctiones. lib. 1.
Nouas Episcoporum prærogatiuas lib. 1.

Catharrho defluente extinctus est anno XXIX. *Alexandri* III. Regis, humanæ salutis. . . .

IACOBVS BRVNVS. 192.

IACOBVS *Brunus* Aberdoniensis Ecclesiæ Decanus sacris literis excultissimus Scripsit.

De præcipuis fidei mysteriis. lib. 1.
Variloquium Hebraicum lib. 1.
Controuersa fidei capita. lib. 1.
Euictionem ministrorum Scotiæ. lib. 1.

Viuit adhuc, & ,ut puto, Dei gloriā in Scotia gnauus procurat,& audio iam pridem squallorem carceris declinasse.

GVLIELMVS BECKLEY. 187.

GVLIELMVS *Beckley* Carmelita eximia eruditione, ac pietate insigni Monachum in Scotia induit, tùm patriæ fato exul factus in Gallias se contulit, tum à Rege *Scotiæ Iacobo III.* domum reuocatus substitit in Anglia, ut in Collectionibus Gilberti Brouni habetur. Imprudēs est Ioannes Pitsæus, qui *Anglum* facit cum *Scotum* præter nostrates eum faciat R .P. M. Thomas Saracenus sacræ Theologiæ Doctor Bononiensis, & Ferrariæ Exprofessor.

Scripsit. *Quodlibeta quædam* lib. 1.
De fraterculorum Decimis. lib. 1.
Quæstiones ordinarias. lib. 1.
Conciones varias. lib. 1.

Floruit anno MCCCCXXXVIII.

VVILHELMVS BENYNG. 188.

VVILHELMVS *Benyng* Prior de *Neubottel*, & postea Abbas *Cupri*, vir insigni pietate, nec minori literatura, Religiosi uoti diligens obseruator. Scripsit.

De vita sancti Io. Scoti nati in Villa Podoen prope Cestriā in Anglia, sed deinde sancti Andreæ Episcopi electi. lib. 1.

Vixit anno MCLXXXVII. *Elegantem* porro *illum libellum* vocat Scotichronicon lib. VI. cap. XL. Alia edidit, sed non extāt; neque apices ad me uenerunt.

ALEXANDER BETONVS. 189.

ALEXANDER *Betonus* nobilis genere, nec uirtute dispari in Patauino Lyceo Medicinæ Doctor non ità pridem renunciatus

tus summa sui,& patriæ famæ,vt audio. Scripsit.

Poemata varia. lib. 1.

Epigrammata varia. lib. 1.

Obseruationes circa veteres Medicos. lib. 1.

Viuit adhuc apud suos, & Hyppocratem illustrat.

S. BIGITANVS. 190.

S.BIGITANVS eo florebat sæculo,quo nostrates Europam celeberrima suæ pietatis fama repleuerant,itaque tunc *Fursaus*, *Foillanus*, *Vltanus* extra patriam, domi vero non minus insignes, *Conanus*, *Chroniacus*, *Dimaus*, *Damianus & Bigitanus* omnes Episcopali dignitate, ac vitæ sanctitate perillustres. H. Boethius libro IX.hist.Scot.pag.CLXXVI.Io. Leslæus lib.IV.pag. CLIX. vbi tamen *Bigitanus* Episcopalia munia in Scotia exercuerit incertum,puto quia ætate illa nulli certæ ciuitati Episcoporum cura alligata. Scripsisse perhibetur.

De Religionis apud Scotos progressu. lib. 1.

Epistolas ad varias Ecclesias. lib. 1.

Floruit anno DCLXIV. Colitur die XV. Ianuar.

HVGO DE BENHYEM. 191.

HVGO *de Benhyem* Aberdoniæ Episcopus XI. Romæ à *Martino IV.* Pontifice inauguratus, post annum in Scotiam redux grauem inter populum,& clerum controuersiam de Decimis,presente Rege,cōposuit,ac causas futuræ dissensionis penitus sustulit. Scripsit, vt in vita eius habetur.

Prouincialium statutorum sanctiones. lib. 1.

Nouas Episcoporum prærogatiuas lib. 1.

Catharrho defluente extinctus est anno XXIX. *Alexandri* III. Regis, humanæ salutis. . . .

IACOBVS BRVNVS. 192.

IACOBVS *Brunus* Aberdoniensis Ecclesiæ Decanus sacris literis excultissimus Scripsit.

Notas in vtrumque testamentum. *lib.*1.

Floruit anno MDXX. Boethio memoratus in vita Gulielmi Elphinstoni.

ARTHVRVS BOETHIVS. 193.

ARTHVRVS *Boethius Hectoris* frater, vir raræ eruditionis, cultissimæ eloquentiæ, & à vulgari abhorrentis, grauis dictionis, & candidæ, Iuris Pontificij Doctor. Scripsit.

Excerpta ex iure Pontificio, quæ sunt veluti Paratitla. *lib.* 1.

Docebat Aberdoniæ anno MDXX.

ALEXANDER BARCLAY. 194.

ALEXANDER *Barclayus* Scotus, vt retulit ipse Ioannes Pitsæus ætate XVI. ab habitu D. Benedicti ad Franciscanos, puta à facilioris vitæ libertate ad seuerioris regulæ obseruantiã transiuit, Poeta, & Orator in paucis celebris, *Thomæ Cornitij Tauenensis* Antistitis Capellanus, tum Bathouiensis Episcopatus Suffraganeus. Scripsit, seu verius ex Latino Anglicos fecit.

Mancium de virtutibus. *lib.* 1.
Vitam S. Margaretæ. *lib.* 1.
Vitam S. Catharinæ. *lib.* 1.
Vitam S. Ethelredæ. *lib.* 1.
Vitam S. Georgij ex Mantuano. *lib.* 1.
Quinque Eclogas eiusdem. *lib.* 1.
Castellum laboris. *lib.* 1.
Bucolicon Codri. *lib.* 1.
Eclogam quartam. *lib.* 1.
Nauem Stultiferam. *lib.* 1.
Contra Sceltonum. *lib.* 1.
De miserijs Aulicorum. *lib.* 1.
Salustium de Bello Iugurthino. *lib.* 1.
De pronunciatione Gallica. *lib.* 1.

Obijt Croidonæ in Anglia anno MDLII. mense Iunio.

THOMAS DE BARRY. 195.

THOMAS *de Barry* Canonicus Glascoensis, & primus Præpositus de *Bothuuel* vir elegantis ingenij, & disertus. Scripsit

De

De prælio Otterburnensi, seu de victoria Scotorum Duce Comite *Duglassio*, contra Anglos Duce Comite *Persæ*.

Vixit anno MCCCXC. Scotichronicon lib. XIV. cap. L.

STEPHANVS BROVN. 196.

STEPHANVS *Brounus* Carmelitani ordinis Monachus, vnus ex duodecim viris sūmæ apud suos autoritatis, quos ideo *Eduardus* I. Angliæ Rex, tyrannicè vexata Scotia Oxoniam ablegauit, ibique per suum nefas inuitos, veluti in custodia tenuit, ne conatus suos impedirent. Io. Leslæus lib. hist. Scot. meminit etiā eius Conradus Tremonius Carmelita Germanus in Catalogo Episcoporum sui ordinis; fuit hic, si quisquam, eo æuo in sacris literis eruditè versatus. Eius sunt.

Conciones eruditæ, ait Balæus.	*lib.* I.
Lectura in Theologia.	*lib.* I.
Psalterij expositio.	*lib.* I.
Epistola.	*lib.* I.

Florebat anno MCCCXL.

IACOBVS BALLANTYN. 197.

IACOBVS *Ballantyn*. S. Theologiæ Doctor, Archidiaconus Morauiensis, laboriosa cura, & incredibili studio artes omnes humanas, atque etiam diuinas percepit. Eius sunt.

Boethii Historia versio in Scoticum.	*lib.* XIX.
Historia Scotica Cosmographia.	*lib.* I.
Albaniæ descriptio.	*lib* I.
Epistola ad Iacobum V.	*lib.* I.
De litera Pytagoræ.	*lib.* I.
De virtute, & voluptate.	*lib.* I.
Super quodam somnio.	*lib.* I.
Diuersi generis Carmina.	*lib.* I.

Obiit Romæ anno, vt puto, MDL.

IACOBVS BASSANTINVS. 198.

IACOBVS *Bassantinus* omnes sui sæculi Mathematicos longè post se reliquit, in Gallijs, & Germanijs bonas artes, & didicit, & do-

cuit. Eius ad me venerunt.

Super Astrologia ingens,& doctum volumen ter editum Latinè,& Gallicè. *lib.* 1.
Super Mathematica Genethliaca. *lib.* 1.
Arithmetica. *lib.* 1.
Musica secundum Platonicos. *lib.* 1.
De Mathesi in genere. *lib.* 1.

Floruit anno MDLXIV.

BVNDEVICA. 199.

BVNDEVICAM quandam Amazonio ritu bellicosam inter nostrates eruditione,& scriptis insignes referunt. Hæc Scotorum Regis filia,Britannorum, qui nunc sunt Angli, Regina, multa contra Romanos strenue gessit,Coloniamque deleuit. Tacitus, Dio,Xiphilinus,quam scripsisse volunt varia,& in his.

Conciones militares *lib.* 1.
Querelas suorum temporum *lib.* 1.
Epistolas ad Principes prouinciarum Balæus. *lib.* 1.
De excutiendo iugo Romano. *lib.* 1. Andreas Tiraquellus, Nobilit. cap. XXXI. num. CCCXVI.
De obsidionibus vrbium. *lib.* 1.
De exercitu pedestri ducendo. *lib.* 1.

Vixit anno Salut. CX. sed nihil ipsius præter nomen ad me peruenisse fateor: fides sit penes illos. Eam extulit eleganti,& suaui versu Edmundus Spenserus Poeta doctissimus in *Ruant temporis.*

GEORGIVS BVCHANANVS. 200.

GEORGIVS *Buchananus Minorita excucullatus Bacchicus Histrio,& Atheus Poeta,* inquit Gilbertus Genebrardus Chronologia ad annum MDLXXII. De religione enim Catholica pessimè est meritus,& ideo contumeliosas voces facile viro religioso dono,cui maioris fuit momenti pietas,quam eruditio. Paucis totam ipsius vitam attingam. Nobili loco in Leuinia natus, sed tenuis,prima studia in patria,mox Parisiis exercuit, vir factus magna

gna cum gloria Lutetiæ est professus bonas artes, tum Burdegalę, ac deinde in Lusitania, vbi periculum adijt ad Quæsito impietatis delatus, inde in Angliam, & festinato cursu in Liguriam contẽdit *Timoleontis Cossai* pueritiæ admotus, cuius pater Prorex magnos exercitus ea in gente ductabat. Tandem ad Scotos suos redux, *Iacobo* VI. Regi, qui nunc totius magnæ Britanniæ sceptra vnus coniunxit, erudiendo præpositus, præter uiri boni partes omnia executus, Principi Sanctissimæ, Reginæ, ac Dominæ suæ famã eleuare contumeliosissima Satyra quatuor libris historiæ suæ ultimis est conatus, Mercenarius scilicet *Iacobi Nothi*, qui tum magnis conatibus, Proregis autoritate ad principatum tendebat. Eius sunt.

Grammatica Thomæ Linacris ex Anglico in Latinum versio. Gesner. *lib.* I.

Axiomata. Balæus, *lib.* I.

Historia Scotorum. *lib.* XIX.

De Iure Regni apud Scotos. *lib.* I. quo opere cum Hottomanno, & alijs hæreticis Regiam autoritatem acriter impugnat.

Psalmi Dauidis CL. versu elegantissimo, quos musicis legibus accommodauit Io. Seruianus, & edidit Lugduni anno MDLXXIX.

Tragœdiæ IV. quarum prima *Iephte* vltima publicata. *lib.* I.

Sylua. *lib.* I.

Miscellanea. *lib.* I.

Hendecasyllabi. *lib.* I.

Elegiæ. *lib.* I.

Epigrammata. *lib.* II.

Alia indigna hic referri, quod ijs, & S.R.E. maiestas, & Religiosa D. Francisci Familia non vulgariter offendatur.

Chamæleon. *lib.* I. quo opere *Lidintonium* mutabiliorem Chamæleonte carpserat Gul. Cambden. Hist. Ang. ad annum MDLXXIII.

Detectio in mortem *Darlii* Reginæ mariti opus turbalen-

bulentum, quo ille sanctissimam fœminā cædis accusat.
Idem Cambden ad annum MDLXVII. princ. *lib.* 1.
De Rebus gestis Hispanorum ad Diuum in India liber
tersissimus, editus supposito nomine *Iacobi Tenii*
primum in Hispania, tum Romæ. *lib.* 1.
Iambi Simonidis ex Stobæo. *lib.* 1.
prodijt ea versio Tom. 11. Poetar. Græcor.

Vt hominis igitur in pietatem damno, ita laudibus in eruditione non vulgaribus lubēs faueo. Præclara itaque de eo testimonia doctorum extant. Adrian. Turneb. lib. I. aduersar. cap. II. *Neminem esse in Gallia existimo paulò humaniorem, cui Georgius Buchananus non sit notus, non solum eximius Poeta, verum etiam vir omni liberali eruditione non leuiter tinctus, sed penitus imbutus.* Ioan. Rayus *inaccessam Buchanani diuinitatē* (vt ipse ait, de operè, non de hoīe sentiens) admiratus imitiatus Iulij Scalig. de Virg. versus, sic canit. *Mirande vates, fons Beati Carminis,*

Latina Siren, patria
Illustre decus, & mel leporis Attici
Doctissime nepos Romuli
Latinæ Athenæ, Flacce duplex, & triplex
Homere, mens poeseos
O absque vitio monstrum, & absque fluctibus
Pontum profundum, nubibus
Cælum absque purum, o posteris miraculum! &c.

Ioannis Posthij Archiatri Palatini Latinum Epigrāma, & duo Græca, Ioannis Lundorpij Græcā editioni ultimæ operum Buchanani præfixa uideantur, tam felicem, & tam sublimis ingenij Poetā; non defuit tamen, qui ignauię patrum memoria argueret homo Italus dicax, & ignauiæ summæ à Ioanne Matthæo Toscano inter Carmina Illustrium Poetarum Italorum Tom. I. publicatus, pag. LXXXVI.

Sugillat, dum laudare vult videri, Gulielmus Cambdenus histor. Anglic. ad Annum MDLXVII. in principio. *Buchananus partium studio, & Morauii munificentia abreptus, ita scripsit vt libri isti falsitatis damnati sint ab ordinibus Regni Scotiæ quorum fidei plus tribuendum, & ipse coram Rege, cui fuit pædagogus, ingemiscens subinde*

de se reprehendit, quod tam virulentum calamum in Reginam bene meritum strinxisset, moriensque optauit, vt tantisper superesset, donec maculas quas maledicentia falsò asperserat, reuocata veritate, vel sanguine elueret. Et ad ann. MDLXVIII. *Buchananus in Morauii verba iuratissimus.* fuit enim inter illos, qui contra Reginam Eboracum perduelles conuenerunt, Deo, hominibusq. inuisi. Et ad ann. MCLXXXII. *Buchananus factiosorum causam contra Principes iam antea suscepisse dolenter ingemuit; & paulò post obiit. Vir qui nec Cœlo, nec solo, nec seculo erudito, vt ille cecinit, natus ad summũ tamen poetica facultatis culmen tam feliciter ascendit, vt Poetarum huius seculi princeps merito habeatur.* Magna sanè laus Scoti ex ore Angli, nisi inuidiæ, & malignitatis hostilis sale temperaretur: nam cur *Cœlum, solumque* Scoticum auersatur, Anglicum in eadem Insula, & uicinia laudet? Dicet se nescire? Cosmographus. Hanc tamen immerenti Scotiæ impactam contumeliã tot uiri ingenio clari eluent, & tibi, ut opinor, mi Lector, felix, eruditumque Scotiæ *Cœlum*, & *Solum* à bis mille retro annis facile persuadebunt; seculum autem illud cur eruditum esse, & haberi non debeat, cum & literæ Græcæ quasi ab Orco reuocatæ, & humaniores aliæ literæ, ipsaque Philosophia, Theologia, Mathematica, Medicina ita floruerunt, ut certatim Itali, Galli, Germani, Belgæ, Anglique, ac Scoti nostri in id studiorum tam acriter incubuerint, ut uetustatis Romanæ, & aureæ ipsius sub Augusto ętatis, præ cura nostri seculi hominũ, pudere potuerit? Discat ergo Anglus moderatius loqui; & ego ad Buchananum redeo, de quo idem ad annum MDLXXXIV. *Buchanani historia, & de iure Regni apud Scotos dialogus probrosa in Regem, eius Matrem, & Cõsiliarios scripta interdicta, vt, quæ multa culpanda, & delenda cõtineãt.* Satyrica hæc, & ĩpietatis plena scripta *Buchanani*, & *Knoxii* ipse Rex *Iacobus* toto Regno suo proscribit, & eliminat, nam lib. II. Basilici Dori pag. CLV. ita filium suum Rex alloquitur. *Proximum est, vt te ad lectionem Hist. authenticarum, & Chronologias euoluendas adhorter, præsertim vero in domesticis nostris historiis te versatissimum esse cupio, ne sis domi peregrinus: nam & istius modi exempla te propius attingunt, neque tamen famosos illos libellos Buchanani, aut Knoxii Chronica intelligi hic volo; si quod huiusmo-*

di

descriptum superstes inueneris eiusdem depositarii legis seueritatē sentiant; nam in eo Pytagoræ discipulum te esse velim, vt existimes ipsos manes istorum seditionum flabellorum μετεμψυχώσει quādā in eorum corpora transisse, qui eorum, vel libros retinent, vel dogmata defendunt, quos non minore supplicio plectendos censeo, quàm si ipsi autores iam à mortuis essent resuscitati. Hucusq; ipse Princeps. Iacobus vero Gretserus grauis Societatis Iesu Theologus Cōmentario Exegetico pag. XXXII. *optime, rectissime, & meritissime Serenissimus Rex sic statuit: Nihil enim his duobus in Reges immodestius & impudentius, nihil calumniosius. Hæc quidem non ingenium, sed peruersam fidem attingūt, eruditionem nemo vituperat,* atque Itali quidem illiteratissimi literionis criminatio, quam falsa sit, & res ipsa abunde loquitur, & tot doctorum versus diluēt. Georgius Fabricius Chemnicensis de Re Poetica: Psalterium verterūt Germani aliquot piè, Itali, ut solent, eleganter, imprimis Flaminius, sed nunc omnium industriam vicit *Buchananus*, Scotus, uarietate sententiarum, & puritate sermonis. Nec minus honoratam ingenij illius fecere mentionem Germani, in his Christophorus Manlius.

Dum Septen tragico Buchananus syrmate vestit,
Dum Latia Isaidem tangere plectra docet,
Dum castis sic tincta iocis epigrammata ludit,
Vt metuat palmæ Bilbilis ipsa suæ,
Cernis vt ad Scotos migrent, Helicone relicto,
Laurigeræ tanti vatis amore Deæ.
Nec viuo hoc reditus spes est: vtram ergo vocabo,
Langi, Heliconiades, anne Caledonides?

Et rursus ad Io. Langium.

Illic imperium fore iactauere Quirites
Esset vbi sedes Scipio magne tua.
Illic Pierides, illic erit alma Poesis,
Illis Phœbus erit, queis Buchananus erit.

Celebrat Paulus Melissus ad Cissam.

Quod Lyra nulla polo fulget, quam vindicet Orpheus
Hanc spolium vates Scotus ab axe tulit.
Si qua tamen Cygnum prope lucet in æthere, Cissa,
Dauidis hæc Cythara est, non lyra Threicii.

Cul-

Cultum de eodem est Henningi Cunradini Carmen.

Tantum Scotia protulit Poetam,
Quamuis sit sub iniquiore Cælo,
Quantum non capit ipsa tota regno.
Vix Graii & Latij tulere tantum,
Quamuis sint sub amæniore Cælo,
Quantum Scotia protulit Poetam.

Stephanus Senior.

Ecce Calydonia Maro, Naso, & Flaccus in ora
Pro Ioue nunc discunt posse sonare Ionam.

Idem alio Epigrammate.

Dauidis hic corpus, sed tectum veste Latina,
Quæ picta est Flacci, picta Maronis acu.

Paulus Melissus Francus.

Diuersas multi variè elicuere sorores
Aptando Latiæ plectra Syrissa lyræ,
Barbiton hic, citharaque fides, chelin increpat alter.
Et suus ex merito quemque secutus honos.
Quod Buchanane canis, modulamine cætera vincis,
Ceu reliquas liquida Daulia vocis aues.
Et quisquam dubitet plenis edicere buccis,
Hæc superat cunctas buccina clara tubas?

Nec minus celebre encomium de eo est apud Stephanum Paschasiũ in Iconibus in delitijs Poetarum Gallorum Tom. II.

Virgiliis, Flaccis, Nasonibus, atque Catullis,
Hisne ego si tantis vatibus inferior?
In genere vnicuique suo concedo; sed in me
Collige cuncta simul: plus ego promerui.

Idem alio Epigrammate.

In te vno quod sint multi, Buchanane, Marones,
Ac dederint talem secula nulla virum.
Hoc de te primo Cælum spondebat ab ortu,
Nomine subque tuo nomen, & omen erat.
Nam Canere est vatum; vatum Tuba, Buccina, Bucca,
Et canis Annis nobilitatur opus.

Hęc tua sunt, Buchanane, tuoque in nomine cuncta
Canus, & Annus, item Buccina, Bucca, Cano.

Carolus Vtenhonius.

Tres Italos Galli Senos vicere, sed vnum
Vincere Scotigenam non valuere nouem.

Est & præconium eximium eiusdem apud Conradum Rittershusiũ in Commentarijs ad Oppianum. Iul. Cæsar. Scaliger.

Felix Georgi, lactea vena pater,
Quæ ditat immensum mare, &c.

Idem pleno ore.

Heri legebam nuper allatum mihi
Sapidum, tenellum, molle, carmen aureum
Intelligendum, vel puellis omnibus
Si splendor, atque puritas, decus, nitor
Animum subire luculentum vllum queat;
Intelligendum non facile doctis viris,
Nisi mentis excitetur ardor efficax
Sententiarum propter ardorem merum. &c.

Alius nominari indignus.

Aonidum immortale decus, Buchanane *sororum,*
Namque tibi extremę prope nato ad littora Thules
Os tenerum Aonides sic formauere puellæ,
Sic Graio *pariter melle illiuere labella,*
Pectora Romano *sic impleuere sonore:*
Vt te Roma, *licet Scotorum ad littora natum*
Aequoreas inter cautes, atque horrida Cete,
Tanquam vrbe in media ciuem sibi vendicet ortum
Inde autem magni te Mantua clara Maronis
Iuret stirpe satum: at contra, Verona, Catulli
Asserat, hinc Venusinus, & hinc Pelignus, *& inde*
Corduba te repetat, repetat quoque Bilbilis inde.
At Vatem interea Buchananum Scotia iactes
Vna tuum, felix tantis natalibus vna
Macte quoque ingenii tanta virtute Georgi
Aeternum, & Latii *spoliis ornatus opimis*
Inuidiaque omni maior Buchanane triumpha

Andreas Meluinus Georgio Buchanano Praeceptori suo, & Musarum parenti.

Nuper te, Buchanane, cùm viderem
Aegrum, languidulum, thoro iacentem,
Et fato, & capulo, heu! nimis propinquum,
Visus tum mihi sum videre Musas
Aegras, languidulas, thoro iacentes,
Et fato, & capulo, heu! nimis propinquas:
Tum sensi vt meliusculè te habere,
Nec tristi vigilem thoro iacere,
Verum exurgere, munia ampla obire,
Regem visere, Regis & Senatum:
Mox Musas meliusculè se habere,
Nec tristi vigiles thoro iacere,
Verum exurgere, munia ampla obire,
Regem visere,&c.

Natus est Kalend. Februar. anno MDVI. obiit vero XXVIII. Septemb. anno MDLXXXII. vt in Indice Chronologico obseruatur, quò magis mirari subeat amentiam contumeliosissimi Apostatæ Balæi, qui Centuria XIV. numero LXXI. *Buchananum*, ait *Euangelium magno feruore docuisse, ac deinde igne crematū ob veritatis professionem à Sodoma tyrannis.* Impostura multiplex, nam neque ille vnquam *Euangelium docuit*, vt vita à se scripta ante mortem biennio testatur: neq; *igne crematus*, cum præceptor Regis *Iacobi*, vt dixi, Edimburgi decesserit, Bucolzeri pag. DCCXVII. sed hæresis mendacijs crescit, & nihil tam impurum, quod Balæo non sit dignum. Epitaphium eius à Iosepho Scaligero cōditum apponā, quia elegās, & vera laude plenū, nec tā ipsum laudat, quā patriā.

Postquam laude tua patriam, meritisque beasti,
Buchanane, tuis solis vtrumque latus.
Contemptis opibus, spretis popularibus auris,
Ventosaque fugax ambitionis obis.
Præmia quina quater Pisææ functus Oliuæ,
Et linquens animi pignora rara tui.
In quibus haud tibi se anteferent, quos Itala Vates
Terra dedit, nec quos Gallia mater alit.

Aequabunt genium felicis carminis, & qua
Orbis habet fama conscia signa tua.
Namq. ad supremum perducta Poetica culmen
In te stat, nec, quò progrediatur, habet.
Imperij fuerat Romani Scotia limes,
Romani Eloquii *Scotia finis erit.*

HENRICVS BLACVODAEVS. 201.

HENRICVS *Blacuodaeus* Sant-Andreanus, clarissimo nomine Philosophiam Lutetiæ profitebatur anno Salut. MDLI. vt in actis Academiæ eiusdem, exinde Medicinę Doctor eam artem ingenti suo nomine, multorum uerò commodo, præcipuè peste sæuiente, ibidem exercuit. Eius sunt edita.

In Organum Aristotelis Commentaria. *lib.* 1.
Collatio Philosophiæ, atque Medicinæ. *lib.* 1.
De claris Medicis. *lib.* XII.

M.SS. verò apud hæredes quam plurima. In his

Animaduersio in omnes Galeni libros. *lib.* 1.
Hippocratis quadam cum MSS. collata. *lib.* 1.
In Alexandrum Trallianum Comment. *lib.* 1.
Locorum quorumdam Plinij *explicatio.* *lib.* 1.

Obiit Lutetiæ anno MDCXIV.

ADAMVS BLACVODAEVS. 102.

ADAMVS *Blacuodaeus* frater *Henrici* eodem etiam tempore eidem studio Parisijs se addixit, nam vbi celebratissima eruditionis fama, & maximo Auditorum concursu publicè Philosophiã fuisset professus, in famulitium Augustissimæ Scotorum Reginæ, adscitus & boni subditi, & literarissimi viri partes impleuit; tum demum in municipalem Pictonum curiam allectus, iudex æquissimus habitus, gloria abunde parta, senio confectus excessit. Eius sunt infinita, sed in manus meas venerunt pauca.

Martyrium Reginæ Scotiæ. *lib.* 1.
Iesabellis Anglicanæ vituperium. *lib.* 1.
Scotici Regni cum aliis comparatio. *lib.* 1.
De stabili Scotorum fide post susceptam
Euangelij lucem. *lib.* 1.

Ora-

Orationes disertissimæ. lib. 1.

Epistola. lib. 1.

Obiit Augustæ Pictonum Decurio anno MDCXV. Vide infra Ioannes Irlandus lib. IX.

GEORGIVS BLACVODAEVS. 203.

GEORGIVS *Blacuodæus Henrici,* & *Adami* affinis Dumfermilini natus, non leui nomine Parisiis Philosophiam professus edidit. *Compendium Logicæ.* lib. 1.

Compendium Physicæ. lib. 1.

Quando obiit non reperi, at profitebatur Lutetiæ anno MDLXXI.

THOMAS BICARTON. 204.

THOMAS *Bicarton* Sant Andreanus, quas in Scotia domi bonas artes didicit, in Gallijs docuit apud Pictones, & Xantones. Edidit. *Miscellanea.* lib. 1.

Poemata Latina. lib. 1.

Poemata Gallica. lib. 1.

Florebat anno MDCXIV.

ALEXANDER BODIVS. 205.

ALEXANDER *Bodius* nobili loco natus literas optimas & studiosè coluit, & honorificè exercuit. Multa scripsit memoratu dignissima, sed ego tantum typis mandata uidi, eleganti sanè stylo, & antiquitatem sapiente.

Epigrammata. lib. 1.

Heroidum Epistolas. lib. 1. imitatione Ouidiana, ad cuius dignitatem prope accessit.

Obiit anno MDLXXXII. in Galliis.

HENRICVS BRVSIVS. 206.

HENRICVS *Brusius* Fifensis, illustri æstimatione sui, & patriæ Daniam, Sarmatiam, ac Germaniam lustrauit, Principibus

vbique gratus, demum concurrentibus in Britaniam literatis ad *Iacobi* Regis inaugurationem veluti ad Agonem Albanum, ipse cò etiam se contulit, vbi cum pauculos in aulâ menses uixisset, dum manus ablueret, intercepto spiritu, interijt, cum ipse ex Astrologia diu antea deprehendisset, nec publicare cessasset aqua se perriturum. Fuit Vir moribus syncceris, & comi, affabilique vitæ cõsuetudine; eum elegia commendat Henricus Husanus Isenacensis. Scripsit.

Principum quorumdam Geneses. *lib. I.*
In Algebram. Commentaria. *lib. I.*
In Opticen conclusiones. *lib. I.*

Ac nescio quid *in Controuersia* quadam cum Patribus Iesuitis. Obiit Dantisci anno MDCXI.

GVILIELMVS BARCLAIVS. 207.

GVILIELMVS *Barclaius* Aberdonẽsis, si non nobili, saltem honesto loco natus, summa claritudine ingenij XL. annis totis in Ponti-Mussana Academia ius publicè professus, paucos suo æuo Iurisconsultos pares, superiorem nullum habuit. Ex Anglicano secessu, quo Regi Scotia egresso congratulaturus se contulerat, Mussipontum redire frustra fuit: vocatus itaque ab Andegauensibus Primarius Antecessor in ea Academia senectam aquilinam honestissimis studiis oblectauit. Eius sunt,

De Potestate Papæ. Suspectum opus. *lib. I*
Contra Monarchomachos. *lib. I.*
In tit. de Pactis. *lib. I.*
In tit. de Iureiurando. *lib. I.*

Sed duo prima opera multorum Doctorum lucubrationibus sunt agitata; nam ut Illustriss. *Robertum Bellarminum* omittam, scripsit in eum Iosephus *Bonfadius* Venetijs: Et *Adamus Reutterus Codbus* Marpurgi.

Obiit Andegaui vltima senecta, & penuria anno MDCXI.

IOANNES BARCLAIVS. 208.

IOANNES *Barclaius* Medicinæ Doctor, uir fuit sine dubio literatissimus, sed ad me pauca ipsius scripta peruenerunt, vnicum tantum

tum opusculum uidi, uernacule editum, sub titulo.

Ne penthes, seu de Nicotiana herba viribus. lib. 1.

Viuit adhuc in Scotia.

ROBERTVS BALFOREVS. 209.

ROBERTVS *Balforeus* sui seculi Phœnix Græcè, & Latinè doctisſimus Philoſophus, & Mathematicus priſcis conferendus; ad hæc incredibili morum ſuauitate, charitate in populares ſuos, & ciues rarisſima, ac ueluti totius gentis ſacra anchora; triginta iam annis Lyceum Burdegalenſe ſumma prudentia eſt moderatus, cuius claritudini non parum ſplendoris accesſit ex iudicio DN. *Candalii*, qui eum teſtamento honorauit, libris ſuis omnibus Mathematicis ei legatis. Eius ſunt.

Cleomedes Græcè, & Latinè cum notis. lib. 1.

Cōcilium Nicænum Græcè, & *Latinè cū notis.* lib. 1.

Gelaſius Cizicenus Græcè commentarium in Acta illius Concilij ediderat, hic Ciuitate Latina donauit; prodijt Pariſijs

Commentaria in Ariſtotelis Logicam. lib. 1.

Commentaria in Ariſtotelis Phyſicam. lib. 1.

Commentaria in Ariſtotelis Ethicen. lib. 1.

In Mechanicas Ariſtotelis Notæ. quas anno deinde ſequenti Ioſephus Blancanus Soc. Ieſu Presbyter alio Commentario illuſtrauit, ſed tanta proximitate, ut facile appareret eadem ſtudia colentibus eandem interdum eſſe induſtriam, & euentum.

Viuit adhuc Burdegalæ amicorum ſubſidium, & gentis ornamentū.

GVILELMVS BELLENDENVS. 210.

GVILELMVS *Bellendenus*, ſiue *Ballantinus* honeſtisſimo bonarum artium ſtudio Pariſiis inclaruit Profeſſor in Academia, Patronus cauſarum in ſupremo Galliarum Senatu, tum demum Oratoris munere honeſtatus principibus ſuis; Reginę *Mariæ*, filioque *Iacobo* fidelem operam nauauit, à quo poſteriori *Magiſtri li-*

bello-

bellorum supplicum elogio honorifico est donatus. Eius sunt.

Princeps Ciceronis.	*lib.* 1.
Orator Ciceronis.	*lib.* 1.
Senator Ciceronis.	*lib.* 1.
In omnia Ciceronis opera obseruationes.	*lib.* 1.

Viuit adhuc Lutetiæ, & plura molitur.

GVILIELMVS BARCLAIVS. 211.

GVILIELMVS *Barclaius* nobilissimo loco ortus, Baronis Tauui frater, generis magnitudinē ingenij felicitate depressit Parisijs humaniores literas cum ingenti omnium admiratione professus est quas Louanii in Schola Lypsii didicerat, cuius ad eum est Epist XXXIII. Centur. III. Inde in Scotiam profectus aliquantisper substitit, donec ministri illi Sathanæ magna cū molestia afficientes solum vertere coegerunt, qui in Galliis iterum docere bonas artes sustinuit Nanneti in Britannia minori.

Eius sunt mul a in his.

Commentarius in vitam Iulij Agricolæ Cornel. Taciti, non placet mihi, nec tanto ingenio dignus uidetur.	*lib.* 1.
Genethliacon Iacobi Regis.	*lib.* 1.
Orationes,	*lib.* 1.
Declarationes,	*lib.* 1.
Epistola eloquentissimo stylo.	*lib.* 1.
De Aquis Spadanis.	*lib.* 1.

Viuit adhuc in Scotia, & Medicinam, vt aiunt, popularem exercet.

GILBERTVS BVRNATVS. 212.

GILBERTVS *Burnatus* nobili ortus familia bonas artes domi didicit, quas deinde foris magna ingenii gloria, & ostētatione doceret, Itaq. lustrata Germania, professus etiam in celebrioribus Academiis Philosophiam, uenit Volcas Arecomicorum, vbi viginti iam retro annis eidem professioni cum laude, & nominis æstimatione incumbit. Scripsit.

Præ-

Præfationes solemnes. *lib.* 1.
In Ethicen Commentarium vberem. *lib.* 1.
In Politicen Aristotelis obseruationes Historicas. *lib.* 1.
Epigrammata Græca, & Latina. *lib.* 1.

Viuit adhuc ibidem loci vir suauissimo morum temperamento.

ROBERTVS BRVSIVS. 213.

ROBERTVS *Brusius* Caluinianus Regius cōcionator, ac Regiæ Maiestati iuratus hostis, ac contumax perduellis; reliqua omitto in caput optimi Regis machinamenta, vnum sufficiet crimen, cui diluendo nulla erit par vnquam facundia. Cum Rex anno M. DXCVI. die XVII. Septembris, allegisset in Senatum pios quosdam, & Catholicos viros, indicta sunt statim Comitia, quibus de Rege in ordinē redigendo, ex Euangelij præscripto est actum; secundum ea *Robertus Brusius* literas dedit ad *Comitem Hamiltonium* proximum Regni hæredem, plenas quidem illas impij in Regiam Maiestatem consilij, quarum hic tenor est fideliter ex Scotico in Latinum versarum.

Non ambigimus quin iā audieris quid sequutū sit ex colloquio inter nos, & Maiestatē Suā habito, crebra vtrinque altercatio, atq. ēt à consistutis discessio illa specie fiduciæ, & induciarum multa sibi arrogauit, donec tandē malignitas palam facta est. Eo demū res deuenit, vt stipendia abrogarentur, commeatus publicorū Comitiorum abolitus, deputati vrbe excedere iussi, David Black perduellij conuictus custodiæ mancipatus. & nos lege iam lata parem pęnam passuri. & ad vltimum magnus piorum numerus, maximeque illi qui feruentiori studio piam hanc religionis causam amplexi, vrbe pulsi, ita vt populus excitatus partim, vt apparet, vi verbi sacri, partim ne vis nobis inferatur tam violēto rerum cursu ad arma cōcurrerit, cum videret nos suos pastores peti, sed nos Deo propitio hunc furentis multitudinis, concitataque tumultum è vestigio regressimus. Nihilominus pii Barones, & Nobiles qui hic in vrbe erant, coierunt, ac patrocinium in se Ecclesiæ, pastorumque vltro susceperunt. Deest factioni caput & primarius aliquis Nobilitatis ductor qui res tam ancipites præsēs authoritate sua firmet, ac contra Regem tueatur. Quare vnanimi consensu imposita fuit mihi ad te scribendi prouincia, & cum is ho-

clesiæ suæ vindex & omnium Iudex te mendacij comperti reum seuere plectet nisi iram Principis, quā iniuria prouocasti caute lenias. Nam in quæ incommoda ex eo tempore miser incurri? aut in quæ nō quotidie incurro magna cum mei, sed maiori Ecclesiæ Dei iactura? Omnia quæ mihi aduersa accidunt, tibi imputo, & si cōscientia, id est quod esse fertur, & si nunc seuera, sopitaque obdormiuit, nihilominus tandem euigilabit, & commissi criminis commonefaciet. Tunc ego tui miserebor, & pro criminis tanti reatu dolebo. inter tuos me amicos semper habui, sed si ea ratio est amicis abutendi, erade me ex illo albo, nomen ex illa coborte meum dele, nec si parium mihi deinceps admissionalis diducat; video hoc esse experiundorum hominum tempus, quod vnusquisque tacitum calat, patebit; Deus, qui nos in hanc tentationem induxit placidus educat, tutosque reddat ad nominis sui gloriam, nostri solatiū. Vale Edimburgo die XXVII. Septemb. anno MDXCVI.

O Siren Ecclesiastica! sic perduellium nefaria mente excogit as&sce lesta manu attentas?& delatus regni proceres accusas mendacij, & contra chirographum proprium impudenter velitaris? Amicitiæ non Optimatum modo, sed & sanguinis Regij Principum in consultò sic renuncias? Sed agnosco Caluinianæ humilitatis ad viuum expressam imaginem, & nouati Euangelii submissam pietatem, Pene prætererat subscriptio, quæ scelestum in Regem animum, vel sola loquitur, & accusat: sic enim *Addictissimus tibi Cliens spe sua multum deiectus*. Et vnum quidem perduellium altero accumulat siquidem in ipso perduellij actu deprehensos *Ruthuenos Comites*, ac Regis periclitantis de capite iussu occisos accusare recusauit, illud *Papiniani ad Caracallam* obijciens, *faciliùs esse homicidium perpetrare quam excusare*, sed *Ruthuenus*, scilicet in schola tui symmistæ Caluini educatus, & hæreseos lacte à teneris ebrius post Germanica tyrocinia *Elizabetha* Anglicanæ con gressus, ministellorum obuiam prodeūtium pompā, Regi obstare videbatur ne Catholicis fauere posset:& ideo nō Regis violati rationem, sed fidei asserendæ affectum habendum *Brusius* voluit vir vehemens in Pietatis, Regiæque dignitatis iacturam eloquēs, &, vt ingenuè fatear, multiscius. Scripsit multa, sed ego non legi, & nescio an non aliquid virulentæ fæcis è dolio Caluinianæ impro bitatis admiscuerit.

Viuit adhuc in Scotia, sed post diutinum carcerem concionandi libertate priuatus, ut audio, saltem intra X. milliaria circa pomeriū Edimburgense.

ADAMVS BLACATER. 214.

ADAMVS *Blacater* genere nobili, & nostratium ritu patriam deseruit, bonarumque artium studio Europā totam lustrauit, Cracouiæ in Polonia, Bononiæ in Italia, Philosophiam professus in Germania magnam sui ingenii æstimationem reliquit, Lutetiæ tandem substitit, & *Rector* renunciatus, Tornacense Collegium rexit, Acta nationis Germanicæ ad D. Cosmi. Scripsit.

Dissertationem pro Alexandro Magno contra T. Liuij locum ex Decad. I. lib. IX. *lib.* I.

Prodiit Lugduni.

Claruit anno MCCCCXIX.

BERTRAMVS PRIOR. 215.

BERTRAMVS *Prior de Coldingham* vir magni fuit nominis, & in litibus Ecclesiasticis terminandis apprimè versatus, ut ex Epistola Clementis III. Pontificis liquet Glascuensi, & Aberdonensi Episcopis scripta Pisis, referēte Rogero de Houeden Annal. part. II. pag. CCCLXVIII. Scripsit.

Epistolas ad Lucium, & Clementem super Episcoporum Controuersia. *lib. I.*

Floruit anno MCLXXXVIII.

THOMAS BARCLAIVS. 216.

THOMAS *Barclaius* Aberdonensis Burdegalæ humaniores, ac Philosophicas artes adolescens est cum laude professus sub auspicijs illius Bilforei magni, Tolosam postea vocatus, Squillanæ scholæ Præfectus est, sub quo inibi ego stipendia literaria feci. Mox animum ad Ius appulit, & quod ibi non licuit, Pictonum Augustæ feliciter obuenit, ut Professor Regius fieret vir felicissimæ

memo-

memoria, ac eloquentia summa, à Tolosatibus reuocatus, Ius Ciuile interpretatus, magno studiosorum concursu frequentatur. Eius sunt.

In Logicam Aristotelis. lib. 1.
In Physicam Aristotelis. lib. 1.
In quosdam Pandectarum titulos. lib. 1.

Viuit adhuc Tolosæ, & patriam suam non vulgariter ornat *Rector Academiæ* Tolosanæ, *Professor Regius, vir eruditissimus* vocatur à Gabriele Bartholomæo lib. VI. prostratæ Rebellionis. cap. I.

IACOBVS BETONVS. 217.

IACOBVS *Betonus* Glascuensis Archiepiscopus, Dauidis Cardinalis ex fratre nepos nobili familia de *Balfour*, ex qua etiam Maiores *Ducis Suillij* magnæ apud *Henricum IV.* dignationis viri in Gallias venientes apud Neustrios sedem fixerant. *Betonus* noster religionis ergo patria profugus Romæ consecratus est Archiepiscopus anno MDLII. Gallorum postea Regum liberalitate opima Sacerdotia consecutus, Abbas B. Virginis *Labsiæ* in Pictonibus, Quæstor S. *Hilarij magni* Augustæ Pictonum Prior *Sancti Petri* Pontefiæ, *vita honorata, & actuosa domi, forisque, Orator in Gallia annis XLII. Bona moriens in annuos pauperum scholasticorum Scotorum vsus erogandæ reliquit.* Sed Epitaphium apponam ad D. Ioannis Lateranensis Parisijs, vbi obijt, est enim cultum & dignū non ibi tantum, sed vbiq. legi.

Præsul, & Orator fuerat qui maximus orbis
Aetate hac, paruo marmore contegitur.
Quinquaginta vnum Præsul transegerat annos:
Quadraginta duos Regia iussa subit.
Sex vidit Reges Gallorum, quinq. secutus
Orator, patriæ profuit vsque sua.
Est voto fructus, Scotos, Anglosque sub vno
Vnius Scoti viderat imperio.
Illud restabat, voluit quod vtrosque sub vnum
Diuinæ legis mittier Imperium.
Quodque suum cupiit Regem venerarier, & mors
Fertur in hoc vno præcipitasse senem.

Ille

De potestate Papæ. Impietate plena, & ab Ecclesia proscripta. Andreas Eudæmon docta sua illa Epistola. *lib.* 1.

Strena. *lib.* 1.

Euphormionis Lusinini Satyricon. *lib.* 1.

Icon animorum. Ex Hispanico scripto. *de examine ingeniorum*. Quo opere de omnibus gẽtibus malè, de Scotis verò pessimè sensit, aiunt Palinodiam cecinisse, sed non vidi.

Paranesis ad Sectarios. *lib.* 11. Viuit adhuc Romæ.

ROB. BODIVS. 220.

ROBERTVS *Bodius Trochoregius*, vir nobili loco natus, & amæno ingenio, variam lectionem acerrimo iudicio temperans, artes optimas & didicit feliciter, & gloriosè in Gallijs docuit. Eius sunt multa. In his.

Harmonia Euangeliorum. *lib.* 1.

Orationes. *lib.* 1.

Epistolæ. *lib.* 1.

Viuit in Scotia, & literato domi otio fruitur, doctissimus ipse, & doctorum fautor, Regi ac Principibus charus, aiunt hæresi deposita Ecclesiæ nomen dedisse, alioqui locum hic non haberet.

Alexander Bodius. 221.

Robertus Balcanguail. 222.

Gualt. Ballantinus 223.

Petrus Brusius. 224.

Andreas Brusius. 225.

Iacobus Blarus. 226.

Robertus Blarus. 227.

Robertus Baronius 228.

Viri domi nobiles ac in bonis artibus exercitatissimi, vt plurimi Regis ad Scotos suos accessum orationibus, aut poematijs sunt congratulati, & non dubito quin multa alia publicauerint illi, sed in manus meas nihil præter hæc quæ commemoraui peruenit, & certa scire locorũ distantia uetat; Nec in ijs quicquã vituperandum, nisi iniqua in hæresi quorundam educatio, o vtinam vt aliqui, ita omnes resipiscant!

HI-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER TERTIVS.

S. CAIVS SEDVLIVS. 229.

S.*CAIVS Sedulius*, siue *Cælius* cognoměto, ut uidetur, Romano, ingens patriæ suæ ornamentum Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CXX. XIV. *Dei amans* à Io. Groppero Tom. I. de Præstātissimo Altaris Sacramento in Indice appellatur. Bibliotheca Minorum Patrum apud Io. Gualterium Chronico Chronic. pag. DCCCCLxxv. *Cælius Sedulius Scotus*. Ioan. Trithem. lib. de Scriptoribus Scoticis. *Sedulius Presbyter natione Scotus, Hildeberti Scoterum Archiepiscopi ab ineunte ætate discipulus, vir in diuinis literis exercitatus, & secularibus literatissimus, carmine excellens & prosa, amore discendi Scotiam relinquens venit in Franciam, deinde Italiam perlustrauit, & Asiam, postremo Achaia finibus excedens, in Vrbe Roma mirabili doctrina clarus effulsit. Hic tandem, vt Sigebertus scribit, Episcopus ordinatus fuit, sed Ecclesiā, vel vrbē vbi, non exprimit.* Auctius exemplar Sigeberti viderat Trithemius nostro, nam in vulgata editione, de *Sedulio* ne verbum ullum, nisi forte in historia eius meminerit, quam M.S. extare scimus, aut in viris Illustribus, & forte legerat ille.

Tantum illius vel pietati, uel probitati, & doctrinę tributū, ut Ecclesia hymnos ab eo compositos celebrioribus anni festis canat, imo & in Augusto Missæ Sacrificio.

Salue sancta parens enixa puerpera Regem.

Inter veteres nonnulli magni eius doctrinam fecere, eumque laudauere. Aurel. Cassiodor. lib. de diuin. lectionib. cap. XXVII. *vbi Sedulij illi versus dicendi sunt*, adfert deinde locum, sed corruptissimum, tu lege

Grandia posco quidem, sed tu dare grandia nosti
Quem magis offendit, quisquis sperando tepescit.

Isidorus Hispalensis aduocat lib. XX. cap. IV. Asser Menensis libr. de vita Ælfredi Regis in limine. *Getam iam dudum pagani pro Deo vene-*

venerebantur, cuius Sedulius Poeta mentionem facit in Paschali metrico carmine, ita dicens.

Cum sua Gentiles studeant figmenta Poetæ

Grandisonis pompare modis, &c.

Matthæus Vvestmonasteriensis in flor historiar. anno DCCLVIII. *Hunc* Getam *dudum Pagani venerabantur, cuius Sedulius Poeta in Paschali carmine mentionem faciens ita exorsus est*, & eundem locum repetit. Venantius Fortunatus Presbyter Italus, & Pictonum Episcopus eum sibi sequendum proponit, nisi quod de assequenda ingenij eius, & venæ vbertate desperet, ita enim lib. VIII. (nu. 1.

Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque corruscat.

Siue Augustinus fonte fluente rigat.

Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus.

Et de vita S. Martini in principio.

Hinc quoque conspicui radiauit lingua Seduli.

Omnia, quantumlibet præclara, Encomia superat Gelasii Papæ Iudicium in Decreto Gratiani distinct. XV. cap. III. *Venerabilis Viri Sedulij Paschale opus, quod Heroicis scripsit versibus insigni laude proferimus*, est & tomo V. biblioth. SS. Patrum Liberij Poetæ Acrostichum.

S *edulius domini per culta noualia pergen* S
E *n loca conspexit multo radiantia flor* E
D *iscurrit per prata libēs, quo gramine Daui* D
V *idit diuino modulantem carmina cant* V
L *audato psallente viro resluit cithara me* L
I *lle vbi grandisoni captus dulcedine plectr* I
V *titur, & celeri graditur per lilia pass* V
S *acratosque iterum latè prospexit amœno* S
A *eterna Christi fluuios quos abluit vnd* A
N *ec passus torpere diu Doctoris acume* N
T *unc sua Dauidico delectu plectra poposci* T
I *rrita polluti contempsit numina mund* I
S *igna crucis fronti ponit, breuiterq. triūpho* S
T *angit, Christe, tuos, numerosaq prælia liba* T
E *rgo his dum vario decorat sua rura color* E
S *tabunt hi gracili ducti testudine versu* S.

 Ibidem

Ibidem loci, & aliud carmen Acrostichum extat Belisarij Poetæ.

S edulius Christi miracula versibus eden S
E micat inuitans parua ad solemnia mensa E
D ignum conuiuã, non hũc, qui carperet illu D
V ix quod nobiliũ profret triplici aula parat V
L atum quod ponitq sub aurea tecta tribuna L
I n quo gemmiferi, totque aurea vasa canistr I
V iuida pro modico portant sibi gaudia vict V
S ed quod olus vilis producit pauperis hortu S.
A c post delitias properant, qui sumere magn A
N ituntur paruũ miserorũ spernere grame N
T antũ qđ nihil est, dũ nil cũ ventre tumesci T
I nsidias membrisq. mouens, animaq. luent I
S i tamen his dapibus vesci dignentur egeni S
T emnat diuitias animus, paucisq. quiesca T
E xẽplo assumpto Domini, qui millia quinqu E
S emotis cunctis modicis satiauit ab esci S.

Tota scribentium turba Scotum facit cum Annalib. nostris, quo magis miror Theologos Colonienses in vltima editione Biblioth. Sanctorum Patrum illum *Scotum*, cum adiectione, Hibernensem appellasse, quod nomen à Sciolis est, nam neque probato ullo id asseritur testimonio, nec ea uox usurpata Sedulij æuo cultissimo, sed postea ad distinguendos Scotos Siluestres, seu Montanos à mediteraneis, & inferiores regiones habitantes excogitata. Bucholzer. Indice Chronolog. pag. CCLXIII. *In Ecclesia clari fuerunt Sedulius Scotus*, &c. Vitam eius compilauit *Antonius Nebrissensis* patrum memoria, ut in Bibliotheca docet Gesnerus, & Epitomaстes Iosias Simlerus, sed nondum uidi. Vt illi moderni in gente ipsius, & patria errant, ita cum Gennadio Massiliensi Viri magni, qui *Carmen suum Paschale* volunt *Theodosio* Iuniori inscripsisse, errant inquam, uel ipso *Sedulio* teste, nam in Præfatione sua ad *Theodosium Augustum* scribens orat eũ, commẽdet opus suum *Minori Arcadio*, quod de *Theodosio* Iuniori dici nõ põt, cui nullus erat *Arcadius*. Sic itaq; ille, sed corruptè, tu lege mecũ.

Hæc relegas, serues que diu, tradasque Minori
Arcadio, ille suo generi, sic hæc tua semper
Accipiat, doceat que suos Augusta propago.

Opera

Opera ille sua dispersa reliquit, quæ publicauit Asterius, ut docuit uir doctissimus Iacobus Sirmondus Societ. Iesu ad Euned. lib. 2. epist. XXIV. ex MS. Rhemẽsi codice, qui hæc pra ferebat. *Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit, quod recollectum ador natumque ad omnem elegantiam diuulgatum est à Turcio Rufio Asterio V. C. Cõsule ordinario, & Patricio.* Sequitur deinde in eodem MS. Epigramma Asterij.

Sume sacer meritis veracia dicta Poeta
Quæ sine figmenti condita sunt vitio:
Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi,
Per quam iustus ait talia Sedulius.
Asteriique tui semper meminisse iubeto,
Cuius ope, & curis reddita sunt populis.
Quæ quamuis summi celebrent per secula Fasti,
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

Indubitatũ ergo relinquo sub *Theodosio* Hispano illũ claruisse, quo seculo Scoti, ut supra monui, plerique exulabant. Eius sunt.

Paschale opus, siue Mirabilium diuinorum. lib. V. versu.
De eadem re, eodemque argumento, lib. V. soluta oratione.
In omnes Epistolas Pauli Commentarij, quos primus Henricus Petri Basileæ edidit Anno M. DLXI.
Hymnus de vita Christi.

Viuebat secundum quosdam sub Theodosio Seniore, anno CCCC-XXX. Eaque verior sentẽtia, & magis placens, uel CCCLxxxI. dum Valens Augustus obiit Albert. Stadensis Chron. pag. XLIX. vel anno CCCCXLIX. Sanctis adnumeratũ probat Ioãnes Groperus Tom. I. de præstantissimo Altaris Sacramento pag. CCC-LX. ut uertit Christophorus Cassianus Traibachensis.

S. CEDDA. 230.

S. *CEDDA*, siue *Ceadda*, vt vult Matth. VVestmonast. ad annum DCLVII. vnus fuit ex quatuor Presbyteris qui S. *Finnanum* in Angliam secuti Mediterraneos Anglos sacro fidei Christianæ dogmate informarunt. Super quo uerba Scriptoris Angli Florentii Vigoruiensis apponam. *Mediterranei Angli sub Peada Principe,*

filio Penda Regis Merciorum fidem, & Sacramenta Christi perceperunt. ipso Principe primum à Finnano Episcopo apud Osuuium in Northumbria cum omnibus, qui secum venerant, baptizato, postmodum verò eo domum reuerso, cæteris de sua gente baptizatis à Presbyteris quatuor Cedda, Adda, Betta, & Diuma, quos secum de præfata adduxerat prouincia. Hic idem Orientalium Saxonum Apostolus, Regem *Sigebertum* commendante Rege *Osuuino*, præclaram in ea gente Christi fide imbuenda operam nauauit. Dictus Florentius VVigorniẽsis, licet Scotico nomini infensissimus hostis, testimoniũ facit pag. DLX. *quo* Sigeberto Rege, *Regni sui sedẽ repetente, Rex Osuuinus misit cum illo virũ Dei Ceddã Presbyterum ad prædicãdum verbum Dei East-Saxonicis, vbi cum ille multam* Domino *Ecclesiam congregasset, & propter colloquium Finnani Episcopi domum reuersus esset, gradum Episcopatus ab eo accepit, & in prouinciam reuersus maiori autoritate cœptum opus expleuit.* Videant Angli quantum Scotis debeant, ad fidẽ ab ijs cõuersi, in gremium sanctæ Ecclesiæ eorũdem ministerio recepti. Fuit ergo East-Saxonũ, siue Orientalium Anglorum primus *Episcopus*, sed & per absentiam *VVilfridi* Eboracensis Archiepiscopus cõsecratus est, tum illo redeũte, sponte cedẽs ei, in *Leastingaigam* Monasterium à se constructum liberalitate *Sigeberti* Regis, monasticam vitam deinceps professurus, secessit, idque *Theodori* Cantuariensis Archiepiscopi rogatu, neque enim nisi Rege Egfrido Northũbriæ id procurante sedem Eboracensem occupauerat. Quare *Archiepiscopus Lindisfarorum* dicitur à Trithemio lib. III. de uiris Illustrib. ord. sancti Benedicti. Elogium ei magnificum appingit Beda, dum uocat *Virum sanctum, modestum moribus, Scripturarum lectione sufficienter imbutum, & ea, quæ agenda in scripturis didicerat operibus solerter exequentem.* Beda lib. III. Ecclesiast. histor. cap. XXV.

Præter has laudes accessit nec notabilis ipsius pietas in fundando Cœnobio *Eadharna* in vsum peregrinantiũ, cuius fama celebratissima in rebus Angliæ Ecclesiasticis. Tum demum *VVlfherus* Merciæ Rex *Iarumanno* Episcopo *Lichfeildensi* defuncto hunc nostrum *Ceddam* substituit, qui in controuersia illa graui, ut ea ferebant tempora de celebratione Paschatis, egregiam Rom. Ecclesiæ nauauit operam. Et scripsit. *De*

De legitimo Paſcha celebrandæ tempore lib.1.
In Euangelia. lib.1.
Homilias. lib.1. Alia apud Balæum vide.

Epiſcopus Orientalium Saxonum conſecratus eſt anno ſalut. Dclx. Monaſterium *Leaſtingaig.* à fundamentis erexit anno Dclvii. Archiepiſcopi *Eboracenſis* honorem ſuſcepit an. DCLXVI. Ad Epiſcopatum *Conentrẽſem,& Lichfeldenſẽ* tranſijt anno Dclxix. denique obijt an. DCLXXI. Sepultus Lichfeldiæ, in ſanctorum numerũ relatus colitur die 11. Martij Molan. Addition. Vſuardi. Vitam eius ſcripſit Daniel Epiſcopus Ventanus, vel Vintonienſis, qui obit anno ſalut. DCCXLVI.

S. CHILLENVS. 231.

DE S. *Chilleno* meminit Ioan. Auentinus apud Genebrardũ citante Ferreolo Locrio Chron. Belgici pag. L. Chronograph. Camerac. Anonymus autor in vita S. *Faronis* Epiſcopi Meldenſis apud Laur. Surium Tom. V. Die XXVIII. Octobris; verba apponam *Chillenum Scotum, virum Sanctum ad Attrebatenſes ipſe miſit, quos ille fama doctrinæ, & illuſtrib. miraculis ad Chriſtũ tradixit.* Fuit ergo hic Attrebatenſium Apoſtolus; in margine eo loci Surius obſeruat à quibuſdam fratrẽ *Faronis* hunc cenſeri, quod ſi verum eſt, erit etiam S. *Faro* Scotus Surij obſeruatio autores habet Anton. Democharem in Catalogo Epiſcoporum Meldenſiũ Petrus Catalogo lib. IX. cap. CXVII, conſentit. Vide Vincentium Speculo lib. XXIII. cap. XV. Nugatur Locrius; exerrat Arnoldus Vuion. lib. V. cap. L. Pergit porro Anonymus Scriptor ille, *Sedente quandoque eodem Chilleno ad menſam cum Farone poculum vitreum è manibus Pincernæ excidens confractum eſt; cernens ea re miniſtri animum perturbatum Chillenus, vultumque eius pallore ſuffuſum, clam ei innuit, vt fragmẽta poculi ipſi præberet, qua cum accepiſſet, fuſis ad Dominũ precibus pro fragmentis poculi redintegratum poculum homini mœrenti reſtituit.* Hic tam glorioſæ vitæ Sanctus in Martyrologio Romano locum non habet, O calamitatem tuam Scotia! O negligentes noſtrarum rerum ſcriptores! An aliquid ſcripſerit non reperi. *Diſcipulus fuit S. Columbani,*

&

& Eustasii, vir magnae, & incomparabilis sanctitatis. Trithem. lib. III. de vir. Illustrib. ordin. S. Benedicti cap. LXXV. Regij sanguinis. Vita S. Fiacrij. Vuion. lib. III. pag. DCCII. *Attrebatensium Apostolus* audit.

Claruit Anno DCXXIV. vel anno DCXL patriam ei Scotiam adsignat Chronicum Cameracense. *In vico Albiniaco est monasteriũ Canonicorum sancti Chiliani, qui Scotus fuisse traditur*, corrige *Chilleni.* Ioan. Molan. Indic. SS. Belgij pag. XXI.

S. CAHINNECHVS 232.

S. *CAHINNECHVS* & vita, & monasticæ disciplinæ fundatione celebris multorum monachorum pater memoratur ab *Adamanno* Scoto in vita S. *Columbæ* Scoti lib. III. cap. XXI. *Monasteriorũ Sancti fundatores de Scotia, quorum illustria vocabula, Congellus, Cahinnechus, Brendenus, Cormacus*, nec alibi de eo, quod sciam, quicquam legere me memini. Scripsit verò.

Regulam ad fratres. lib. I.

Floruit anno DLV.

S. COLVMBANVS 233.

S. *COLVMBANVS* magna vir pietate fuisse perhibetur, de quo Petrus Catalogo lib X. cap. XCV. Calendariũ S. Benedicti de Mantua MS. & S. Ionas Abbas Scotus in vita S. Columbani cap. XVII. ex vetusto Scriptore Chagnoaldo Lauduni Clanati Episc. *Columbanus erat sanguine coniunctus Beato Columbano, parebantque illi etiam bestiæ, & volucres, sicut viro Dei Columbano, dequo nobis referre solebat Chagnoaldus*, in quibusdam codicibus est *Canoaldus Lauduni Clanati Pontifex, qui eius minister, & discipulus fuerat, cum in eremo precibus, & ieiunio vacans deambularet, sæpe eum se inspectante, feras belluas, & aues accersiisse, illum verò blandè mente eas attrectasse, ferasque, & aues mirè latabundas, & ludibundas, vt solent catuli coram dominis suis, exultasse, sæpe etiam illum ab altissimis arboribus euocasse sciuros, manibus eos apprehendisse, collo suo inposuisse atque illos in sinum eius, et intrasse, & inde*

inde exÿsse. Nec de eo alibi. Scripta eius perierunt iniuria temporis.
Vixit anno DC. colitur XXII. die Nouemb. Arnold. Vuion. lib. III. lig. pag. CCCLXXV. *Magna simplicitatis, & innocentiæ virum vocat.*

S. CVTHBERTVS: 234.

S. *CVTHBERTVS*, siue *Gunpertus*, aut *Cudpertus*, VVingarten Chron. pag. CCXVII. in Scotia natus, in Cœnobio Mailrosiensi educatus, & more gentis nostræ, eo seculo, in Northumbriā profectus in monasticæ vitæ sanctitate mirabiles progressus fecit sub Regula S. *Aidani*. Scoti, vt lib. I. hoc opere supra ostensum. S. VVi ro dicitur in vita ipsius in Surio, eius sanctitatem, vt ciuis imitari, vide locum lib. XIX. infra. Martyrolog. Rom. die XX. Martij. *In Britānia depositio S. Cuthberti Episcopi Lindisfarnēsis, qui à pueritia ad obitum vsque sanctis operibus, & miraculorum signis effulsit.* Vsuard. Martyrolog. eodem die *apud Britanniam depositio. S. Cuthberti, qui ex Anachoreta, Ecclesiæ Lindisfarnēsis Antistes, totā ab infantia ad senium vsq; vitam miraculorū signis inclytā duxit.* Paria recētiores Martyrologiorum autores, & præ alijs Ado Treuirensis, qui Vsuardi verba syllabatim transcripsit.

Huius vitam monimentis primi cōmisere fratres Lindisfarnēses, vt autor est Beda Historiæ gentis Anglorum. Deinde ipse Beda primū versu XLVI. capitib: deinde prosa, seu soluta oratione, vt ipse tradidit lib. IV. Histor. Ecclesiast. gent. Anglor. cap. XXVII. XXVIII. *XXIX.* videatur idem Beda in fine Ecclesiast. histor. Hæc vita extat apud Bedam Tomo III. & Surium Tom. II. qui patriam tacet.

Quanta apud nostrates, dum pietas vigeret, eius obseruatio esset, ex rerum nostrarum lectione abundè liquet. Nam, & *Northumbriā à Pictorum rabie, precibus suis tutam reddit.* H. Boeth. lib. IX. histo Scot. pag. CLXXIX. & *sub eius vexillo Edgarus Rex hostem profligauit*, in cuius uictoriæ significationem *multa ei donaria, & aathemata* idem rex Religiose *obtulit.* Idem lib. XII. cap. CCLXI. CCLXII. & cum *Dauidem Regem per somnium admoneret, incœpto vt abstineret, nec ille morem gereret, captus est in acie, omnibus suis, qui plurimi erant, aut in fugàm versis, aut captis, aut cæsis.* Idem Boeth. lib. XV. hist. Scot. pag. CCCXXV. multa eius

infi-

insignia monimenta, & Reliquiæ in Ecclesia Dunelmensi asserua bantur, quò ex Insula Lindisfarorum Sacrum ipsius corpus translatum, Acta illius Ecclesiæ. Scripsit,

Exhortationes ad Fratres, lib. 1,

Regulam Monasticam, lib. 1. Et alia quæ ego non uidi; nec, ut puto, extant, recitat tamen Balæus.

Florebat anno DCLXXIII, Sedere cœpit Lindisfarnę cõsecratus Antistes anno DCLXXXV. Obijt anno DCLXXXVIII. vel vt Sigebertus Gemblacensis vult anno DCLXXXVII. Sacrũ eius corpus metu pyratarum, ex insula illa, cui præfuit, *Eadulfus* Episcopus sustulit, & septennio toto vagatus, Dunelmi tandem deposuit anno DCCCLXXV. Matth. VVestmonast. ad illum annum.

S. CEOLFRIDVS. 235.

S.*CEOLFRIDVS* illustri loco natus, Glastouiensis in Anglia Abbas, ex eorum numero, qui Sanctos A*danum*, & *Finnanũ*, in Angliam secuti, strenuam operam, Christianam pietatem vt ibi plātarent, nauarũt, Regibus *Scotis* M*alduino*, & *Eugenio* V. familiaris, *Eugenij* etiam præceptor. Reginaldus Cardinalis. Cum *Nerano* Pictonum Rege amicitiam coluit, & consultus ab eodem multa vtilia in eius gratiam, in scripta retulit, ut testatũ Arnold. Vuion reliquit. Tanti autem momenti hæc fuere opera, ut *Sergius* Papa ea sibi Romā mitti à S. *Beda* postulauerit, vt ipse prodit sub annum DCCVII. Vitā eius scripsit VVichbertus Deirus ad Gregorium II. Relatus in sanctos colitur die xxv. Septembr. Vsuard. Addition. Eius habentur.

Epistola ad Neranum seu *Naitanũ*, aut *Neetanum Pictorum Regem.* lib. 1.

seu *Epistola*, vt habetur apud Bedam. *lib.* v. cap. xxi.

De celebratione Pascha, lib. 1.

De tonsura Clericorum. lib. 1.

Homiliarum solemnium, lib. 1.

Testamentum ad Humbertum. lib. 1,

Epistola ad Monachos lib. 1,

De baptizando secundum ritum Romanum. lib. 1.

Scribebat anno DCXCIX. obiit in itinere Romano Lingonibus in Gal-

Gallia, ætatis suæ anno LXXXIV. salutis DCCXXIV. Scotum inueni in Historia patria Henrici Sinclari Glascoensis Archiepiscopi, sed non suffragor, qui in Anglia ortū existimo, tamen silere quod reperi non oportebat.

S. CIBTACVS. 235

S.*CIBTACVS*, siue *Cibthacus* unus ex illis duodecim comitibus D.*Columbæ*, qui indefesso labore populum Scoticum, Picticumque diuinum cultum docuerunt, quique eò in Hiberniam nauigâte, sedem in Iona insula fixerunt multorum monachorum patres, nam vsque ad eam ætatem nullæ monachorum congregationes, sed oēs, Eremitico ritu, in agris, aut vicinis vrbibus, villisq; habitantes, Deo inseruiebāt. Primus D.*Columba* Cœnobia instituit, & piorum hominum sodalitia, vt ita dixerim, ad pietatem spectare indicauit. H.Boeth. lib. IX. histor. Scot. CLXVII. Erat autem *Cibthacus* germanus *Ethernani*, & nepos ex fratre D. Colūbæ. In SS. relatus numerum, sed die incerto Arnold. Vuion. lib. III. Ligni vit. pag. CDXII. Ioan. Leslæus lib. IV. Scripsit.

De gentilium erroribus.	*lib.* 1.
De gratia Dei.	*lib.* 1.
De gubernatione Dei.	*lib.* 1.
Epistolas.	*lib.* 1.

Floruit apud nostrates seculo piorum, & doctorū hominum feracissimo, sub *Conuallo* scilicet Rege, & *Bonifacio* IV. Pōtifice, qui annus fuit salutis reparatæ DC. Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLII.

S. CAROLVS. 236.

S.*CAROLVS* ad Episcopatum Cartagiensem in Hibernia diuinitus electus traditur à S. Bernardo in vita *S.*Malachiæ, & res tota sic se habet. *Carolus* ad inuisendas S. *Patricij* reliquias in Hiberniā se contulerat, & sub idem planè tempus obierat Cargagiensis Antistes, at Clerus, vt ei successorem designaret, variè mouebatur, quibusdam suo commodo studentibus, alijs mundi potius,

quàm Dei honorem ambientibus, quibus sic anxiè laborantibus, & vario animorũ motu distractis superuenit S. *Malachias*, & rei totius arbitrio ad se delato à contendẽtibus, *Carolum* lecto ex graui valetudine decumbentem, vacanti Ecclesiæ præfecit, qui piè adeò, & continenter se gessit, vt SS. Catologo adscribi fuerit meritus.

Scripsit.	*Statuta ad Ecclesiam suam.*	*lib.*1.
	Super Sanctorum miraculis	*lib.*1.
	Epistolas ad Bernardum, & Malachiam.	*lib.*1.
	Decreta Theologica.	*lib.*1.

Claruit an. MC. S. *Dauidi* Scotiæ Regi fuerat à sacris confessionibus, vt in eius vita continetur. Sedit annis XIII. quo anno tamen obierit, non deprehendi, nec quo die colatur. Meminit Petrus in Catalogo lib. X. cap. XXVII.

S. CATHANVS. 237.

S. *CATHANVS* Episcopus in Hibernia patriam suam deseruit, vt *studiosius monasticæ quieti vacaret, & se totum contemplationi impenderet*, ait Georgius Neutonus Archidiaconus Dumblanensis in vita S. Blani. Itaque in Insulam *Butam*, quæ Hebundum vnà Occidentalem Scotiæ partem claudit vetus Regię familiæ Stuartę patrimonium, cum sorore *Ertha* descendit, ex qua sorore per uim à venustissimo adolescente compressa natus S. *Blanus*, vt in eius vita superiori libro dictum, sed *Cathanus* plenus bonorum operũ & dierum in bona senectute, in *Buta* obdormiuit, vnde loco *Kilcathan* nomen. Scripsit dum inibi ageret.

Meditationes.	*lib.*1.
Confessiones secretas.	*lib.*1.
De suis Apparitionibus.	*lib.*1.

Florebat in Scotia anno CDLX. quando venerit ex Hibernia, aut in Domino obdormiuerit, non deprehendi. Colitur XVII. Maij.

S. CHILIANVS. 238.

S. *CHILIANVS* Orientalis Franciæ Apostolus, & Herbipolensis Antistes magna sanctitatis claritudine vixit, & cum socijs martyrio confectus. Vide infra *Kilianus*.

S. COLMANNVS. 239.

S. *COLMANNVS* inter splendidissima Scotiæ nostræ ornamēta habendus. Ioan. Leslæus lib. IV. hist. Scoticę pag. CXLIII. Hect. Boethius lib. VIII. in fine historiæ Scoticæ. *Inter nostrates Colmanus, Priscus, Medanus, Modanus, & Euchinus Episcopi Christi dogmatis per Scotorum, & Pictorum agros pii concionatores.* Monasticam vitam est professus sub Regula S. *Congelli*, non autem S. *Benedicti*, contra quam quibusdam eruditis placuisse video. Carissimus *Osuuio* Northumbriorum Regi ob insignem prudentiam, parsimoniam, & vitæ continentiam, sed supra omnia, egregium in pauperes affectum Lindisfarnę Episcopus III. S. *Finnano* successit, *quo tempore grauior de obseruatione Pascha, necnon, & de aliis Ecclesiastica vita disciplinis controuersia nata est*, ait Beda lib. III. cap. XXV. super quibus rebus ingentem suscepit concertationem cum *VVifrido* Eboracensi Episcopo, vt prolixè exequitur Beda, & Matthæus VVestmonast. ex quo liquet Regem ipsum interfuisse disputationi à qua cũ visus esset inferior recedere, sine dolore, seu pęnitudine *cum suis in Scotiã reuersus*, vt loquitur VVestmonast. mox è Scotia in Insulas *Hebrides*, quarum à nonnullis Apostolus habetur, collegio ibi erecto. Ioan. Maior lib. II. Hist. Scot. cap. XI. Archiepiscopum facit Arnoldus Vuion lib. II. ligni vitæ pag. CCXLVI. & malè cum Patrono Austriæ cõfundit. Vide, S. *Colmannus* alius infra. Anton. Demochar. Sacrific. Mis. tom. II. cap. XV. Scripsit pro re disceptata.

Pro Sociis quartadecimanis. lib. I. quo nomine Pascha Romano ritu celebrantes deridebat.

De Tonsura Clericorum. libr. I. nam ea quæstio non minima tunc erat, ait Beda.

Exhortationem ad Hebridianos. lib. I. MS. in Bibliotheca Regis Christianiss.

Episcopatum Lindisfarnensem occupauit an. sal. DCLXI. Franc. Goduuin. In Scotiam vero rediit anno DCLXIV. & eodẽ anno *Hebrides* adnauigauit. M. VVestmonaster. obiisse creditur anno DCLXX. sub *Maldaino* Rege: colitur XIII. Octob. Martyr. Angl.

S. COLMANNVS. 240.

S.COLMANNVS alius, *siue Colomannus* eiusdem gentis, & professionis Monachus, sed, ut puto Benedictinus Huensis monasterii. Trithem. lib. IV. de vir. Illustrib. Ordin. sancti Benedicti. cap. CLIII. Pessimè hunc confundit cum præcedenti Arnold. Vuion. lib. III. lig. vitæ. pag. CCCXXXIX. Anton. Demochar. Tom. II. sacrif. Miss. cap. XXXIX. Petr. Cratepol. Episcop. German. Aliquot post priorem annis floruit nō in Anglia, aut Hebridibus, vt prior, sed in Gallia, Germaniaque omnium laborum, & peregrinationis, imo etiā martyrij Sancti *Kiliani* socius. Nec Episcopi dignitate sublimis, sed solo Presbyteratus ordine contentus. ut liquidò constet duos esse, & diuersos. Sigeberti verba sunt in Chronico *Apud VVirziburch castrū Ostro-Frācia S. Kilianus cum discipulis Colmanno, & Tolmanno clam martyrizatur à Geilana vxore Gozberti Principis VVirziburgensium, qua timebat separari à viro suo arguente eum Kiliano, quòd eam vxorem quondam fratris eius, etiam ipse vxorem haberet, quorum mors eum diu omnes lateret*, Geilana *& perdussoribus martyrum à Dæmonio arreptis, eorum confessione diuulgata est.* Qui præterea huius meminerit non legi. Eius sunt.

De voto peregrinationis. lib. I.

Pro fide ad gentes. lib. I.

Martyrio coronatus est anno DCXCVII. adscriptus Martyrologii Romani tabulis ad diem Iulii VIII. Plura infra hoc opere, ubi de Sancto Kiliano.

S. COLOMANNVS. 241.

S.COLOMANNVS regio sanguine ortus *Malcolmi I.* ut puto filius, *Ethelredus* primum dictus, bello ciuili lacerata patria, grauiterque de Regno fratribus inter se certantibus, Optimatum factione inualescente, pulsus in exilium Germaniam adiuit, ubi rixa subitariè orta ab agricolis est interfectus. Autor Bruschius, & deco Demochar. Cratepolius, Vuion superius laudati in *Colomāno. Scotiæ Princeps.* Laz. lib. IIX. pag. CCCCXX. Eucharius Sangius Suffraganeus VVirceburgensis Orat. de Trāslatione B. *Macharij*, cuius

cuius verba vide supra in sancto *Bonifacio* Cratepol.pag XLIII

Colomannus martyr Christi fuerat hic ex Scotia natus. Eius sunt.

De exilio suo. lib.I.

Epistolæ. lib.I.

De Sancti Colmanni martyrio Ioãnes Stabius Maximiliani I. Imp. Historicus.

Austriæ sanctus canitur Patronus
Fulgidum sidus radians ab Arcto
Scoticæ gentis Colomannus acer,
Regia proles;
Ille dum sanctam Solymorum ad vrbē
Transijt, dulcem patriam relinquens
Regios fastus, trabeam, coronam,
Sceptràq; temfsit.
Propter & Christum peregrinus exul
Factus in terris alienus vltro
Cælicam purà meditatus aulam
Mente, fidèque.
Dumque diuersos populos pererrat.
Rhæticas tandem veniens adoras. &c.

Memoriam recolit nō Austria modo, sed et tota Germania Superior die XIII. Octobr. vt Laurent. Surius notat Tom.V. & Baronius eodem die. Passum vult anno MXII. *Ioan.* Cuspinian. in Austria, vt aliis placet DCCCCLVIII.

S. CLEMENS. 242.

S.*CLEMENS Presbyter natione Scotus* ait Ioannes Gualterius Chronico Chronicorum in bibliotheca Minorum Patrum pag. DCCCCXCVI. &, vt intelligas non eū dem cum S.*Claudio Clemente* Parisiensis Academiæ fundatore, paulo post subdit *Claudius Clemens natione Scotus Episcopus Altissiedorensis*. Fuit hic vnus ex ijs sanctissimis Viris, qui cum S.*Disybodio* ex Hibernia, id est montanis Scotiæ partibus egressi, ad montem S.Petri vixerūt. Vita S.*Disybodi* apud Surium Tom.IV. Scripsit.

Quædam spiritualia. lib.I.

Scotia egressus anno DCLXIV. Diem non reperi.

S. CONANVS. 143.

S. CONANVS Monachus, & Presbyter vnus è duodecim illis Apostolicis Viris, qui Magistrum *Columbanum* de Scotia secuti, in Burgundiam peruenerunt, eòque inde expulso, vel Euangelici muneris cum illo, per Aurelios, Turonenses, Nannetes, & Parisienses, participes, vel hinc inde ad Ecclesiarum curas, commandante, dilapsi, vt de SS. *Sampsone*, & *Potentino* infra dicetur: Hic verò an claustrum fratrum in Gallia susceperit regendum, an cum Sancto *Gallo* in Heluetijs hæserit, an demum cum Magistro Bobij vixerit, non definio, nec S. Ionas Scotus prodidit.

Vixit anno DXL. & quod excurrit, diem non deprehendi.

S. COLONATVS. 144.

S. COLONATVS peregrinationis *S. Kiliani*, & Martyrij collega. Ioan. Capgrauius, & Balæus Sudonolga, vterque Anglus, ille et Apostata sanctum hunc virum honorificè compellant, nec nomē eius in Martyrologio; existimo ergo plures illius martyrij socios fuisse, quam hactenus sint numerati: Nec plura de *Colonato*, qui scripsit multa, sed iniuria temporis, aut studiosorum negligentia, perierunt, nec quicquam nisi nomen superest.

Floruit anno DCXCVII. quo à *Geilana* cum Magistro est interemptus. Colitur die XVII. Martij, ut ex Annalib. Artimani Monachi colligit Petrus G. lesinius, sed quę sit ea cōmemoratio, ignoro. Vide Vvionem lib. I. ligni vitæ pag. LXXVII. Baronius Illustriss. ad Martyrolog. Rom.

S. COLVMBANVS. 145.

S. COLVMBANVS, siue *Columbus*, aut *Columba*, ea enim nomina confundit Beda lib. III. historiar. cap. IV. XXV. ex Valfrido, & in epitome anno DLXV. Baron. ad diem IX. Iunii in Martyrol. inter sanctissimos gentis nostræ censendus. Multa *elegāti stylo* ait Gesnerus correctus in bibliotheca, nobilissima stirpe oriundus, &

quod

quod ea ætate eminentisſimum *Druydum* Princeps è *Bannochorensi* Cœnobio in Burgundiam profectus, Monaſterium *Luxouiense* condidit. D. Bernardus, vit. S. Malachiæ *ad has noſtras Gallicanas partes aſcendens S. Colombanus Lexouienſe conſtruxit Monaſterium*, ſed legēdum eſt *Luxouienſe*. Beda in vit. S. *Euſtathij* cap. 1. & in vita S. *Attalæ* cap. 1. & de *Benchorensi* Cœnobio D. Bernardus fusè loco laudato, *Theodoricum* Auſtraſiorum Regem paulò liberius, quàm par erat, carpſit, quo nomine in exilium eſt actus, Trithemius eum in Annalibus Francorum reprehendit, qd Paſcha *Congelli ritu*, hoc eſt Aſiatico more celebraret, quod in eo excuſat Beda loco proximè laudato. *Permiſſu* Theodorici *Regis Cænobium Luxouium ædificare cæpit*, ait Sigebert. Gemblacensis in Chronico. & poſt ab eodem Rege *inſtinctu Brunichildis Auia, expellitur Francia, qui poſt relicto diſcipulo ſuo Gallo in Alemānia, Cænobium Bobium conſtruxit in Italia*, vt loquitur idem Sigebertus. Matth. VVeſtmonaſt. *Columbanus Doctor Scotorum, & Pictorum, qui ſuis poſteris multa pietatis reliquit documenta*. Celebrarunt eum VValafridus, VVettinus, Ratpertus, Hepidannus, & Herimannus apud Melchiorem Heiminsfeldum Goldaſtum notis ad Panegyricos octo veteres. Notkerus Balbulus in Martyrologio. *In Scotia, Inſula Hibern. depoſitio S. Columbæ cognomento apud ſuos Columbkilli, eò quod multarum cellarum, id eſt monaſteriorum, vel Eccleſiarum Inſtitutor, Fundator, & Rector extiterit, adeo vt Abbas monaſterij, cui nouiſſimè præfuit, & vbi requieſcit contra morem* Eccleſiaſticum, *primus omnium Hibernenſium habeatur Epiſcoporum*. Et vt de S. *Columbano*, quem etiam *Columbam*, ſeu *Columbkillum* vocat, ea dici intelligas, ipſe Notkerus ibidē loci *Congellum*, ſiue alio nomine *Fauſtum Præceptorem* vocat *Beatiſſimi Columbani*. Effecit ſanè patria communis, & nominum uicinia, nec multum diſpar ætas, ut rerum noſtrarum minus periti ſcriptores hos duos Sanctos viros confuderint.

De Gente, etſi conſenſus ſit melioris notæ Scriptorum, tamen dubitatum uideo à quibuſdam malè feriatis. Nam Georgius Merula Alexandrin lib. 1. Antiquit. Vicecomit. pag. CCVII. *Columbanū à Gothis progenitum, integritate vitæ reuerendum, & in quo dignitatis aliquid relucebat benignè ſuſcepere, acceptiſque donis opulentum*

Etiam Cœnobiũ inter Alpes Cottias exstruxit, quod postea in ciuitatem traductum, Bobij habuit nomen. Eadem Leander Albert. falsò prodidit in descriptione Liguriæ pag. CCCLXVIII. Platina in Bonifacio IV. *Columbanus Abbas Vir sanctissimus genere Gothus, vt quidam affirmant, ex Scotia in Burgundiam primo veniens Lixoniense monasterium exstruxit, deinde in Italiam pergens,* &c. Corrige *Luxouiense. M. E.* in Concilio Aurelianensi V. hæc nomina confusa anno DXLIX. Ibi enim *Sabaudus Luxouiensis Episcopus,* sed lege *Lexouiensis* Episcopus: nam *Luxouium* Cœnobium in Burgundia: *Lexouium* sedes Episcopalis in Normania, vulgò *Lizieux,* & alii erroris sequaces Cœnobium hoc Saxonice dicebatur olim *Scaphus.* Translatio S. Bernvvardi edit. Brovverii pagina LXI. ex Tangvvardone Presbytero Hildeneshemensis Episcopi.

Quin imò in tanta certitudine sunt Itali, qui *Bobium* non ad eum, sed ad alium referant conditorem. Fr. Blondus in Longobardia pag. XCIX. à Beato *Gallo* conditum vult post aduentum in Italiã Longobardorum annis LXXXVII. impẽsis *Addoaldi* filii *Theudolindæ* Reginæ: Volaterranus autorem facit ipsam Theudolindam cum tamen lib. III. pag. LIV. & lib. IV. pag. LXXXVII. honorificè compellet *Columbanum;* à quo supra Ticinum structum Cœnobium fateatur, à cuius Sancti nomine plura in Italia oppida, vnum in Hetruria, quatuor millibus passuum Florentia, aliud iuxta Cremam anno salut. MCLXV. conditum à Frederico Barbarossa, vexatum grauiter à Carolo V. & Francisco I. Paul. Merula part. II. lib. IV. cap. XXXVI.

Æquiores alii fuerunt, in his Gerbertus Rhemorum primùm, deinde Rauennatium Archiepiscopus, demum Pontifex Maximus sub nomine Syluestri II. Is epist. IV. & V. *Quod Abbatiam S. Columbani habere videmur, Italorum nulli gratias agimus.* Epist. XII. *Nam quæ pars Italiæ possessiones Beati Columbani non continet?* Epist. LXXXIII. *Bobiensibus vtriusque ordinis.* Epist. LXXXIV. *vt fessis rebus Beati Columbani subueniatis* Epist. CXXX. Affectũ suum in illum sanctum prolixè exequitur. Paul. VVarnefrid. libro secundo, histor. Longobard. cap. XVI. in V. Prouincia Bobium locat, & lib. IV. cap. CXLIII. *Circa hæc tẽpora Beatus Columbanus ex Scotorum genere oriundus, postquam in Gallia in loco qui Luxonius dicitur,*

dicitur, Monasterium construxerat, in Italiam veniens à Longobardorum Rege Adoloaldo *gratanter exceptus est, Cœnobiumq; quod Bobium appellatur, in* Alpibus Cottijs *ædificauit, quod quadraginta millibus ab vrbe diuiditur Ticinensi, quo loco & multa possessiones à singulis Principibus siue Longobardis largita sunt, & magna facta est ibi Monachorum congregatio.* Nec dissentit Martyrologiū Romanum XXI. Nouembris. *In Monasterio Bobiensi depositio S. Colūbani Abbatis, qui multorum Cœnobiorum fundator, plurimorum monachorum extitit pater, multisque virtutibus clarus in senectute bona quieuit.* Eadem Ado, Vsuardus, alii. *Bobium* antea *Libernā* dictum. Vide Hieron. Suritam ad Itinerarium Scoti. Ipse verò de senectute sua in Epist. ad Fedolium ex qua liquet XC. annos excessisse, sic enim in fine.

Hæc tibi dictaram morbis oppressus acerbis
Corpore quos fragili patior, tristique senecta,
Nam dum Præcipiti labuntur tempora cursu
Nunc ad Olympiadis ter senos venimus annos.

Scotum faciunt, Præter laudatos Ioan. Leslæus lib. IV. hist. Scot. pag. CXLVIII. Arnold. Vuion. lib. II. lig. vit. cap. XIV. *S. Columbanus Scotus monachus monastery Congregationis Benchorensis.* & infra. Anton. Posseuin. Tom. 1. Appar. Sacr. pag. CCCXXXIX. Henricus Canisius, Melchior Goldastus, Gibertus Genebrandus Chronico, vbi tamen malè eum collocat in annum DCXXIII. vt mox videbitur *S. Columbanus Scotus Angliam, Galliam, Italiam, Germaniam, cuius multos populos ad fidē anno DCXXX conuertit, partim per se se, partim per discipulos monasteriis repleuit: nam nullum ad huc seculum tantam celebrium monachorū segetem protulit* VVestmonast. anno DCLXVI. *S. Colnmbanus de Scotia veniens in Britanniam clarus habetur.* H. Boethius non tantum domo Scotum, sed etiā *veteri Regum Scotorum Stemmate* ortū scribit lib. IX. pag. CLXXII. Vincent. Belluac. lib. XXIII. Speculi cap. IV. S. Anton. Florentin. part. II. tit. XIII. cap. VI. num. XI. Trithem. de viris Illustribus ordin. S. Benedicti lib. II. cap. V. lib 3. cap. XXVI. Petrus in Catalogo lib. X. cap XCV. & alij qui mihi non sunt ad manum videantur, multa Rolandus Huerlebeut Vasco. contra Irland. Franciscus Sansouinus Illustr. Ital. Famil. pag. CXI. *sub annum*

DCCC. Donatus Scotus Episcopus Bobiensis exstruxit Ecclesiam S. Brigidæ Placentiæ, & adsignauit monasterio S. Columbani, non solù amore Dei, sed etiam quia S. Columbanus oriundus erat ex Hibernia Scotiæ Insula. Autor peregrinus falso putauit Hiberniam eo seculo Scoticæ fuisse ditionis, & illud sane constat *Donatum* Scotia oriundum, illud honori diuino, & patriæ suæ ornamento dedisse, ut SS. *Brigidæ*, & *Columbani* memoriam reuocaret, quorum illa in Scotia ipse continente, hic in Insulis Hebridibus Scotiæ adiacentibus, & Scoticæ semper ditionis, orti essent, de hoc testimonium Hæretici, patriæ meæ infensi, Gulielmi Camdeni in Damnoniis, seu Cornualia pag. CXXII. *oppidum mercatorium Columbani Scoti, Viri sanctissimi, memoriæ consecratum sedet.* id asserit fidentius Vir pius, & catholicus Fridegodus in Vita S. *Audoeni* apud Surium Tom. IV. pag. CCLXXII. *Vir Deo dilectus Columbanus genere Scotus*, Arnold. Vuion. lib. V. cap. XI. *& tulit sepostmodum* ordo Benedictinus *in Scotiam Angliamq.* . . *è quibus ad Burgundicas Galliæ partes S. Columbanus ascendens*. Nec vero Hirlandi exultent, si S. Ionas Scotus, in vita, eum in *Lagenia* natum dicat, nam vox corrupta, & dicendum *Ladenia*, nam Ptolomæus lib. II. Tab. III. in Albione locat *Gadenos*, qui γαδηνοὶ, et vno elemento mutato rectius *Ladeni*, nunc *Laudien* in qua regia Edimburgus: atq. ita *Meata* sub valle Pictico sunt, nunc *Merchia*, quia limes Scotiæ, ut in Dione, & Xiphilino in Seuero, post hos *Laudenia*, quæ vsque ad Oceanum occiduum pertingit: hinc facile & hunc, & Diuam *Brigidam* Scotiæ nostræ vindicabis, quia nati in *Laudenia* dicuntur, & hæc quidem ibi nata, postmodum patre in Cathenesiam misso, ad Insulas se contulit Scoticas, velumque virginitatis induit.

Vitam eius actaque omnia *Adamandus*, seu *Adamannus* Scotus de quo supra, libris III. complexus erat, & *Ionas* eiusdem discipulus, sed in cuius scripto multa sint deprauata inserente Laurentio Surio Tom. VI. VVandelbert. Prumien. Martyrologio.

Vndenam Abba Columbanus sibi seruat ab ipso
Oceano, multis vitæ qui dogmata sancta
Religione pia sparsit sermone manuque, &c.

Inter Ecclestasticos scriptores à Sigiberto reponitur cap. LXI. & ve-

rè multa scripsit, sed quæ ad me, nomine tenus saltem, venerunt, sunt.

In totum Psalterium Commentarius. *lib.* I
Collationes ad monachos *lib.* I.
De moribus eorum *lib.* I. versu.
Monasteriorum methodi. *lib.* I.
Epistola ad Commilitones. *lib.* I.
Aduersus Regem Adulterum. *lib.* I.
Epistole, ad Hunaldum Acrostichis, *ad Sethũ, ad Fedoliũ,* à Melchiore Goldasto publicatæ, & notis illustratæ *lib.* I.
Carmina Monastiche. quorum editio prima Henrico Canisio debetur. *lib.* I.
Regula Cœnobialis MS. in Bibiliotheca S. Galli in Heluetia *lib.* I.
Epistola de miseria humana vita MS. ibidem loci. *lib.* I.
Liber Pænitentiarum. Trithem. *lib.* I.
Instructio de fide, & alia nonnulla, ait Hartmotus in in notatione librorum qui sunt in sancti Galli bibliothca *lib.* I.

Venit ex *Hibernia in Britaniam* anno DXXXVII. vt Rhegino Abbas Pruuiensis vult, sed multò serius è *Scotia in Angliam* descẽdit, vt loquitur Matthæus VVestmonasteriẽsis Anno DLXVI. Eum sub *Mauritio* Aug. locat VVingartensis monachus in Chron. tom. I. Antiquar. lection. Canisij Cœnobium *Luxouium* condidit anno DCII. Sigibert. *Bobium* verò, siue *Boxium* struxit anno DXC. vt Mariano placet, vel anno DCIV. Sigibert. obijt anno DXCVIII VVestmonaster. vel Marian. vel anno DCXX Boëthius vel DCXXX. vt plerisque visum. Eius discipuli vt nominatos omittam omnes Sanctis adnumerati. *Deicolus, Chanoaldus, VValbertus, Chillenus, Valaricus, VVandelinus.* Trithem. lib III. de vir. Illustrib. ordin S Benedicti, & meminit Egiluuardus lib. III. de. S. Burchardo cap. II.

S. CELSVS 245.

S. *CELSVS*, Religiosissimo peregrinãdi voto suscepto in Angliã, atque inde in Belgiũ profectus incredibili ardore Christi causam

sam promouit, & in sancto opere extinctus, miraculorum gloria coruscauit. Hunc Anglum facit nonnemo, imperite, cum Petrus Cratepolius disertè Scotum faciat, & vulgari versiculo patet.

Vulganij, Celsi quem Belgis Scotta misit.

Malignè commenti sunt Anglum fuisse ex supposito uersu.

VVlgenii, Celsi qui ad nos procedit ab Anglis.

Quasi ab *Anglis procedere*, sit esse *Anglum*, cum omnes nostrates peregrinationes suas ab Anglia inciperent. An aliquid scripserit, ignoro.

Sacre eius Reliquiæ in Lensiensi Ecclesia conseruantur in Belgij cõfinio, & colitur die *XXVI*. Iulij, Molano, & Ferreolo Locrio autoribus.

Quo anno floruerit non deprehendi, puto tamen MC.

S. CONSTANTINVS. 246.

S. *CONSTANTINVS* III. Scotorum Rex *Ethi* F. ingenti acie ab Anglis uictus, Regnum reliquit *Malcolmo* I. *Donaldi* VI. filio, & ad D. Andreæ, sanctissimo proposito, monachum induit, & post multos labores exantlatos vinculis vitæ caducæ solutus ad æternã abijt quietem. Hect. Boeth. lib. *X*I. histor. Scot. Ioan. Leslæus lib. V. & alij. Scripsit, vt volunt.

Ad Athelstanum Angliæ Regem *super pace cũ Scotis lib.*1.
Laudat hoc opus Historia Scotica Fordani.

Mediationes pias. *lib.*1.

Vixit Religioso habitu annis *XXX*V. Rex fuit annis V. obijt anno DCCCC*XL*III. Arnoldus Vuion. lib. IV. ligni vitæ cap. VII. Errat non leuiter Ingulphus Croylanden. Hist. pag. DCCCCXCIX. cũ in acie ait interfectum a Singino VVicciorum Centurione. colitur XII. Martij.

S. COMVS. AB. 247.

S. *COMVS* Abbas in Scotia sub *Aidano* VIII. Rege, Sanctorum illo ferace sæculo, Canoni[illegible] rum pater. scripsit.

Enchiridion pr. [illegible] *lib.* 1. & alia.

Coli-

Colitur die IX. Iunij. obijt anno Dcc X. Calēdarium Adami Regii, & Scotichronicon meminit non vno loco. Abbas fuit regij in Maia Insula claustri, seu prior, transtulitque S. *Colmoci* reliquias die V. Febr. Anno laudato, vt in actis loci.

S. CONGALLVS. 248.

S. *CONGALLVS* alius à laudato, ætate, officio, & scriptis, nam posteriorem paulominus sex centis annis præcessit, & cum ille fuerit Abbas, Hic *Culdeorum* Episcopus Sanctissimus sedebat dum *Ertha* ab Insula Buta cum S. Blano filio in vlteriorem Scotiam appulit, vt ex hist. Ecclesiæ Dūblanensis, & vita S. *Blani* Ex Georgio Neutono Archidiacono liquet, S. *Kennethi* Collega, vide supra lib. II. in S. *Blano*. Scripsit.

Conciones ad Scotos, & Pictos	*lib.* I.
Homiliarum opus.	*lib.* I.
Contra Arrianos.	*lib.* I.

Florebat anno CCCCXLVI. colitur die XII. Maij. Regius.

S. COLVMBVS. 249.

S. *COLVMBVS* vel *Columba* Martyrologium Romanum IX. Iunii Scotum facit incolatu scilicet, reuera in Insulis Scotiam ab Hibernia secernentibus natus recte habetur Hibernus: XXXII. annis in Scotia versatus multorum Monachorum pater, & Regum Sanctissimus educator, de quo, qui plura cupis, adi annales nostrates, & in his Hectorem Boethium lib. IX. vbi *Brudanum* Pictorum, & *Aidanum* Scotorum Reges dissentientes reconciliat, & eidem *Aidano* insignem victoriam precibus impetrat, multaque pia alia opera in gente illa patrat.

Nonnulli hunc cum *Columbano*, vt dicebam, confundunt, nam licet tempus quadret, vnde errorem ortum existimo, tamen cætera disparia, nam hic numquam extra Hiberniam, & Scotiam progressus, ille tota penè Europam pia peregrinatione lustrauit, hic in Scotia obiit in *Huyo* Insula, vt Bedæ placet, ille *Bobiense* Cœnobiū morte sua cohonestauit: denique multa ille scripsit, ab hoc, præter sancti-

ctitatem, nihil ad posteros manasse credo.
Obijt anno DCVI. sepultus Duni in Hibernia, vt ex vulgato Epitaphio manifestum, cuius fidem infirmam hoc opere probaui.

S. COMINVS. 250.

S. *COMINVS* Abbas discipulus *S Columbæ* de quo Ioan. Leslæus lib. IV. pag. XLII. H. Boethius lib. IX. pag. XLXVI. *fuere cum eo S.* Columba *in albione, viri duodecim Christi dogmate insigniter imbuti, sed magis longe sanctissimis decorati moribus Bathenus, & Cominus, qui post Columbæ exitum Monachorum claustris præfecti inter Scotos haud medtocre Christi Ecclesiæ decus attulere.* fama tenet antiquissima Deire monasterio præpositum hunc, non sine Sanctitatis opinione Murthlaci obijsse. Eius sunt.

De vera pietate.	*lib.*1.	Bostonus Buriensis.
In Apocalypsin.	*lib.*1.	

Floruit an. DCXLVI. in sanctorum relatus numerum Arnold. Vuion lib. III. lig. vit. pag. ccccxIII. die XVI. Octobr. Martyrol. Angl.

S. CLARVS, SEV GVILLERMVS 251.

GVILLELMVS Scotia relicta, vitam Eremiticam in Gallijs acturus totum se pietati speculatrici impendit multorum cæcitate diuinitas curata, & restituto oculorum vsu plerisque, & in his Dominæ loci, *Clari* nomen sortitus est, colitúrque in Pago Neustriæ, publico Rotomagum itinere qui, & nomen ab eo accepit. Hect. Boethius lib. IX. histor. Scotiç pag. CLXXI. *Eodem Eugenio Regnante Guillermus, & Columbanus, veteri Scotorum Stemmate insignes veræ religioni deuoti in Gallia multa habiti sunt veneratione.* Arnold. Vuion lib. III. lig. vit. pag. CCXXVII. *In Normania S. Clari Monachi, & Martyris.* Eadem Molanus addition. ad Vsuard, qui addit. *de eius Passione Sermonem Nicolai de Nise* extare. Asseruantur in eodem oppido quædã eius memoriæ, & in his nuper ipse vidi membranum vetustissimam, ac plane erosam, longis literis, ac manu ipsius, vt putatur scriptam, titulum tantum assequi potui qui præferebat.

Diuini officij formulæ.	*lib.*1.

Viue-

Viuebat anno DC. aut circiter. Colitur die XVIII. Iulij Vuion. loco laudato.

S. CHRONIACVS. 252.

S. CHRONIACVS eo vixit seculo quo nostrates *Aidani* piētissimi Regis auspicijs fidei Christianæ fundamenta in Anglia iacebant. H. Boethius lib. IX histor. Scot. pagina CLXVI. *In Scotia, Cōnanum, Columbanum, Chroniacum, Dimaum, Bigitanum, & Damianum eximiæ pietatis Episcopos vitæ sanctimonia illustratos. Ad hos scripsere Epistolas Hilarius Archiepiscopus seruans tunc sedem sanctæ sedis Apostolicæ, Ioannes eiusdem sedis consiliarius, & Ioan. primicerius.* Vt certum est Episcopalem hunc dignitatem administrasse: ita quā rexerit Ecclesiam, incertum puto, pro cōsuetudine illius seculi apud nostrates, nulli certæ sedi fuisse alligatum. Magna ipsius sollicitudo pro reconciliandis popularibus sanctæ sedi Romanæ, in Celebratione Paschatis: Ea enim tum quæstio vnicè ingenia exercebat in nostra Insula. Eius sunt.

De errore in Pascha celebranda.	*lib.*1.
Epistolæ ad Hilarium.	*lib.*1.
Concordia inter Britones tentata.	*lib.*1.

Floruit anno DCLXVI. Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLIX. sanctus habitus Vuion. lib. III. lign. vit. pag. CCCCXII. colitur xxi. Maii.

S. CONGANVS. 253.

S. CONGANVS Abbas, seu *Cognanus* miraculis claruit Vuion. lib. III. lig. vit. pag. CDXIII. cum tamen in annum DCCLX. malè reponit, insigni eruditione, & vitæ innocentia. Successit *Rabano* in Gallias ad *Carolum Magnum* profecto, & diu creditur Dumfermelinum cœnobium administrasse. Meminit non vno loco Ioannes Fordanus MS. Hect. Boeth. lib. IX. histor. Scot. in fine. scripsit.

In Euangelium Ioannis.	*lib.*1.
In Epistolas Petri.	*lib.*1.
Homilias ex Sanctis patribus.	*lib.*1.
Exhortationes ad fratres.	*lib.*1.

Desijt viuere anno DCCCLXXX. vel anno M. Hect. Boeth. lib. XI. pag.

pag. CCXXXIV. Alius est. *Conganus* Abbas cuius hortatu D. Bernardus vitam S. Malachiæ scribendam suscepit, vt ipse in Præfatione profitetur. Colitur XXIV. Nouemb.

S. CONGELLVS FAVSTVS. 254.

S. *CONGELLVS Scotus* ait Antonius Pesseuinus tom. i apparat. sacr. pag. cccxlv. *Auctor congregationis Benchorensis*, Cognomentū ei *Faustus*. plenius Notkerus Balbulus in Martyrologio, vbi de S. Columbano, *Qui cum plurimos discipulos vel socios sanctitatis suæ suppares habuisset, vnum tamen, Congellum scilicet latine Fausti nomine illustrem, præceptorem Beatissimi Columbani, magistri, Domini, & patris nostri Galli virtutum, ac meritorum suorū quasi vnicum, Exemplo Isaac reliquit heredem.* Arnoldus Vuion lib. II. lig. vit. cap. LXIV. *D. Congellus Scotus Abbas Benchorensis, & illius cōgregationis autor.* Academiam Benchorensem in monasterium mutasse stultè tradit Iacobus Middemdorpius lib. III. de Academijs. Eius sunt.

Regularis vitæ methodus	lib. i.
Ad Cœnobiorum patres.	lib. 1.
Epistolæ plures.	lib. 1.

Viuebat secundum quosdam anno Dclxxxi. quod falsum esse ex eo conuincitur quod S. *Columbani* fuerit præceptor. qui in Scotia excessit, vt supra probabam hoc opere anno DXXXVII. quare ca ætas verior erit, quando, aut vbi obierit non reperi. *S. Columba cōsanguineus* fuit S. Adaman lib. III. vit. S. Colūb. cap. XVII. *Abbas monasterii, quod Cambas* dicitur eidē lib. I. cap. XXXI. & *Sanctus monasteriorum fundator.* Idem lib. III. cap. XXI. colitur. X. XII. Maij. Kalend. Regii.

S. COLMOCVS. 255.

S. *COLMOCVS* Episcopus summa integritate vitæ, ciuium suorum vitia admirabili libertate carpsit, at cum illi nollent resipiscere, neque ad bonam frugem redire, comminationes effectum grauissimum sortitæ. gliscente crudeli bello ciuili inter *Constantinum* Regem, & *Malcolmum Kennethi* Regis filium. Eius sunt.

Moni-

Monita salutaria. lib. I.

Ecclesia Scotica successio. lib. I. Citat Ioannes Fordanus, quod opus vinam hodie extaret, certe Scotia ornamenta sua quibus nulli genti videretur inferior, haberet.

Ad regem pro pace stabilienda. lib. I.

Obiit circa annum MX. Sanctorum Albo adscriptum scribit Scotichronicum, & templa ei erecta testantur. colitur IV. Maij. translatus V. Februarij. Anno DCCLX. vide hoc libro supra in S. *Como.*

S. CONNANVS. 256.

IN S. *CONNANO* rara ingenij felicitas, & simplex morum candor, Episcopali dignitate Scoticam Ecclesiam rexerat eo præcipuè tempore, quo Reguli Angli legationibus ad Reges nostros missis Doctores erudiendo populo suo acceperant, vt Vvigorniensis Monachus, Sigibertus, Vspergensis, Polydorus Virgilius lib. IV. hist. pag. LXXVII. & alij testantur. Ea tum tempestate plerisque cum *S. Finnano*, & S. *Aidano* in Angliam Euangelij prædicandi gratia profectis, *Connanus, Colūbanus, Chroniacus, Dimaus, Bigitanus, & Damianus Epi eximiæ pietatis Sanctimonia illustres* domi conse derunt. Hect. Boeth. lib. IX. histor. Scot. pag. CLXXVI. eius sunt.

Pia exempla ex SS. Patribus selecta. lib. I.

Meditationes. lib. I.

Homiliæ. lib. I.

Florebat an. DCLXIV. Episcopus hic Sodorensis in diuorum album relatus colebatur insigni deuotione Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLV. *Ferquhardum* Regem pie instituit Arnold. Vnion lib. III. pag. CCCCXIII. colitur XXIV. Nouemb.

S. CORMANVS. 257.

S. *CORMANVS* Northumbrorum primus Apostolus, & SS. albo adscriptus. Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLVIII. *vir grauis, & eruditione vitaque insignis missus est ad Northumbros Christi dogmate instituendos* ait H. Boethius lib. IX. hist. Scot. pag. CLXXV.

Hinc *Osualdus* Rex per legatos à *Donevaldo* Scotorum Rege petiit, vt sabem gentilitatis, quam indixerant *Ofricus*, & *Eufredus* Reges, pia prædicatione extergeret. Sed *cum Cormanus bonus vir esset, sed asperioris ingenii præditus* vt ex Beda loquitur Franciscus Goduuinus de Præsul. Anglican. p. II. pag. XCI siue *quod arcana Dei sublimia magno verborum strepitu, ad ostentationem potius ingenij quam auditorum rudium vtilitatem ingereret, vt nec bonos mores concionibus suis induceret, nec ad suscipienda fidei initia animos blandioribus præceptis molliret*, in patriam re infecta rediijt, cui successor *Aidanus* missus totam Regionem ad Christum conuertit, vt lib. I. supra hoc opere docui: Et consentiunt Annalium nostratium scriptores. Nec dissentiūt Anglici Polydor. Vergilius lib. IV. pag. LXXXI. qui de *Aidano*, & *Osualdo* Rege per eum, dum in Scotia exularet, Christiano facto, *de Cormano* nihil, vti nec Matthæus Vvestmonasteriensis ad annum DCXXXV. *Osualdus Regnū Northanhumbrorum integrum suscipiens, vt fidem augeret in Regno suo, misit in Scotiam vbi exularat, & accepit Pontificem Aidanū magnæ religionis virum: venienti igitur Episcopo Rex Osualdus sedē Episcopalem in Insula Lindisfarnensi, concessit: vbi igitur fides cœpit dilatari, contigit vt Euangelizante Aidano qui Anglicum perfecte non nouerat, ipse rex suis ducibus, & ministris interpres existeret, longo enim exilij sui tempore linguam Scotorum plenè didicerat. Inde contigit vt fides adeò breui cresceret, vt in Regione illa incredulus nullus inueniretur*. Vt hæc perfecta per *S. Aidanum*, ita incæpta per *Cormanum*, quem scriptores Anglici, quod sciam, non nominant. Florent. Vvigorniensis ad eundem annum. *Rex Osualdus misit ad maiores Scotorū natu, petens vt sibi mitteretur Antistes cuī pontifex missus est Aidanus, per quem, & per ipsum clarissimum, & sanctissimum Regem Osualdum in prouincia Berniciorum primum fundatur Ecclesia Christi, & instituitur.* Scripserat Cormanus.

Documenta fidei ad Northanhumbros. *lib.* I.
Conciones. *lib.* II.
Commentarios in scripturas. *lib.* I.
[illegible] *lib.* I.

Floruit anno DCXXX. Colitur XII. Martij.

S. CONSTANTINVS. 258.

S. CONSTANTINVS Anglorũ Guallorũ Rex teste Beda, victus fugatusque ab Hostibus, liberis ac coniuge orbatus in Hiberniam profugit, vbi aliquandiu in pistrino pauperum amore Christi incitatus, deseruiuit incognitus, tum Monachum indutus in Scotiam descendit, impetrataque à loci Antistite, concionandi facultate, impiorum manibus passus est martyrium, & pro sancto religiose cultus, cui aliquot post secula relato in diuorum numerum, templa multi Scoti erexerunt, quæ etiam ætate H. Boethii conspiciebantur, vt ipse ait lib. IX. histor. Scotiæ pag. CLXVI. Eadem Anglicanarum rerum Commentatatores, licet nulla martyrologia memorent, cum tamen diligentiores nostratibus, aut certe feliciores semper fuerint. Seruatus autem Constantino in Gareotha, vt audio honor, & in Gourea. Scripsit.

Meditationes. lib. 1.
Ad fratres Homilias. lib. 1.
De Regno amisso. lib. 1.
De hostium suorum crudelitate Epistolas ad Conuallũ ante Monachismum ut existimo. lib. 1.
Psalterium. lib. 1.

Viuebat anno DLXXVIII. sub *Conuallo Eugenij* III. fratre, Scotorum Rege, sedebat Romæ *Benedictus* primus. Imperabat *Tiberius II.* Frãcorum Rex erãt *Chilpericus*. Operum apices ex Catalogo Sconano habui.

S. CONVALLANVS. 259.

S. CONVALLANVS Monachorum, qui in Mona Insula Regum Scotorum sepultura, pie Christo militabant, Abbas *vita probatus, insignis doctrina*, ait Boethius lib. IX. hist. Scot. pag. CLIX. sanctorum albo ascriptus, Vuion loco proximè laudato ex Io. Leslæo lib. IV. Huius suasu clerus Scoticus supplicationes ob cladem imminentem solemnes a D. *Mamerto* Episcopo Viennensi institutas, lubens recepit, easque postea vniuersalis Ecclesia ante ascen-

fionem Domini celebrari præcepit. Meminere Sidonius Apollinaris lib. VII. epist. I. Gregor. Turonen. lib. II. Histor. Franc. cap. XXXIV. Albin. seu Alcuin. Flaccus lib. de diuin. offic. cap. LXVII. Ado Vien. Chronic. ætate VI. fuit in *Conuallano* quippiam diuinitatis, nam secretiora scelera quibusdam optimatibus detexit; quo nomine illi à flagitioso actu vitæ ad sanam mentem redierunt Ioannes Campusbellus, & Veremundus Autores sunt non pauca ab illo prædicta, quæ postea euentus cōprobauit. Eius sunt vaticinia.

De Pictorum, Britannorumque Regni excidio. *lib.* I.

De Scotorum Regum successione. *lib.* I.

De Anglorum gentis futura in Christum pietate. *lib.* I.

Monita ad proceres. *lib.* I.

Viuebat anno CCCXCVI. Ado Viennen. vel anno CCCCLXVIII. Sigebert.

S. CORMACVS. 260.

S. CORMACVS sancti *Beani*, & *Donortij* in Episcopatu Murthlacensi successor, & eruditus, & pius Antistes, de quo nihil addendū iis, quæ ab Hectore Boethio sunt prodita lib. de Episcopis Aberdonensibus. Eius sunt.

Conciones pias *lib.* I.

Ecclesiam regebat suam MXLI. Hector, Boeth. lib. IX. histor. Scot. pag. CCXLV.

S. CORMACVS ALIVS. 261.

S. CORMACVS alius multis seculis priorem præcessit, *primus Scoticæ Ecclesiæ illustrator*. S. Adamanus lib. III. de uita S. Columbæ cap. XXI. *Monasteriorum sanctorū fundatores de Scotia, quorum illustria vocabula, Congellus, Cabinnethus, Brendenus, Cormacus,* nec plura. Scripsit.

Regulam ad fratres. *lib.* I.

Viuebat anno DC. abest ab omnibus Martyrologiis.

S. CANICVS. 262.

S. CANICVS *in Scotia Abbas* ait Martyrologium Romanum die XI. Octobris. Vsuardus etiam eodem die, vbi Io. Molanus

notat

notat *Kenicum* in quibusdam vocari codicibus Franciscus Maurolycus dicto die. *In Scotia B. Cannitii Abbatis.* Meminit & Petr. Galesinius in suo Martyrologio, & Petr. in Catalogo lib. XI. cap. vlt. Felici. in Ephemeridib. Arnold. Vuion. lib. III. lign. vit. pag. cccxxxvii. qui non est mihi ad manum. Scripta interierunt. Nec vllus mortalium pro mendicis stat, omnes enim nominati diserte Scotum vocant, & Io. à Nigra Valle bibliothecar. S. R. E. *Canicius Abbas Canonica Scotiensis confessor.* Ghinius. *In Scotia sancti Canici Abbatis.*

Nec quo tempore floruerit, certo potui constituere, quod Annales nostri sileant, nec Martyrologia loquantur. Canonicum Regularem facit Constantinus Ghinius. Hoc vnum constat, Hiberniam incolatu suo mire olim nobilitasse, Hinc *Kilkennia* Episcopatus, *qui Osseria*, quasi *Kanici fanum*. sic *Kilpatrik*, *Colonkil*, *Kilmaur*, *Kilreul*, *Patricii*, *Columbæ*, *Mauræ*, *Reguli*, *templa*, *lingua nostrate*. Colitur XI. Octobr.

S. CONVALLVS. 263.

S. CONVALLVS *D. Kentigerni discipulus, cuius reliquiæ celebri monimento in Inchemen, haud procul à Glasguensi ciuitate à Christiano populo hactenus in magna habentur veneratione. Affuit is Aidani Regis funeri, dum à Kilsthoriam in Cauter funebri pompa efferretur in Insulam Ionam. Affuit & non multo post populi comitiis in Argadiam indictis, Patribus, autoribus regis noui in demortui locum eligendi causa.* Hect. Boeth. lib. IX. hist. Scot. pag. clxxi. Io. Leslæus lib. IV. pag. CLII. Arnold. Vuion. lib. III. loco toties laudato.

Martyrologia silent, nec quo die eius memoriam Scotica recolat Ecclesia, ex Annalibus nostratibus scire potui: Anonymo tamen scriptori Scoto lib. de Antiquitate Scoticæ Ecclesiæ uidetur festum eius recoli postridie Calend. Quintil. viderit ipse certe breuiaria Scotica die XVIII. Maii cultum volunt, & primum fuisse Glascoensem Archidiaconum. Scripsit.

Kentigerni magistri vitam. lib. 1.

Contra ritus Ethnicorum. lib. 1.

Ad Clerum Scoticum super Ecclesia statutis. *lib.I.*

Floruit anno DCVI. seculo SS. apud nostrates feracissimo.

S. COLVMBANVS. 264.

S. *COLVMBANVS* Monachus Benedictinus, alius à Bobiensibus, & Episcopo cognomine, de quibus supra, Egregia *sanctitatis suæ testimonia posteris reliquit.* ait Arnold. Vuion. lib. III. lign. vit. pag. ccccxiii. ex Io. Leslæo lib. iv. hist. Scot. Sed vereor ne erret, & cũ Monachum Benedictinũ faciat, qui aliis Episcopus, eo seculo quo acris in Scotia agitabatur de Paschatis celebratione, controuersia. Ipse uiderit. An hic aliquid scripserit incertum.

Claruit domi in Scotia anno Dcxl. Vuion loco laudato. Quo die eius memoria recolatur, nec mihi exploratum.

S. CHVNIALDVS. 265.

S. CHVNIALDVS Presbyter ex Scotia in Germaniam secutus *S. Rudbertum* Salisburgensem Antistitem primum, multum momenti attulit ad populum christianis ritibus imbuendum. Scripsit.

Acta Rudberti magistri. *lib. I.* Anonymus autor vitæ *S. Rudberti* cap. xviii. publicatus ab Henrico Canisio. Tom. VI. Antiquar. lection.

Floruit anno DCXX. colitur sanctus XXIV. Septembr. Discipulus S. Eberhardi in vita Episcoporum Salzburgensium Tom. II. Antiq. lection. pag. cclii.

S. CONGALLVS. 266.

S. *CONGALLVS* Abbas monasterii illius nobilissimi, quod *Halin node* vocarunt, mirabili sanctitate uitæ effulsit præcipuus Virginitatis cultor, & assertor, vt solo attactu multos continentissimos ex dissolute lasciuis reddiderit, vt liber Miraculorum ipsius testatur, quem Patritius Audersonus se vidisse scribit. scripsit.

Trophæa Cruce signatorum *lib. I.* uersu eleganti laudat Fordanus.

Catenam Bibliorum MS. Parisijs. lib.1.

Claruit anno MCXIV. colitur die XII. Maii, templis, ei, variis regni locis, dedicatis. Breuiar. Scotic.

S. COLMVS. 267.

S. COLMVS incomparabili vitæ sanctitate suis præluxit, Episcopus doctissimus Orcadum, qui Romæ consecratus familiaris Benedicto VII. ei sua opera nuncupauit, vt in Indice Maiano. Scripsit.

De inæstimabili Missæ sacrificio. lib.1.

Passionis Dominicæ Mysteria. lib.1.

De conciliis generalibus. lib.1.

Floruit anno MX. colitur præcipua quadam religione, templa Deo sub inuocatione ipsius, varia dicata die VI. Iunii. Breuiar. Scotic.

S. CHRISTIANA. 268.

S. CHRISTIANA, vel *Christina* filia *Agathæ* de qua lib. 1. supra, soror S. *Margaretæ*, monasticam vitam amplexa Buchanan. lib. VII. Hist. Scot. ex eo Iacobus Gretserus commentar. Exeget. Monialem induit. VVestmon. Matth. Paris. Polydor. Virgil. & alii. Scripsit.

Epistolas ad patrem regno pulsum. lib.1.

Claruit anno MLXVII. vide Matthæum Paris ad annum MC. Polydorum lib. IX. Colitur VII. Septemb.

IOANNES CAMPVSBELLVS. 269.

IOANNES *Campusbellus* vernacule *Cammel* nobilissima comitum *Argatheliæ* domo oriundus, *facundo ingenio, & omnibus scientiis accommodato*, & in Academia Parisiensi, ac Bononiensi in Italia, & domi apud suos summa claritudine uiguit. Eum *probatum Autorem* appellat H. Boethius, & in his eum numerat, quos sibi sequendos in patria adornanda proponit. Scripsit.

Scotorum chronicon lib. 1.

Vixit anno MCCLX. Regnante apud Scoto Alexandro III.

S. CALANVS. 270.

CALANVS ex vetustissimis illis Scotis qui rudes populos fidē docuerunt Ioan. Leslæus lib. III pag. CXXII. Hector Boethius lib. VI. Hist. Scot. pag. XCIX, *Inter nostrates eadem fuere tempestate, sacra doctrina pollentes, Amphibalus Antistes, Modocus, Priscus, Calanus, Ferranus, Ambianus, & Carnocus, Dei Cultores, Culdei prisca nostra lingua vulgari dicti, Christi Seruatoris doctrinā omnes per Scotorum regiones concionando, multis piisque sudoribus seminantes*. Nomen ei fortassis à Gymnosophista illo celebri, qui Alexandrum Macedonem secutus *Pyra* se comburendum iniecit vt Plutarchus, Arrianus, Q. Curtius, & alii proditum monimentis reliquerunt; certè enim diu ante hæc tempora Reges nostri Antiquarum historiarum cognitionem inuexerant, & familiaritas cum doctis hominibus, à Ptolomæo Rege ad situm regionis explorandum missis, contracta fuerat. vtcunque se res habet, certè *Calanus* vir præcipuæ dignationis. Scripsit.

Homilias de Sanctis, lib. 1.

Conciones ad populum. lib. 1.

Florebat anno CCCLVIII. Colitur XXVIII. Nouemb.

S. CARNOCVS. 271.

EAdem professione, & virtute *Carnocus* habebatur, cuius memoriam audio in Sutherlandia tanquam sanctitate vitæ clari diu cōseruatam, siue ibi loci natus seu sanctis officiis functus tantum, pro comperto non habeo. Scripta interierunt temporis iniuria. Viuebat anno CCCLVIII, Ioan. Leslæus loco laudato. colitur XV Iunii.

S. CELLACH. 272.

S. *CELLACH* siue *Colleacus*, aut *Coellachus*, ex eorum Scotorum fuit numero qui Euangelij semina in Anglia sparserunt, vel in adultam segetem, & bonam frugem eduxerunt. *Colachus Monachus Huensis* vocatur *Merciorum Episcopus* à Trithem. lib. IV. de Illustrib. viris ordin. S. Benedicti cap. CXLVII. Episcopatum

Con-

Couentria, & *Lichfeildia* secundus administrauit. Malmesbur. lib. IV. gest. Pont. pag. CLXIV. *Diuma, & Cellach, ambo de Scotia.* fr. Godvvinus de Præsul. Anglic. pag. CCCLXIII. *Episcopus Lichfeldensis secundus fuit Cellach, è Scotia, sicuti etiā antecessor, oriundus, annos non multos cū præfuisset deposito sponte Episcopatu rediјt in patriam suam.* Eundem etiam *Lindisfarniæ* antistitem fuisse reperio. Florent. Vvigoru. ad Annum DCLV. *Primus in prouincia Lindisfarorum, & Merciorum, & Mediterraneorum Anglorum factus est Episcopus Duina, Secundus Ceollachus de genere Scotorum.* Vno tantum anno posteriorem eius Præsulatū facit Matth. Vvestmonastariensis. nam anno DCLVI. *Secundus eiusdem prouinciæ Lindisfarorum Episcopus Coellachus fuit, qui relicto Episcopatus officio, ad Scotiam rediјt.* Vvion. lib. II cap XLVI. *Diurnas Monachus Cœnobij in Scotia*, & rursus. *Coelachus, seu Colachus Scotus.* Huntindon. lib. III. pag CXCI. *Diuma successit Coellet, qui ad Scotos, vnde venerat, rediјt.* Sub huius vt existimo, Pontificatum exorta illa de Paschate celebrando disceptatio, quam disertè Vvigorniensis refert in XXX. annum ab Episcopatu à Scotis in Mediterranea Anglia erecto. Itaq. pro sæculi illius modulo. Scripsit.

De Paschate celebrando.	*lib.* 1.
De Petri prærogatiua.	*lib.* 1.
De Concordia Ecclesiastica	*lib.* 1.
Meditationes.	*lib.* 1.

Claruit anno salut. DCLVII. quo tempore; aut vbi obierit, non deprehendi, suspicor tamen in Scotia quo cōcesserat autores laudati testantur supremum obijsse diem. Colitur XIV. Februarij.

S. CANDIDVS. 273.

S. *CANDIDVS* Presbyter in Scotia natus, vbi Cœnobium est dictum *Sedes animarū*, in tenera pueritia missus ad Lindisfarnensem Insulam, & Monachum induit, & Præceptorem habuit S. *Higbaldum* Scotum, indeque vt Religiosorum mos est translatus Melrosiam S. *Alcuino* Scoto se totum addixit, cum quo in Gallias profectus ingentem famam retulit à pietate, & literatura. Sed inde in Scotiam remissus ad Monasterium Lindisfarnēse regressus est,

vt S. Alcuinus Epist. ad Flauium Demetam scribit, cui etiam in Scotia agenti quosdam Commentarios suos S. *Alcuinus* dedicat. Scripsit. *Epistolas ad Alcuinum magistrum* lib. 1. Reliqua opera, *Danis* Insulam illam Scoticam deuastantibus, & & Bibliothecam incendentibus, perierunt.

Claruit anno DCCXC. Colitur XVI. Ianuar.

IOANNES CVRRAR. 274.

IOANNES *Currar*, siue *Currerius* domo Banfiensis, sed insigni militari fortitudine Regi *VVilhelmo* charus, cū recepisset Northumbriam Rex *Currerio* data prouinciæ administratio, itaque ille Regio nomine prouinciam lustrauit, ac circumiens in Cōmentarios retulit vires ciuitatum, atque populorum, qui bello inseruire possent multitudinem, ut faceret quoddam veluti *Summariū*, aut *Breuiarium* Regionis, vt vocat Suetonius in Augusto, titulum operi fecit.

De septuaginta, & octo munitis Castellis Northumbriæ Comitatus. lib. 1.
De possessoribus eorum continua serie. lib. 1.
De officio limitum Præfecti. lib. 1.
Epistolæ ad VVilhelmum Regem. lib. 1.

Floruit circa annum Mcclxx.

S. COLVMBANVS. 275.

S. *COLVMBANVS*, & iste ab alijs diuersus ætate, & vitæ conditione, nam post illos multis annis uixit, & cum illi monasticæ se vitæ tradidissent, hic Episcopus cū *Thomiano*, *Chromano*, *Dimano*, & *Bathano* Coepiscopis, Scoticam Ecclesiam regebat, cum orta est illa perniciosa, de celebrando Paschate inter Scotos, & Brittannos, quæstio, vt habetur in decretis Honorij I cap. XIX. tom. III. Concilior pag. LXIII. Scripsit.

Epistolas ad Hilarium Archipresbyterum, Ioānem Primicerium, Ioānem Diaconum, Ioannem seruū Dei, S. R. E. locum seruantes, & alios, vt Boethius memorat lib. ix. hist. Scot. pag. CLXXVI.
De Paschate celebrando. lib. 1.

Flo-

Floruit anno DCLXVI. Ioan. Lesleus lib. IV. pag. CLIX.

S. COMINIVS. 276.

S. *COMINIVS* Discipulus *S. Colũbani* memoratur a Iona Abbate Scoto in vita eiusdem sancti cap. XIII. *Quatuor insigni religione viros per quatuor messis angulos disponit, puta Cominium, Eunocum, atque Atquananum ex genere Scotorum, quartum Guorganum natione Britonem* cum magistro ex Scotia seu Hibernia egressus, è Luxouio cũ eodem à sicarijs expulsus Turones, Aureliam, Nannetes, Parisios lustrauit, cũ eo Luxouium redijt, in Heluetios venit, in Italiam descendit. Scripsit.

Acta Beati Patris Columbani magistri. *lib.* 1.

Floruit anno DCLXVI. Sanctis adscribit Martyrologiũ Angliæ colendum die XVI. Octobris.

S. CAILTANVS. 277.

S. *CAILTANVS* socius eiusdem *Columbæ*, & discipulus celebri nomine audit apud *S. Adamannum* Scotum vita eiusdem sancti cap. XVII lib. I. vbi *cellæ præpositus* vocatur. Nec alibi de eo legere memeni quicquam, quod sciam, nisi quod Bruni collectanea eum in Sutherlandia Abbatem fuisse ferant. Scripsit.

Meditationes *lib.* 1.

Floruit anno DCVI. Sanctum nonnulli faciunt. Colitur XIII. Mart. Reg.

S. CATALDVS. 278.

S. *CATALDVS* Scotus ortu, in Knapdolia, monasterio sancti *Philani* educatus, & quia natus in Scotiæ Montanis quæ Hiberniæ nomen habuerunt, ideo à nonnullis Hibernus audijt, sed vita eius diserte in Iona Scotorum insula natum prodit, quæ extat M.S in Ambrosiana Bibliotheca, vt ex literis R.P. *Georgij Archãgeli Leslei* Capucini, apparet. præterea in præfatione ad successionẽ Ecclesiæ Dunkeldensis Alexander Millus Canonicus, ait hunc sanctum in Duncaledoniensi tractu, & Dumblanensi diu munia Epi

ſcopalia obijſſe, idque probat ex Actis ibidem MSS. & ex Verecundo Presbytero, verum eſt, poſtea, ritu gentis recepto, traieciſſe in Hiberniam, atque ibi aliquandiu ſubſtitiſſe, exindeque & ex Inſulis, aut ex Anglia XII. comites ſibi adſciuiſſe, ut Apoſtolicum opus aggrederetur, ac tum quidem hoc comitatu ſanctiſſimorum virorum collecto, iterum redijt in Scotiam, & Liſmoræ Euangeliũ explicare cæpit. Philip. Ferrar. IIX. Martij in SS. Italiæ, qui maxima eius miracula ibidem habet, vt & Ghinius, & Petrus lib. IV. Catalogi cap. CXLIV. vt, cum natus eſſet marmor capite percuſſiſſet, lapis tenello capiti ceſſit, mollior cera, recepitque capitis figuram, tum matrem ex dolore partus exanimatam, eodē in loco amplexu ſuo ad vitam reuocauit, duos infantes à morte ſuſcitauit, leproſos mundauit, ac demum à ſancto *Petro* in ſomnis monitus, in Italiam profectus, Tarenti factus Epiſcopus, & viuus, & mortuus glorioſis miraculorum actibus apparuit. Dicere autē eum Hibernum ortu, eſt omni hiſtoriæ Eccleſiaſticę luce deſtitui, nam nec tunc quidem, nec cētum triginta annos poſtea, vllus Catholicæ fidei Hirlādiæ radius illuxit, ut ex uita ſancti *Patricii* Scoti apparet, qui primus illius gentis anno CCCXCI. Apoſtolus cōuerſionem tētauit: viderint ergo viri docti, quomodo *Cataldus* vir adeo Apoſtolicus inter Ethnicos naſci, nec deinde in fide inſtrui, quæ illi toti genti ignota, potuit? Scotum ergo fuiſſe oportet, & id ratione firmum, etſi autores deeſſent. Scripſit vir ſanctus.

Homilias ad populum.	*lib.* 1.
De viſionibus ſuis.	*lib.* 1.

Floruit anno CCCLXI. qui annus eſt, ut puto, depoſitionis, colitur diebus IIX. Martii. Ferrar. & IIX. & X. Maii. Ghin. Acta Eccleſ. Tarentinæ. De ſanctis Scotis Italicarum ciuitatum patronis Excellentiſſimus Galeottus Picus Mirandulæ princeps.

Lux tenebras, aurum plumbum, ſic Scotia Iernen
Vincit, doctrinæ, relligione, viris.
Clara etenim Innocuo pietas eſt Romula primo,
Tu Bonifaci iſto clarus in orbe nites.
Cyriacus decorat ſedem, atque exornat eandem,
Multi alii proceres, purpureique patres.
Inde Tarentinis pergit radiare Cataldus,
Donatus Lupios frater, & inde docet.

Inde

Inde Columbanus Bobii fundamina iecit,
Casta Fluentina Brigida in vrbe sonat.
Fæsula ab Andrea, & Donato lumina ducunt.
Sancte Fauentinos Aemiliane beas.
Et Gunifortis Ticinum corpore gaudet,
Clara domus Pliui, te Gunibalde canit
Dempstero Veneti assurgunt, & bella loquuntur
Parthenopes, Scotos, martia corda, duces.
Lanea sus, celebris dira olim clade Rauenna,
Laudem horum Tarrus sanguinolentus habet.
Hos sanctos fortesque simul colit Ausonis ora.

S. CHRISTIANCIA. 279.

S. *CHRISTIANCIA* Vrsulanarum virginum vna, mirando modo Colonia in monasterium Cistertiense translata, vt Cæsarius Monachus scripsit lib. IIX. cap. XXCV. nec plura de hac Diua Scota. Passa martyrium anno CDLIV.

S. CLEOMATA. 280.

S. *CLEOMATA* & ipsa Vrsulæ comitum vna, cum diu nesciretur locus suæ sepulturæ, ipsa euidenti reuelatione indicauit, & ut decenter transferetur, cum duabus socijs, effecit: demum cum in eo monasterio Cistertiensium negligenter asseruarentur sacra eaiũ pignora, redierunt Coloniam, ut cum miraculis retulit Cæsarius loco laudato.

Cæsa est anno eodem. sed diem translationis incertum reor, uti & præcedentis.

S. COLVMBANVS. 281.

S. *COLVMBANVS* abbas Benedictinus alius ab ijs, quos suprà descripsi, nam in Scotia semper vixit, & à seueritate silentii, & disciplinæ vocatus *Reclusus*. Scripsit.

Pias sententias. versu. *lib.* I.

Annus incertus. colitur die XIII. Februarii. Io. Molanus in Natal. sanctorum Belgii.

S. COLVMBANVS. 282.

S. *COLVMBANVS* dignitate illo superior, nec sanctorum operum gloria inferior, Episcopatum gessit Longiniensem, sed vbi locus ille, in Scotia, an alibi, quærant alii, nam ego non reperio, nõ mo-

do non in Scotia, sed ne vllibi quidem terrarum, nisi forte sit *Longouicũ* cuius meminit Anonymus noster Scotus in notitia vtriusque Imperij, & oppidum est hodie nobile in Episcopatu Dunelmensi in confinio Scotiæ, vulgo *Langceaster*, nescio itaque an hic locus ille sit, & *Longouicensis* legendum sit: Certe S. *Adamannus* Scotus lib. II. de vita sanctæ *Columbæ* eum nominat, tanquam virum Episcopatu dignum, & primitiuæ apud Saxones Ecclesiæ præsulem, quapropter auguror hunc nostrum vnum ex successoribus sancti *Aidani* Scoti fuisse in Anglici populi institutione, sed coniectura tantum est.

Floruit circa annum DCLX. dies eius cultus incertus, & soli Deo notus.

S. CONLEATVS. 283.

S. *CONLEATVS* Episcopus Scotus ex Keldeorum genere, sed ut eo seculo consuetum, nulli certæ sedi illigatus, familiarem eũ sanctæ *Brigidæ* virgini facit in illius vita Cogitosus Nepos. de quo nihil ultra cognitum. Claruit circa annum DXX.

S. CONSTANTIA. 284.

S. *CONTANTIA* ex Scotia S. *Vrsulam* secuta, cum ea virginitatẽ Deo vouit, terreni sponsi amplexus fugit, Romam profecta, inde Coloniam secundo Rheno delata, vna cum alijs virginibus, magna ex parte Scotis, ab Hunnis dira barbarie, Christo immolata. Martyrolog. Canis.

Passa est, & colitur eodem anno CDLIV. & die XXI. Octobr.

S. CHVVILDA. 285.

S. *CHVVILDA* Martyr, & virgo Scota, amore Dei peregrina, post Gallias, Germaniasque lustratas maxima sanctimonia apud Boios substitit, una ex sancti *VVilibrordi* Scoti discipulis, ferunt eam Monasterio præfectam, & sancto *Bonifacio* Scoto Germaniarum Apostolo familiarem, tempus certe id patitur, & Hagiologi Germani id asseruint, ex qbus VVolfang. Lazius lib. VII. Migration. Gent. pag. ccxxxIX. Scripsit.

Medi-

Meditationes super Passione Domini. lib. I.

Florebat anno DCCXXXIV. dies incertus.

S. CONNALLVS. 286.

S.CONNALLVS Scotus Monachus sancto *Columbæ* se iūxit ex Insulis in Albionem venienti, nec diu post monasterio Diuini Ruris ab eodem Sancto constructo præfectus summa continētia vixit, vt erat illud seculum Deo placens, nec aliud Sanctorum feracius temere iudicarim. Scripta *Connalli* perierunt.

Florebat in Scotia anno DCIX. colitur die II. Iunij.

S. CORBICANVS. 287.

S.*CORBICANVS* monachus, ac Presbyter Scotus zelo Domus Dei incensus, ad populorum conuersionem animum intendit, & cum S.*Adalgiso* Scotia egressus, in Belgium se contulit, vbi inter gentis illius Apostolicos viros numeratur, vt ex vita S. *Adalgisi* docemur. Scripta interierunt.

Peregrinabatur anno DCLI. vt ex Sigeberto clarum. colitur die XXV. Iunij.

S. CYRIACVS. 288.

S.*CYRIACVS* vir summi nominis Episcopus Scotus, & Martyr: hic enim Romæ Cardinalis agebat, cum S.*Vrsula* virginea cum legione eo venit, & *quia erat ex eius patria*, ut loquitur Catalogi autor Petrus lib. IX. cap. XXCVII. ideo cum illa Martyrij desiderio feruens, Coloniam se contulit, vbi optatam diu palmam percepit, cū virginibus cæsus. Errat vero Petrus Equilinus, nup loco laudato, qui eum Pōtificem Maximum, & Ecclesiæ caput fuisse scribit, & insuper in Petri Cathedra sedisse anno vno, mensibus decem, diebus viginti, cum non sit verisimile eum, vt ille ait, *quia Cardinalibus, & Clero inuitis decessit erasum* Pontificum *albo:* non est, inquam, verisimile, quia historica Ecclesiastica non memorat vllum ad eam sedem electum, sponte discessisse, præter S. *Petrum* Coelestinorum

Constantinus hic noster censendus, cuius gloriosæ reliquiæ Coloniæ claustro RR. PP. Augustinianorũ, vt habet Cratepolius SS. German. pag. XLII. scripsisse videri potest aliquid, sed ne apices quidem supersunt. Passus est anno CDLIV. colitur xxi. Octobr.

GVL. CARRIVS. 291.

GVLIELMVS *Carrius*, seu *Carus* nobili in Scotia stirpe oriundus, diu peregrinatus. Roma rediuit in Anglia aliquantisper substitit, vbi misertus illius populi à Danis infidelibus adeo misere oppressi, scripsit quędam, quæ postea in illius gentilium manus cùm deuenissent, perierunt, vt ex Foxio hæretico Personius Iesuita ostendit alicubi.

Historia Cariana. *lib.* 1.

Hæc historia scripta videtur anno DCCCCXL.

THO. CONFERENVS. 292.

THOMAS *Conferenus* Canonicus Regularis Augustinianus in Insula Maia professus, vir magna nobilitate seculi, nec minore in literis merito, clarissimum cui sui iubar, frater *Rudolphi* illius *Confereni*, quem *Eduardus* I. Anglię rex cum numeroso exercitu contra Scotiam miserat, vt narrat Polydorus Virgilius lib. XVII. hist. Angl. sed *Thomas* patriæ amans, suasit sæpe fratri ne infestis armis patriam parentesque impeteret, itaque varia eruditione insignis scripsit hæc, quorum ex Indice Maiano nomenclatura.

Epistolas ad Rudolphum fratrem. lib. 1. *Contra Bachonem. lib.* 1.
De Mathematicis. *lib.* 1. *Optica.* *lib.* 1.

Viuebat anno MCCCXX. nõ fuit cum aliis viris doctis Scotiæ ablegatus ab *Eduardo* tyranno, quia tum ille Romæ erat, negotia ordinis sui procurans, & sero domum rediit.

ROB. CALDER. 293.

ROBERTVS *Calder* Scotus vnus è nobilissimis Academiæ Parisiensis Doctoribus, rector erat cum ingens ea cõtrouersia inter scholares, & ciues accidit tempore *Philippi* Regis primi, itaque causam suorum grauiter suscepit, scribens.

De causa scholarium ad Regem Philippum. *lib.* 1.

Viuebat anno MCC. acta nationis Germanicæ Parisijs. huius discordiæ meminit historia Gallica, & insuper Houedenus part. 11. Annalium pag. CCCCLVII.

IACOBVS CVRLAEVS. 294.

IACOBVS Curlaus presbyter Societatis Iesu patre Scoto in Belgio natus, qui Reginæ Mariæ à secretis, & epistolis fuit; hic vero in Hispaniis diu professus philosophiam, Theologiam, ac literas humaniores, vir Scotiæ, & Belgij lux ingens, ac fama, cui Scoti cum multam grati animi significationē exhibuerimus, plura debebimus, quod facultates suas amplissimas fratri suo *Hippolyto* reliquerit, atque eas ille Societatem etiam ingressus, nostro Duaci Collegio assignarit. Scripsit Iacobus, vt à multis accepi.

Controuersias Theologicas. lib. 1. *Dramata lingua Hispanica. lib.* 1. quæ Rex ipse Hispanus spectauit.

Obijt anno MDCXV. Tales surculos ieiuna Hirlandiæ arbos non producit.

ALEX. CRAGIVS. 295.

ALEXANDER *Cragius* Bamfiensis mediocri loco natus, sed claro ingenio, Gallias vidit, vt audio. & Angliam, nec bene ei cum sectarijs cōuenit, plurimum vero relligioni orthodoxæ facet, nā scripsit. *Monachus, & adolescens* siue *biuiū Herculis, lib.* 1. argumento ab Xenophonte petito. Viuit adhuc Bamfiæ.

GEORG. CONAEVS. 296.

GEORGIVS *Conaeus* perantiqua, & imprimis nobili stirpe natus, quæ per varias, frequentesque affinitates illustribus Gordoniorum, Lelsæorum, Setoniorum, Cheynæorum familijs iuncta tandem dedit Patricium Achryi Longo sanguinis iure dominum, virum Catholicæ Religionis professione, & fortitudine clarissimum; cuius industria, & virtus in mirabili illa trecentorum Equitum Catholicorum contra decem millia hæreticorum peditum Bellereneßensi victoria, bis ipso in conflictu mutato equo magnum ad hostium internecionem momentum attulit. Georgius filius parentibus ob emicantes etiam in infantia ad virtutem omnem, & probitatem scintillas præ cetera prole amatus, penè puer ad capiendum ingenii cultum ad exteros missus, in Belgio Duaci, vbi decurso philosophiæ stadio egregiam elegantis ingenij ex publica concertatione laudem reportauit. In gallis Lutetiæ, in Italia Romę, & Bononię omni liberalis doctrinæ genere animum seriò subegit. Dumque Bononiæ esset illectus Constanti supra adolescentis ætatem grauitate Mirandulæ

Dux

Dux, vnico filio, & principatus hæredi studiorum, morumque magno ambitu adsciuit formatorem, & ducem, admiratusque canam prudentiam de retinendo apud se, ornandoque perpetua aliqua, & lauta fortunarũ conditione Conæo sæpè cogitauit. Eo in secessu complurium virorum cùm natalibus, tum literarum cognitione inclytorum amicitiam sibi Conciliauit, in queis familiarissimè est vsus illo Nestore Hercule Rondinellio, & ab eo vehementer æstimatus. Ne uerò sine fructu, & linea tempus illud laberetur, aliquot viridibus, adhuc, & herbescentibus annis opuscula canæ eruditionis, & consiliorum plena est meditatus: inter quæ eminet, institutio Principis ex adytis prudentiæ, & pietatis dictata, luculentum, certum que animi ad rerum magnarum tractationem nati argumentum: & velitatio, siue Prolusio aduersus Scotorum hostes, edita Bononiæ absente auctore, titulo Præmetiarum, quam epigraphen adscripsere amici homines suam sententiam sequuti. Cùm autem vitæ genus ecclesiasticum sibi proposuisset Conæus, nec aulam sæcularem ei cogitationi idoneum esse intelligeret, adulta iam æstate anni MDCXXIII. maximo æstu ita volente Deo Romam venit, statimque in Illustrissimi Cardinalis Montis alti familiã admissus ita se generosissimo Principi probauit morum suauitate, & compositione, vt post menses sex moriens honestissimo Legato Conæum auxerit: qui Patrono orbatus in amicitiam Illustrissimi D. Francisci Barberini, Maphæi tunc Cardinalis, nunc Vrbani VIII. Pontificis Opt. Max. fratris filij se penetrauit qui Conæi consuetudine delectatus, statim admoto Ecclesiæ clauo patruo inter primos in familiam suã volente Pontifice vocauit: quo ipso tempore dedit publico, dicauitque nouo Principi, Historiam de Serenissimæ Scotorum Reginæ & Martyris Mariæ Steuartę vita: quæ vt conspecta, publicataque fuit, tantoperè doctis, prudentibusque placuit, vt non defuerint, qui in linguam Italicam verterit vnus, alter vniuersam narrationem politissimis versibus hetruscis includeret clarissimus vir, & tersissimus Poeta Franciscus Braciolinus. Maximam isto scripto expectationem apud omnes excitauit maiora olim præstandi: atque nunc præ manibus habet, De Religionis apud Scotos in hunc vsque diem statu compendiosam historiam, quam te-

ducem ex Gallia, vbi Principi suo Illustrissimo Legato Barberino admodum vtilem operam nauare dicitur, editurum speramus. Scripsit ad hæc, Panægyricos, Poemata varia, vt est ingenio ad prosam, versumque orationem fœcundo, & facili.

THOMAS CARCART. 297.

THOMAS *Carcart* Scotus ex Cataphractorum ductore in Belgio factus franciscanus ad regulæ obedientiam uixit, & in Dei mandatis excessit: vno quidem cingulo discinctus; sed meliori donatus, Scripsit.

De militie spirituali. 2 lib. 1.

Obijt Antuerpiæ anno. MDCXII.

GEOGIVS CAMERARIVS. 298.

GEORGIVS *Camerarius*, seu Calmer adolescens doctissimus, post studiorum cursum in scotia completum lutetiam venit, quo doctior, & melior fieret, & cum alterum annum ibi in Literarum Regina Vrbe substitisset, Hierosolymes iter intenditvs verum cum inidoneo anni tempore in Italiam descendisset, Bononiam adpulit, indeque Patauium, Catplum orientalem expectaturus: sed diu virtus illa, & solida, maiorque ætate doctrina latere apud populum sagacissimum non potuit; nam exlatebris extractus in apertam lucem publicæ literarum humaniorum professioni est admotus; inuitantibus, & adnitentibus clarissimis, & illustrissimis viris Dominico Molino Senatore Veneto annonæ III. Viro Paulo Leonio Patricio Patauiensi. I. C. Comitum Schinellæ, & Manfredo, de Comitibus, Alexandro Synclytico Patritio Cyprio C. Octauio Liuello Equite Sanmarciano I. C. & V. Clar. Roberto Sperancinio Pisaurensi Philologo. Qua in statione ita se Camerarius gnauiter, gerit, vt omnium spem, ex pectationemque raræ eruditionis magnitudine, & elegantia longè transgrediatur.

Scripsit ad Illustrissimum Molinum:

Eclogas.	lib. 1.
Epigramata de variis rebus.	lib. 1.
Pro Scotia contra Ptechogenem.	lib. 1.

Viuit ad huc professione inclytus primo adolescentię flore, Græcè, & latinè doctus, versu, & prosa bonus.

Y THO.

THOMAS CARNIGILLVS. 299.

THOMAS *Carnigillus* Scholæ Aberdonensis præfectus, vir litteratissimus, primæ meæ Iuuentæ institutor. Scripsit.

Poematum libros, & Iusti Lipsii de Constantia libros in linguam Scoticam transtulit.

Obijt anno MDCII. hostis hæreticorum.

IACOBVS CARMICHEL. 300.

IACOBVS *Carmichel* Hadintoniensis Cræcè, ac latinè doctrissimus. Scripsit.

Dictionarium Græcolatinũ Scoticum. lib. 1. opus infiniti laboris, & recõditę disquisitionis, quod Thomas Thomasius Anglus vili pretio ab illo emit, & suo nomine publicauit. Et cum ille fide data, iureiurando interposito, silentium promisisset, res vulgata ab iis, qui chartas in musæo ipsius autographas uidissent.

Vixit adhuc Hadintoniæ in Scotia hæreticus, sed catholicus obiit, à *Patricio Andersono* Societatis Presbytero absolutus.

IOANNES CAMBRON. 301.

IOANNES *Cambron* eloquentissimus bonas artes Galliis diu celebri nomine professus, vir maximus in dubiè futurus, si catholicã fidem hæresi prætulisset. Scripsit.

Orientalium linguarum collationem. *lib.* 1.

Hebraicos quosdam autores latinè vertit. *lib.* 1.

Vixit Salmurii patrię ornamento: nunc audio Parisiis orthodoxam fidem professum, ac Glacsuæ agere.

B. CLAVDIA. 302.

B. CLAVDIA Romano cognomento assumpto *Ruffina* dicta insignis, Romæ Poetria, sub Imperium Domitiani M. Martialis. Coqus lib. XI. Epig. LIV.

Claudia cæruleis cum sit Ruffina Britanis
Edita quam latię pectora plebis habet.
Quale decus formæ, Romanam dicere matres
Italides possent, Atides esse suam.
Di benè quod sancto peperit fæcunda marito
Quot sperat generos, quotque puella nurus.
Sic placeat superis, vt coniuge gaudeat vno,

Et

dius Corrozetus cap. VII. Antiq. Parisiens. pag. XLV. Paul. Merula. Cosmograph. part. II. lib. III. cap. XXI. id contigisse anno DCCLXXI. Franc. Belforestus autor pag. LXXXI. sed vereor ne cũ errore XX. annorũ. Neq probo *Zabarellæ* Cardinalis, aut *Petri* Anchorani I C. sententiam, qui Academiam *Parisiensem* erectã volunt ad eius, quæ iam Romæ erat Archetypum, cum eo sæculo omnes literæ silerent, neque vlla publici iuris schola. De *Claudio* Trithemius de scriptoribus Ecclesiasticis. *Claudius monachus ordinis sancti Benedicti, discipulus quondam Bedæ in Anglia, & Collegi Albini leuitæ, & Abbatis, natione Scotus, vir in diuinis scripturis valde exercitatus, & eruditus, & secularis doctrinę non ignarus, carmine exercitatus, & prosa.* Extrema deinde senecta ob sapiētię summam opinionem creatus est Episcopus Altissiodorēsis in Gallia anno DCCLXI. vt numerat Demochares. Anton. Posseu. Apparat. sacr. Tom. I. pag. CCCXXI. D. *Claudium Scotum Alcuini collegã in fudenda Academia Parisiensi* vocat, & *Episcopũ XXXI. Altissiodorensem* vocat Arnold. Vuion. in Adiunctis ad lignũ vitæ successor *Gilliani*, decessor *Adulfi* Chronicō Altissiodorēse Anonymi à Nicolao Camuzat editum pag. *LXVII. Scotum* vocat diserte Sangaliensis Monachus lib. I. de gest. Caroli Magni *in secularibus, & in sacris disciplinis incomparabiliter eruditum.* Et inde prima editio Cōmmētarij *in Epistolas Pauli ad Galatas* procurata ex Biblioth. *Petri Pesselieri* Cœnobitæ Altissiodorensis, cui præfixa hæc erant. *Claudii Episcopi Alcuini quondam, cum sub venerabili Beda, tum in fundatione Academię Parisiēsis Collegæ Commentarij.* Elegãs est testimonium de hoc, & multis aliis nostratibus apud Paulum Langium monachum Bosnauiensem in Chronico Citizensi ad finem. *Si ordinis nostri sancti, & deuotissimi Patres Columbanus, Gallus, Kilianus, Bonifacius, Vvillibrordus, Ludigerus, & pares suis in monasterijs resedisset, quis Austrasiorũ? quis Francosum? quis Gallorum? Baiariorum, Vvindelicorum, Doringorum Saxonum Hessorum, Frisonum gentes ad Christi fidem conuertisset? si denique ordinis nostri præstantissimi, præsertim Augustinus, Mellitus, & Iustus magni Gregorii Papæ discipuli, c Alquinus,* corrupte: legendum enim est, *si Alcuini si Beda, Robanus, Strabo, Marianus, Claudius, Lãbertus, & similes domi mãsissent, quis Angliã,*

Scotiam,

Scotiã Hiberniãq́ fidei rudimentis prædicãdo imbuisset? quis insuper in Gallia almificam,& famatissima illam Parisiensem vniuersitatẽ instituisset? quis potentissimum, nobilemq in Francia Episcopatum illum Herbipolensem fundasset? quem vtique D. Burchardum primum eius Ecclesiæ præsidem, sicuti,& Parisiensem Academiã Alquinum, lege ut supra *Alcuinum nostri ordinis Patres fundasse certissimum est*. Eius sunt à Trithemio,& Gesnero polita.

In quinque libros Moysis. *lib.v.*
In Iudicum. *lib.1.*
In Ruth. *lib.1.*
In Diui Pauli Epistolas, *lib.1.* M.S. Casini.
Vuion, qui opus illud, loco laudato, Longobardicis literis extare prodit Scamno V.
In Iosue. *lib.1.*
Matthaus, seu Euangelistarum concordia. lib.1.
In Psalterium *lib.1.*

Floruit sub *Achaio* Scotiæ Rege,& *Carolo Magno* Franciæ Rege anno DCCXCI. obijt vero anno DCCC. vel Dcclxvi. die XIII. Calend. April. Vuion ibidem loci.

CLAVDIVS CLEMENS ALTER. 304.

EAdem gente,& cognomine *Claudius Clemens*, sed paulò serius SS. Theologiæ studia non vulgariter excoluit illustri loco natus, charus *Ludouico* Pio Imperatori, cuius expeditionis in Normanos susceptæ meminit in præfatione ad Epistolam D. Pauli ad Galatas: à quo *Episcopus Taurinensis* in Peden ontio consecratus, male de Cruce sensit, contraque eum librum edidit Ionas Episcopus Aurelian. Vvigornien. anno DCCCLXII falso eum præcedenti confundũt tom. IX. bibliothec. SS. Patrum Theologi Colonienses: nam ætas non qaudrat,& si quædam scripta eodem sint argumento suscepta,& titulo eodem emissa: hic tamen tempore posterior fuit,& cum ille in Galliis, hic in Italia sanctè agebat. Ioan. Maior. lib. II. hist. Scot. cap. XIII. imperitè etiam eos confundit. Inter latinos Poetas eum Lilius Giraldus Ferrariensis ponit. Eius sunt.

Sententia quadam Theologica. *lib.1.* cõtra quas scri-

 psit

ſcopalia obijſſe,idque probat ex Actis ibidem MSS. & ex Veremundo Presbytero,verum eſt,poſtea,ritu gentis recepto,traiecisſe in Hiberniam,atque ibi aliquandiu ſubſtitiſſe,exindeque & ex Inſulis,aut ex Anglia XII.comites ſibi adſciuiſſe,ut Apoſtolicum opus aggrederetur, ac tum quidem hoc comitatu ſanctiſſimorum virorum collecto,iterum redijt in Scotiam,& Liſmoræ Euangeliũ explicare cæpit.Philip.Ferrar.IIX. Martij in SS. Italiæ,qui maxima eius miracula ibidem habet,vt & Ghinius,& Petrus lib.IV.Catalogi cap.CXLIV.vt,cum natus eſſet marmor capite percuſſiſſet,lapis tenello capiti ceſſit,mollior cera,recepitque capitis figuram,tum matrem ex dolore partus exanimatam,eodẽ in loco amplexu ſuo ad vitam reuocauit,duos infantes à morte ſuſcitauit,leproſos mundauit,ac demum à ſancto *Petro* in ſomnis monitus,in Italiam profectus,Tarenti factus Epiſcopus,& viuus, & mortuus glorioſis miraculorum actibus apparuit. Dicere autẽ eum Hibernum ortu,eſt omni hiſtoriæ Eccleſiaſticę luce deſtitui, nam nec tunc quidem,nec cẽtum triginta annos poſtea, vllus Catholicæ fidei Hirlãdiæ radius illuxit,ut ex uita ſancti *Patricii Scoti* apparet,qui primus illius gentis anno CCCXCI. Apoſtolus cõuerſionem tẽtauit:viderint ergo viri docti, quomodo *Cataldus* vir adeo Apoſtolicus inter Ethnicos naſci,nec deinde in fide inſtrui, quæ illi toti genti ignota,potuit? Scotum ergo fuiſſe oportet,& id ratione firmum,etſi autores deeſſent. Scripſit vir ſanctus.

Homilias ad populum. *lib.1.*

De viſionibus ſuis. *lib.1.*

Floruit anno CCCLXI.qui annus eſt,ut puto,depoſitionis, colitur diebus IIX.Martii.Ferrar.& IIX.& X.Maii. Ghin. Acta Eccleſ. Tarentinæ. De ſanctis Scotis Italicarum ciuitatum patronis Excellentiſſimus Galeottus Picus Mirandulæ princeps.

Lux tenebras,aurum plumbum,ſic Scotia Iernen
Vincit, doctrinæ, relligione, viris.
Clara etenim Innocuo pietas eſt Romula primò,
Tu Bonifaci iſto clarus in orbe nites.
Cyriacus decorat ſedem,atque exornat eandem,
Multi alii proceres,purpureique patres.
Inde Tarentinis pergit radiare Cataldus,
Donatus Lupios frater,& inde docet. Inde

Inde Columbanus Bobii fundamina iecit,
Casta Fluentina Brigida in vrbe sonat.
Fasula ab Andrea,& Donato lumina ducunt.
Sancte Fauentinos Aemiliane beas.
Et Gunifortis Ticinum corpore gaudet,
Clara domus Pliul,te Gunibalde canit
Dempstero Veneti assurgunt,& bella loquuntur
Parthenopes,Scotos,martia corda,duces.
Lanea sus, celebris dira olim clade Rauenna,
Laudem horum Tarrus sanguinolentus habet.
Hos sanctos fortesque simul colit Ausonis ora.

S. CHRISTIANCIA. 279.

S.*CHRISTIANCIA* Vrsulanarum virginum vna, mirando modo Colonia in monasterium Cistertiense translata, vt Cæsarius Monachus scripsit lib. IIX. cap. XXCV. nec plura de hac Diua Scota.
Passa martyrium anno CIↃLIV.

S. CLEOMATA. 280.

S.*CLEOMATA* & ipsa Vrsulæ comitum vna, cum diu nesciretur locus suæ sepulturæ, ipsa euidenti reuelatione indicauit, & ut decenter transferetur, cum duabus socijs, effecit: demum cum in eo monasterio Cistertiensium negligenter asseruarentur sacra earũ pignora, redierunt Coloniam, ut cum miraculis retulit Cæsarius loco laudato.
Cæsa est anno eodem. sed diem translationis incertum reor, uti & præcedentis.

S. COLVMBANVS. 281.

S *COLVMBANVS* abbas Benedictinus alius ab ijs, quos suprà descripsi, nam in Scotia semper vixit, & à seueritate silentii, & disciplinæ vocatus *Reclusus*. Scripsit.

Pias sententias versu. *lib. I.*

Annus incertus. colitur die XIII. Februarii. Io. Molanus in Natal. sanctorum Belgii.

S. COLVMBANVS. 282.

S.*COLVMBANVS* dignitate illo superior, nec sanctorum operum gloria inferior, Episcopatum gessit Longiniensem, sed vbi locus ille, in Scotia, an alibi, quærant alii, nam ego non reperio, nõ mo-

do

do non in Scotia, sed ne vllibi quidem terrarum, nisi forte sit *Longouicũ* cuius meminit Anonymus noster Scotus in notitia vtriusque Imperij, & oppidum est hodie nobile in Episcopatu Dunelmensi in confinio Scotiæ, vulgo *Langceaster*, nescio itaque an hic locus ille sit, & *Longouicensis* legendum sit: Certe S. *Adamannus* Scotus lib. II. de vita sanctæ *Columbæ* eum nominat, tanquam virum Episcopatu dignum, & primitiuæ apud Saxones Ecclesiæ præsulem, quapropter auguror hunc nostrum vnum ex successoribus sancti *Aidani* Scoti fuisse in Anglici populi institutione, sed coniectura tantum est.

Floruit circa annum DCLX. dies eius cultus incertus, & soli Deo notus.

S. CONLEATVS. 283.

S.*CONLEATVS* Episcopus Scotus ex Keldeorum genere, sed ut eo seculo consuetum, nulli certæ sedi illigatus, familiarem eũ sanctæ *Brigidæ* virgini facit in illius vita Cogitosus Nepos. de quo nihil ultra cognitum. Claruit circa annum DXX.

S. CONSTANTIA. 284.

S.*CONTANTIA* ex Scotia S. *Vrsulam* secuta, cum ea virginitatẽ Deo vouit, terreni sponsi amplexus fugit, Romam profecta, inde Coloniam secundo Rheno delata, vna cum alijs virginibus, magna ex parte Scotis, ab Hunnis dira barbarie, Christo immolata. Martyrolog. Canis.

Passa est, & colitur eodem anno CDLIV. & die XXI. Octobr.

S. CHVVILDA. 285.

S.*CHVVILDA* Martyr, & virgo Scota, amore Dei peregrina, post Gallias, Germaniasque lustratas maxima sanctimonia apud Boios substitit, una ex sancti *VVilibrordi* Scoti discipulis, ferunt eam Monasterio præfectam, & sancto *Bonifacio* Scoto Germaniarum Apostolo familiarem, tempus certe id patitur, & Hagiologi Germani id asseruint, ex qbus VVolfang. Lazius lib. VII. Migration. Gent. pag. CCXXXIX. Scripsit.

Medi-

Meditationes super Passione Domini. *lib.* I.

Florebat anno DCCXXXIV. dies incertus.

S. CONNALLVS. 286.

S. CONNALLVS Scotus Monachus sancto *Columbæ* se iūxit ex Insulis in Albionem venienti, nec diu post monasterio Diuini Ruris ab eodem Sancto constructo præfectus summa continētia vixit, vt erat illud seculum Deo placens, nec aliud Sanctorum feracius temere iudicarim. Scripta *Connalli* perierunt.

Florebat in Scotia anno DCIX. colitur die II. Iunij.

S. CORBICANVS. 287.

S. *CORBICANVS* monachus, ac Presbyter Scotus zelo Domus Dei incensus, ad populorum conuersionem animum intendit, & cum S. *Adalgiso* Scotia egressus, in Belgium se contulit, vbi inter gentis illius Apostolicos viros numeratur, vt ex vita S. *Adalgisi* docemur. Scripta interierunt.

Peregrinabatur anno DCLI. vt ex Sigeberto clarum. colitur die XXV. Iunij.

S. CYRIACVS. 288.

S. *CYRIACVS* vir summi nominis Episcopus Scotus, & Martyr: hic enim Romæ Cardinalis agebat, cum S. *Vrsula* virginea cum legione eo venit, & *quia erat ex eius patria*, ut loquitur Catalogi autor Petrus lib. IX. cap. XXCVII. ideo cum illa Martyrij desiderio feruens, Coloniam se contulit, vbi optatam diu palmam percepit, cū virginibus cæsus. Errat vero Petrus Equilinus, nup loco laudato, qui eum Pōtificem Maximum, & Ecclesiæ caput fuisse scribit, & insuper in Petri Cathedra sedisse anno vno, mensibus decem, diebus viginti, cum non sit verisimile eum, vt ille ait, *quia Cardinalibus, & Clero inuitis decessit erasum Pontificum albo:* non est, inquam, verisimile, quia historica Ecclesiastica non memorat vllum ad eam sedem electum, sponte discessisse, præter S. *Petrum* Cœlestinorum

Constantinus hic noster censendus, cuius gloriosæ reliquiæ Coloniæ claustro RR. PP. Augustinianorũ, vt habet Gratepolius SS. German. pag. XLII. scripsisse videri potest aliquid, sed ne apices quidem supersunt. Passus est anno CDLIV. colitur xxi. Octobr.

GVL. CARRIVS. 291.

GVLIELMVS *Carrius*, seu *Carus* nobili in Scotia stirpe oriundus, diu peregrinatus. Roma reduxit in Anglia aliquantisper substitit, vbi misertus illius populi à Danis infidelibus adeo misere oppressi, scripsit quędam, quæ postea in illius gentilium manus cùm deuenissent, perierunt, vt ex Foxio hæretico Personius Iesuita ostendit alicubi. *Historia Cariana* lib. 1.

Hæc historia scripta videtur anno DCCCCXL.

THO. CONFERENVS. 292.

THOMAS *Conferenus* Canonicus Regularis Augustinianus in Insula Maia professus, vir magna nobilitate seculi, nec minore in literis merito, clarissimum ęui sui iubar, frater *Rudelphi* illius *Confereni*, quem *Eduardus* I. Anglię rex cum numeroso exercitu contra Scotiam miserat, vt narrat Polydorus Virgilius lib. XVII. hist. Angl. sed *Thomas* patriæ amans, suasit sæpe fratri ne infestis armis patriam parentesque impeteret, itaque varia eruditione insignis scripsit hæc, quorum ex Indice Maiano nomenclatura.

Epistolas ad Rudolphum fratrem. lib. 1. Contra Bachonem. lib. 1.
De Mathematicis. lib. 1. *Optica.* lib. 1.

Viuebat anno MCCCXX. nõ fuit cum aliis viris doctis Scotiæ ablegatus ab *Eduardo* tyranno, quia tum ille Romæ erat, negotia ordinis sui procurans, & sero domum rediit.

ROB. CALDER. 293.

ROBERTVS *Calder* Scotus vnus è nobilissimis Academiæ Parisiensis Doctoribus, rector erat cum ingens ea cõtrouersia inter scholares, & ciues accidit tempore *Philippi* Regis primi, itaq; causam suorum grauiter suscepit, scribens.

De causa scholarium ad Regem Philippum. lib. 1.

Viuebat anno MCC. acta nationis Germanicæ Parisijs. huius discordiæ meminit historia Gallica, & insuper Houedenus part. II. Annalium pag. CCCclvII.

IACOBVS CVRLAEVS. 294.

IACOBVS *Curlaeus* presbyter Societatis Iesu patre Scoto in Belgio natus, qui Reginæ Mariæ à secretis, & epistolis fuit, hic vero in Hispaniis diu professus philosophiam, Theologiam, ac literas humaniores, vir Scotiæ, & Belgij lux ingens, ac fama, cui Scoti cum multam grati animi significatione exhibuerimus, plura debebimus, quod facultates suas amplissimas fratri suo *Hippolyto* reliquerit, atque eas ille Societatem etiam ingressus, nostro Duaci Collegio assignarit. Scripsit Iacobus, vt à multis accepi. *Controuersias Theologicas. lib.* 1. *Dramata lingua Hispanica. lib.* 1. quæ Rex ipse Hispanus spectauit.

Obijt anno MDCXV. Tales surculos ieiuna Hirlandiæ arbos non producit.

ALEX. CRAGIVS. 295.

ALEXANDER *Cragius* Bamfiensis mediocri loco natus, sed claro ingenio, Gallias vidit, vt audio. & Angliam, nec bene ei cum sectarijs conuenit, plurimum vero relligioni orthodoxæ fauet, nã scripsit. *Monachus, & adolescens* siue *biuiũ Herculis, lib.* 1. argumento ab Xenophonte petito. Viuit adhuc Bamfiæ.

GEORG. CONAEVS. 296.

GEORGIVS *Conaeus* perantiqua, & imprimis nobili stirpe natus, quæ per varias, frequentesque affinitates illustribus Gordoniorum, Lelsæorum, Setoniorum, Cheynæorum familijs iuncta tandem dedit Patricium Achryi Longo sanguinis iure dominum, virum Catholicæ Religionis professione, & fortitudine clarissimum; cuius industria, & virtus in mirabili illa trecentorum Equitum Catholicorum contra decem millia hæreticorum peditum Bellerenessensi victoria, his ipso in con flictu mutato equo magnum ad hostium internecionem momentum attulit. Georgius filius parentibus ob emicantes etiam in infantia ad virtutem omnem, & probitatem scintillas præ cetera prole amatus, penè puer ad capiendum ingenii cultum ad exteros missus, in Belgio Duaci, vbi decurso philosophiæ stadio egregiam elegantis ingenij ex publica concertatione laudem reportauit, In gallis Lutetiæ, in Italia Romę, & Bononię omni liberalis doctrinæ genere animum seriò subegit. Dumque Bononiæ esset illectus Constanti supra adolescentis ætatem grauitate Mirandulæ

Dux

Dux, vnico filio, & principatus hæredi studiorum, morumque magno ambitu adsciuit formatorem, & ducem, admiratusque canam prudentiam de retinendo apud se, ornandoque perpetua aliqua, & lauta fortunarũ conditione Conæo sæpè cogitauit. Eo in secessu complurium virorum cùm natalibus, tum literarum cognitione inclytorum amicitiam sibi Conciliauit, in queis familiarissimè est vsus illo Nestore Hercule Rondinellio, & ab eo vehementer æstimatus. Ne uerò sine fructu, & linea tempus illud laberetur, aliquot viridibus, adhuc, & herbescentibus annis opuscula canæ eruditionis, & consiliorum plena est meditatus: inter quæ eminet, institutio Principis ex adytis prudentiæ, & pietatis dictata, luculentum, certum que animi ad rerum magnarum tractationem nati argumentum: & velitatio, siue Prolusio aduersus Scotorum hostes, edita Bononiæ absente auctore, titulo Præmetiarum, quam epigraphen adscripsere amici homines suam sententiam sequuti. Cùm autem vitæ genus ecclesiasticum sibi proposuisset Conæus, nec aulam sæcularem ei cogitationi idoneum esse intelligeret, adulta iam ætate anni MDCXXIII. maximo æstu ita volente Deo Romam venit, statimque in Illustrissimi Cardinalis Montisalti familiã admissus ita se generosissimo Principi probauit morum suauitate, & compositione, vt post menses sex moriens honestissimo Legato Conæum auxerit: qui Patrono orbatus in amicitiam Illustrissimi D. Francisci Barberini, Maphæi tunc Cardinalis, nunc Vrbani VIII Pontificis Opt. Max. fratris filij se penetrauit qui Conæi consuetudine delectatus, statim admoto Ecclesiæ clauo patruo inter primos in familiam suã volente Pontifice vocauit: quo ipso tempore dedit publico, dicauitque nouo Principi, Historiam de Serenissimæ Scotorum Reginæ & Martyris Mariæ Steuartę vita: quæ vt conspecta, publicataque fuit, tantoperè doctis, prudentibusque placuit, vt non defuerint, qui in linguam Italicam verterent: vnus, alter vniuersam narrationem politissimis versibus hetruscis includeret clarissimus vir, & tersissimus Poeta Franciscus Braciolinus. Maximam isto scripto exspectationem apud omnes excitauit maiora olim præstandi: atque nunc præ manibus habet, De Religionis apud Scotos in hunc vsque diem statu compendiosam historiam, quam re-

ducem ex Gallia, vbi Principi suo Illustrissimo Legato Barberino admodum vtilem operam nauare dicitur, editurum speramus. Scripsit ad hæc, Panægyricos, Poemata varia, vt est ingenio ad prosam, versutamque orationem fœcundo, & facili.

THOMAS CARCART. 297.

THOMAS Carcart Scotus ex Cataphractorum ductore in Belgio factus franciscanus ad regulæ obedientiam uixit, & in Dei mandatis excessit: vno quidem cingulo discinctus; sed melio ri donatus, Scripsit.

De militie spirituali. lib. I.

Obijt Antuerpiæ anno. MDCXII.

GEOGIVS CAMERARIVS. 298.

GEORGIVS Camerarius, seu Calmer adolescens doctissimus, post studiorum cursum in scotia completum lutetiam venit, quo doctior, & melior fieret, & cum alterum annum ibi in Literarum Regina Vrbe substitisset, Hierosolymes iter intendit; verum cùm inidoneo anni tempore in Italiam descendisset, Bononiam adpulit, indeque Patauium. Cataplum orientalem expectaturus: sed diù virtus illa, & solida, maiorque ætate doctrina latere apud populum sagacissimum non potuit; nam ex latebris extractus in apertam lucem publicæ literarum humaniorum professioni est admotus; inuitantibus, & adnitentibus clarissimis, & illustrissimis viris Dominico Molino Senatore Veneto annonæ III. Viro Paulo Leonio Patricio Patauiensi. I. C. Comitum Schinellæ, & Manfredo, de Comitibus, Alexandro Synclytico Patritio Cyprio C. Octauio Liuello Equite Sanmarciano I. C. & V. Clar. Roberto Sperancinio Pisaurensi Philologo. Qua in statione ita se Camerarius gnauiter, gerit, vt omnium spem, expectationemque raræ eruditionis magnitudine, & elegantia longè transgrediatur;

Scripsit ad Illustrissimum Molinum.

Eclogas. lib. I.

Epigramata de variis rebus. lib. I.

Pro Scotia contra Ptochogenem. lib. I.

Viuit ad huc professione inclytus primo adolescentiæ flore, Græcè, & latinè doctus, versu, & prosa bonus.

THOMAS CARNIGILLVS. 299.

THOMAS Carnigillus Scholæ Aberdonensis præfectus, vir litteratissimus, primæ meæ iuuentæ institutor. Scripsit.

Poematum libros, & Iusti Lipsii de Constantia libros in linguam Scoticam transtulit.

Obijt anno MDCII. hostis hæreticorum.

IACOBVS CARMICHEL. 300.

IACOBVS Carmichel Hadintoniensis Græcè, ac latinè doctrissimus. Scripsit.

Dictionarium Græcolatinū Scoticum. lib. 1. opus infiniti laboris, & recōditę disquisitionis, quod Thomas Thomasius Anglus vili pretio ab illo emit, & suo nomine publicauit. Et cum ille fide data, iureiurando interposito, silentium promisisset, res vulgata ab iis, qui chartas in musæo ipsius autographas uidissent.

Vixit adhuc Hadintoniæ in Scotia hæreticus, sed catholicus obiit, à *Patricio Andersono* Societatis Presbytero absolutus.

IOANNES CAMBRON. 301.

IOANNES Cambron eloquentissimus bonas artes Galliis diu celebri nomine professus, vir maximus in dubiè futurus, si catholicā fidem hæresi prætulisset. Scripsit.

Orientalium linguarum collationem. *lib.* 1.

Hebraicos quosdam autores latinè vertit. *lib.* 1.

Vixit Salmurii patrię ornamento: nunc audio Parisiis orthodoxam fidem professum, ac Glacsuæ agere.

B. CLAVDIA. 302.

B. CLAVDIA Romano cognomento assumpto *Ruffina* dicta insignis, Romæ Poetria, sub Imperium Domitiani M. Martialis Coqus lib. XI. Epig. LIV.

Claudia cæruleis cum sit Ruffina Britanis
Edita quam latię pectora plebis habet.
Quale decus formæ, Romanam dicere matres
Italides possent, Attides esse suam.
Di benè quod sancto peperit fæcunda marito
Quot sperat generos, quotque puella nurus.
Sic placeat superis, vt coniuge gaudeat vno,

Et semper natis gaudeat illa tribus.

Balęus Apostata Anglam facit impudenter, & indoctè, vt solet, cum reuera Scota fuerit. Petrus Bandozianus Cestius in Synoptica orbis terrarum Epitome pag. CXXXIX. *Caruleos Britannos* in versu Martialis laudato interpretatur *Scotos*, cum sæpe nomē *Britānorum* diuersum sit ab Anglis, vt in notis ad historiam Belli sacri *Benedicti Accolti* docui.

Hanc Gręcè latinèq. doctissimam. *A. Ruffus Pudens* cum exul in Scotia esset, vt notum Lōginquas relegatis proscribi solitas religiones, in vxorē duxit, causa certe exilij, Christianę pietatis professio. Nam Imperatores Ethnici in lōginquis prouinciis, procul Roma Christianos habitare permittebāt. Cassiod. lib. 1. Tripart. hist. cap. VII. Ita ablegatum pudentem alloquitur Mart. lib. VI Ep. LVII.

Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule triones
Comminus, & Sythici sydera ferre poli.
O *quam penè tibi Stygias ego raptus ad vndas*
Elisia vidi nubila fusca plaga?
Quamuis lassa tuos quarebant lumina vultus,
Atque erat in gelido plurimus ore pudens
Si mihi lanifica ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos vox habetis a Deos.
Sospite me sospes latias reueheris ad vrbes,
Et referes Pili pramia clarus eques.

Qui locus exilii *Pudentis* dici Anglia non potest, vbi aura temperatior, & cœlum clementius, sed Scotia cuius vltimi tractus frigore horrendo infamantur, quod vox *Comminus* appositè denotat. deinde quid vetat locum tentari?

Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule triones
Comminus, & Scotici frigora ferre poli.

Maxime cum Florus vetustissimus Poeta apud Ail. Spartianū in eadem voce deprauatus sit. Ita enim de Adriano.

Ego nolo Casar esse,
Ambulare per Brittannos,
Scythicas pati pruinas,

M.S. meus optimæ notæ in mēbrana oblonga forma disertè prefert.

Ambulare per Britannos

Sco-

Scoticas pati pruinas.

Hanc ergo vti dicebam, Romam reuersus Pudēs legitimo matrimonio sibi iunxit vide Martial. lib. IV. Epigr. XIII.

Nescio quid improbo *Balao* in mētē venerit Hetrusco eū sanguine ortū sine vllo teste, & in Senatorū numerū referre? cū eū in quatuordecim locet Martial. laudatus supra, & lib. I. Ep. XXXII.

Grata Pudens meriti tuleris cum præmia pili.

Quod de tēpore exilii, & nuptiarum cum *Claudia*, certè postea *Senator ab Apostolis Christo in Baptismo vestitus*, ait Martyrolog. Roman. XIX. Maii *innocentem tunicam vsque ad vitæ coronam immaculatè custodiuit.* Eadem Beda, Vsuardus, Ado Treuirens. & alii. Meminit eius Diuus Paulus epist. II. ad Thimothæum cap. IV. in fine, & in eius ędibus D. *Petrum* Apostolorum Principem Romæ primum diuersatum cōstans ab antiquitate fama persuasi. Barō. ad locum Martyrolog. laudatum liberos autem peperit *Pudenti Claudia* tres sanctos *Nouatum, Pudētianam, Paxedem.* De quibus suis locis hoc operere, nec vero Personius eam Anglā facit, imo ꝓbat in conuersione Anglicana non potuisse esse Anglam, & Scotā facit V. cl. Andreas Marianus Lucēsis Doctor, ac professor Bononiæ Philosophiæ, in literis hisce nostris longe versatissimus, is ergo in Ruinis Romæ lib. III. epig. *XXXIV.* sic ad Pontificem Vrbanum VIII. loquitur.

Tu Romane Pudens, tu Scota Claudia gentis.
Pontifici primum panditis hospitium.
Fortunati ambo quorum domus hospita Petro
Tutus erat portus Nauis Apostolicæ.
Claudia vestalis numen, nauemque recepit,
Capis nauiculam Claudia, Petre tuam.

Scripsisse autem Claudia dicitur.

Epigrammata. *lib.* I.

Florebat anno salut. XCIII. aut præter propter eam etiam inter matronas laude continentiæ clarissimas numerat Plutarchus lib. de coniug. Præcept. ad finem.

S. CLAVDIVS. 303.

S. *CLAVDIVS Alicuini* Scoti collega cognomento *Clemens* in Academiis Parisiensi, & Ticinensi erigēdis operā nauauit. Ægydius;

dius Corrozetus cap. vii. Antiq. Parisiens. pag. XLV. Paul. Merula. Cosmograph. part. ii. lib. iii. cap. xxi. id contigisse anno DCCLXXI. Franc. Belforestus autor pag. LXXXI. sed vereor ne cũ errore XX. annorũ. Neq probo *Zabarellæ* Cardinalis, aut *Petri* Anchorani IC. sententiam, qui Academiam *Parisiensem* erectã volunt ad eius, quæ iam Romę erat Archetypum, cum eo sæculo omnes literæ silerent, neque vlla publici iuris schola. De *Claudio* Trithemius de scriptoribus Ecclesiasticis. *Claudius monachus ordinis sancti Benedicti, discipulus quondam Bedæ in Anglia, & Collegi Albini leuita, & Abbatis, natione Scotus, vir in diuinis scripturis valde exercitatus, & eruditus, & secularis doctrinę non ignarus, carmine exercitatus, & prosa.* Extrema deinde senecta ob sapiẽtię summam opinionem creatus est Episcopus Altissiodorẽsis in Gallia anno DCCLXXI. vt numerat Demochares. Anton. Posseu. Apparat. sacr. Tom. I. pag. CCCXXI. D. *Claudium Scotum Alcuini collegã in fudenda Academia Parisiensi* vocat, & *Episcopũ XXXI. Altissiodorensem* vocat Arnold. Vuion. in Adiunctis ad lignũ vitæ successor *Gilliani*, decessor *Adulfi* Chronicõ Altissiodorẽse Anonymi à Nicolao Camuzat editum pag. *LXVII. Scotum* vocat disertè Sangaliensis Monachus lib. I. de gest. Caroli Magni *in secularibus, & in sacris disciplinis incomparabiliter eruditum.* Et inde prima editio Commẽtarij *in Epistolas Pauli ad Galatas* procurata ex Biblioth. *Petri Pesselieri* Cœnobitæ Altissiodorensis, cui præfixa hæc erant. *Claudii Episcopi Alcuini quondam, cum sub venerabili Beda, tum in fundatione Academię Parisiẽsis Collegæ Commentarij.* Elegãs est testimonium de hoc, & multis aliis nostratibus apud Paulum Langium monachum Bosnauiensem in Chronico Citizensi ad finem. *Si ordinis nostri sancti, & deuotissimi Patres Columbanus, Gallus, Kilianus, Bonifacius, Vuillibrordus, Ludigerus, & pares suis in monasterijs resedissẽt, quis Austrasiorũ? quis Francorum? quis Gallorum? Baiariorum, Vuindelicorum, Doringorum Saxonum Hessorum, Frisonum gentes ad Christi fidem conuertisset? qui denique ordinis nostri prestantissimi, præsertim Augustinus, Mellitus, & Iustus magni Gregorii Papæ discipuli, & Alquinus,* corrupte: legendũ enim est, *si Alcuini si Beda, Robanus, Strabo, Marianus, Claudius, Lãbertus, & similes domi mãsissent, quis Angliã,*

Scotiam,

Scotiã Hiberniã fidei rudimentis prædicãdo imbuisset? quis insuper in Gallia almificam,& famatissima illam Parisiensem vniuersitatẽ instituisset? quis potentissimum,nobilemq. in Francia Episcopatum illum Herbipolensem fundasset? quem vtique D. Burchardum primum eius Ecclesiæ præsidem,sicuti,& Parisiensem Academiã Alquinum, lege ut supra *Alcuinum nostri ordinis Patres fundasse certissimum est*. Eius sunt à Trithemio,& Gesnero posita.

In quinque libros Moysis. *lib.V.*
In Iudicum. *lib.1.*
In Ruth. *lib.1.*
In Diui Pauli Epistolas, *lib.1.* M.S. Casini. Vuion,qui opus illud,loco laudato, Longobardicis literis extare prodit Scamno V.
In Iosue. *lib.1.*
Matthaus,seu Euangelistarum concordia. lib.1.
In Psalterium *lib.1.*

Floruit sub *Achaio* Scotiæ Rege,& *Carolo Magno* Franciæ Rege anno DCCXC1.obijt vero anno DCCC. vel Dcclxv1. die XIII. Calend. April. Vuion ibidem loci.

CLAVDIVS CLEMENS ALTER. 304.

EAdem gente,& cognomine *Claudius Clemens*,sed paulò serius SS.Theologiæ studia non vulgariter excoluit illustri loco natus,charus *Ludouico* Pio Imperatori,cuius expeditionis in Normanos susceptæ meminit in præfatione ad Epistolam D.Pauli ad Galatas:à quo *Episcopus Taurinensis* in Pedemontio consecratus, male de Cruce sensit,contraque eum librum edidit Ionas Episcopus Aurelian.Vvigornien.anno DCCCLX11 falso cum præcedenti confundũt tom.IX.bibliothec.SS.Patrum Theologi. Colonienses:nam ætas non qaudrat,& si quædam scripta eodem sint argumento suscepta,& titulo eodem emissa:hic tamen tempore posterior fuit,& cum ille in Galliis,hic in Italia sanctè agebat. Ioan.Maior.lib.11.hist.Scot.cap.X111.imperitè etiam eos fundit. Inter latinos Poetas eum Lilius Giraldus Ferrariensis ponit. Eius sunt.

Sententia quadam Theologica. *lib.1.* cõtra quas scri-

 psit

psit Dungalus, vide quæ notauit Papyrius Massonus I.C.

In D.Matthæum. *lib.*III.quem primus exposuit Baronius tom.X.Annal.

In Pentateuchum. *lib.*V.

In Capita Iudicum. *lib.*I.

Enarrationes in Ruth. *lib.*I.

Super Psalterium. *lib.*I.

In omnes Epistolas Pauli. *lib.*I.

De Euangelistarum concordia. *lib.*XIV.

Memoriale Historiarum. *lib.*I.

Summa quædam. *lib.*I.

Homilia. *lib.*I.vt Bostonus tradidit.

Claritudo præcipua anno DCCCLXV.sed quando obierit, aut ubi non reperi.

CLEMENS VI. 305.

CLEMENS VI.& si ortu Lemouix, tamen inter Scotos meos iure reponetur ex Scotichronico lib.VI.cap.XLV. *Hic Papa Clemens VI.descendit lineäliter de Maria Comtissa Bononiæ, filia S. Margaretæ* Regina, *& Malcolmi Regis Scotorum.* Hoc nolui omissum, qui bona fide res Scotiæ meæ disquiro, & honorificos laudis non fictæ titulos ei comparo. Consulenda hist. Eccles.

Sedit annis. Electus est anno.

S. CADVCANVS. 306.

S. CADVCANVS illustri Comitum de Galvveia sanguine in Scotia natus, filius *Fergusij*, frater *Othredi*, cum diu bonis literis incubuisset in Academia Oxoniensi, quæ omnibus Scotis, & Hibernis, ut dixi non minus, quam Anglis communis erat, & confirmat Clementina *de Magistris* lib. V. ex decreto Concilii Viennensis sub Clemente V. inde extractus ad Banchorensem sedem vacantem vocatus diu eam piè, & moderatè administrauit, sed regiminis pertæsus d. relicto honore in Scotiam remigrauit, & se in mona-

naste-

nasterium *Tunglandiam* à patre suo non ita pridem fundatum abdidit, religiosæ quietis cupidus, ubi Cistertiensem habitum assumpsit, & sanctissimum in eo finem est consecutus. Delirat eruditionis omnis antiquariæ rudissima bellua Ioannes Pitsæus cũ suo Lelando, quem nunquam uidit, aut uerius cum Balæo improbitatis omnis Architecto, cuius fœditatis tantum ramenta colligit, & hunc nostrum Anglum facit, & in Buriensi Cœnobio defunctum vult, cum historia Comitum Galuueiorum, apertè ea quæ posui confirmet Autore Alano Turonense, cuius fragmenta erudita habeo ex cura Richardi Bruni. Sed tota ineptia est Bostoni Buriẽsis, suum professionis locum nobilitare cupientis. Scripsit vero *Caducanus.*

Speculum Christianorum .	*lib.* 1.
Homiliarum.	*lib.* 1.

Viuebat anno MCCXXV. Colitur XX. Ianuar.

C L E M E N S. 307.

PAulò ante horum tempora *Clemens* alius insigni nomine gentẽ suam d:decorabat, qui ea egressus bonarũ artium ergo in Gallias traiecit, indeque in superiorem Germaniam progressus, grauem cum *Bonifacio* ciue suo Moguntiæ Archiepiscopo concertationem suscepit. Cognomen hoc ei fuisse apparet, nam Reuera *Claudius* etiam ei nomen, quem Hæreseos damnat Sebastianus Medices in summa omnium hæresum in verbo *Baptismus*, & in verbo, *Oratio*. Balæus vult illum in Catalogo Hæreticorum censeri à Bernardo Lutzẽburgo, sed abest à codice meo, qui prodiit *Parisiis apud Ioannem Paruum sub signo Lilii* anno MDXXIV. vt suspicer postea incertum à maleuolo quopiam gloriæ nostratium inuido. Eum in senectute resipuisse vult Christophorus Brouuerus, in monasteriũ intrusũ ad Poemata *Rabani* pag. CXVIII. De eo intelligenda sunt ex ea M.S. codice *in Indice Abbatũ Fuldensum Rabanum, & Hattonem Thuronos direxit ad* Albuinũ *Magistrum, gratia liberales discendi artes Brunonem, & Einardum variarum artium doctorem peritissimum Modestum, & Candidum cum aliis ad* Clementem *Scotum grammaticæ studendi gratia: sed*

auro, & argento, coronis, & lucernis, & omnibus bonis locum hunc gloriosè prouexit. Meminit & Vvicelius iunior in vita S. Bonifacii

Progenerans quosdam stygio è fœtore scatentes
Insipidum Albertum, Clementem & finibus ijsdem
Samsonem, Scotos, sinceri dogmatis hostes
Audentes sanæ doctrinæ opponere sancti.

Scripsit super mota controuersia.

In Bonifacium.	*lib.* 1.
De grammatica.	*lib.* 1. vt ex M.S. appa-
ret iam proximè laudato.	
Epistolas ad populares Scotos.	*lib.* 1.
De Eucharistia.	*lib.* 1.

Damnatum uolunt à S. *Zacharia* Pontifice in Synodo Romana anno DCCXLV. obiisse vero putatur DCCL. in Concilio Vercellensi à Leone IX. Pontifice damnatis libris ipsum non fuisse dãnatum prodit Fulgos. lib. 1. cap. 1. de dict. memorabil.

B. CLEMENS. 308.

MVltis post hos seculis *Clemens* Scotus Dominicanus ex Gallia commendante eum ipso S. *Dominico Alexãdro* Regi in Galliis agenti in Scotiam cũ VII. fratribus traiecit, & Beruici Monasterium ordinis sui erexit sub nomine S. *Trinitatis*. Floruit *vir fide & virtutibus plenus*, ait Leander Alberti Bononiensis lib. III. de Vir. Illustr. Prædicator. Egregiè illum à literis, & pietate extollit Philippus Vvolpius lib. II. de Peritorum viror. vitis. Dublini Episcopatum gessisse constat. Stephanus Sampayus in stemmate, & Ioan. Michael. Plodius Bononiẽsis Annalib. Dominicanorum. Scripsit.

Conciones.	*lib.* 1.
Vitam S. Dominici.	*lib.* 1. Fordano teste.
Ordinis sui in Scotiam ingressus.	*lib.* 1.
De peregrinatione ad loca sancta.	*lib.* II.

Florebat anno MCCL. sub *Alexandro* II. Rege Scotiæ. vbi aut quando obiecit, nullus, quod sciam scriptum reliquit. Putant tamen Dublini excessisse, sed ille non Dublini antistes, verum *Dumblani*

in Scotia, vt ex Historia Alexādri Milli alibi fuse. Antonius Senensis Lusitanus Chronic. ord. Prædic. pag. LXVII.

LVDOVICVS CERLEON. 309.

LVDOVICVS *Cerleon* exul in Anglia, præclara ingenii sui monimenta reliquit, nec plura de eo deprehendi, nisi in patriam reuocatum statim excessisse. Eius sunt.

Eduardi Angli tyrannis. lib. 1. Sconanus codex.
Epistolarum D. Pauli explanatio. lib. 1.
Philosophia compendium. lib. 1. quæ vltima duo opera Basilileæ prodierunt.

Viuebat anno MCCCLXIX.

COGITOSVS. 310.

COGITOSVS nobilissima domo ortus S. *Brigidæ Ladinensis*, nepos, & eidem æqualis, ut ipse in fine operis sui innuit. V. Clar. Theodorus Marcilius Monasticæ professionis eū fuisse existimauit, sed nulla probabili ratione. Ignotum erat apud Scotos huius nomen: donec Henricus Canisius è tenebris memoriam quasi fugitiuam retraxit, & publicato opere recidiuatu donauit. Cuius præfationem vide. Meminit Anton. Posseuin. Apparat. sacri Append. II. pag. XXIV. Scripsit.

De vita S. Brigidæ. lib. 1.
Et alia in Bibliotheca Bauarica eius monimenta conseruari audio.

Vixit non anno *MXXIII*. ut viro alioquin docto uisum, sed cum ipsa S. *Brigitta*, æuo scilicet Iustini minoris circa annum DX. sitne nepos ex carne an nomine penes alios sit quæstio.

S. CHRISTIANVS. 311.

S. CHRISTIANVS Monasterii Scotorum D. Iacobi Maioris suburbio Herbipolitano Cœnobiarcha, precibus ab *Embrichone* Herbipolensi Episcopo obtinuit, ut Cœnobium illud in peregrinorum gratiam erigeretur, ut narrant litteræ fundationis eiusdem

Mona-

Monasterii. *Vir magnę religionis, & morum sanctitate integerrimus, sub cuius regimine, donationes multa fidelium huic monasterio pro Dei honore, & S. Iacobi facta sunt*, ait Trithem. in Chronico eiusdem Monasterii. Et paulò post. *Christianus Abbas* II. *vir moribus, & eruditione praclarus cuius vita, & doctrina multos ab iniquitate ad normam iustitia conuertit.* Scripsit.

Ad Embrichonem Episcopum super fundando monasterio Scotis. *lib.* I.

Obiit anno MCLXXIX. sanctum putat relatumque in sanctos Henricus Fitzsimon. & ante eum Io. Fraserius.

CAELESTINVS. 312.

CAELETINVS dicti loci Cęnobiarcha VIII. ordinatus ab *Ottone de Londemburg* Episcopo Herbipolensi. Scripsit.

In minores Prophetas. *lib.* I.

Obiit anno MCCXXXIV. Rexit Monasterium annis XI.

CVLDEI. 313.

CVLDEI, seu *Keldei* sacerdotes erant, qui ab assiduis in fide laboribus, sic dicti, idest *Deum timentes.* Vide in Apparatu meo ad hist. Scot. & lib. I. supra in *Auminus*. Ex horum corpore Praesules electi. Scripserunt.

Institutiones ad Clerum, *& populum Scoticum.* *lib.* I.

Floruerunt ab initio fidei à Scotis receptæ anno CCIII. nomen vsq; ad patrum nostrorum memoriam peruenit.

COLVMBANVS. 314.

DVcentis, & amplius post sanctum *Columbanum* annis vixit *Columbanus* alius Hymnographus, cuius est Ode *ad Andream Episcopum de obitu Caroli Magni*, publicata pridem inter Rabani Mauri opera, seu poemata à R. P. Brouuero in ea se nominat.

O Columbane stringe tuas lacrymas
Preces effunde pro illo ad Dominum.

Hic

Hic Scotus fuerit, necne diuinare non sustineo, & solum infirmumque est à nomine argumentum. Vtcunque extincto *Carolo Magno* hymnũ illum scribebat, nam meminit exequiarũ Aquis-grani ei persolutarum circa annum DCCCXIV. sed an hic ad peculium meum spectet, aliorum erit censura. Ego delibero.

GVL. CHEYSOLMVS. 315.

GVLIELMVS *Cheysolmus* nobilissimo sanguine Baronum de *Cromly* ortus, uitæ integritate, morumq. continẽtia clarissimus, XL. iam annis Episcopatum Vasionensem in Auenionensi comitatu regit patriæ ornamẽto, pauperibus vnico solatio. Scripsit.

Confutatio Confessionis Scoticæ. *lib.* 1. prodijt Auenione anno MDCI. laudat Illustriss. Card. Bellarminus Responsione ad librum Regis cap. VIII.

Controuersias fidei. *lib.* 1. opus vt ferunt graue, & eruditum. Ego non vidi.

Sedet adhuc, & Ecclesiam suam piè, fideliterque administrat.

BENEDICTVS CHELYDONIVS. 316.

BENEDICTVS *Chelydonius* Abbas Scotici ad Viennam in Austria monasterii, vir pius, & eruditus, in quem honorifica multorum extant elogia, sed maximè Eckii Theologi, cum quo arcta familiaritate vixit. Scripsit, & vulgauit.

Contra Lutherum Apostatam. *lib.* 1.

Bandini de Rebus Theologicis. *lib.* IV. publici iuris fecit.

Scribebat anno MDXIX.

CORNELIVS. 317.

CORNELIVS cognomento *Hibernicus*, quod in mõtibus Scotiæ natus, quod genus hominum, & olim atque etiamnum hodie *Hiberni*, vel *Hibernienses* uocari soliti. Scripsit.

Historias Scoticas *lib.* 1. Non uidi opus, sed imitari eum Boethius, non uno loco se fatetur. & multa fragmenta ruinæ exortia apud me.

Floruit anno MCLXV.

ALEX.

ALEX. COCBVRNVS. 318.

ALEXANDER *Cocburnus* nobili Comitum Bothuelliorum familia ortus, patrum memoria bonas artes Lutetiæ profitebatur. *Scripsit.*

Academiæ Parisiensis laudes. *lib.* 1.
De fœdere inter Francos, & Scotos *lib.* 1.
De Philosophia Orationem *lib.* 1.

Obiit anno MDIII.

ALEXANDER COCBVRNVS. 319.

ALEXANDER *Cocburnus* alius, & ipse nobilissima familia ortus iuuenis meliorem Europę partem discendi studio peragrauit, proba uita, & amæno ingenio. Laudatur à Poetà Scoto poetarum sui seculi principe. lib. II. Epigrammat.

Omnia quæ longa indulget mortalibus ætas,
Hæc tibi, Alexander, prima iuuenta dedit,
Cum genere, & forma generoso stemmate digna,
Ingenium velox, ingenuumq. animum.
Excoluit virtus animum, ingeniumq. camœna
Successu, est studio, consilioque pari.
His ducibus primum peragrata Britannia, deinde
Gallia, ad armiferos quà patet Heluetios.
Doctus ibi linguas quas Roma, Sion, & Athenæ,
Quas cum Germanè Gallia docta sonat.
Te licet in prima rapuerunt fata iuuenta,
Non immaturo funere raptus obis.
Omnibus officijs vitæ qui functus obiuit,
Non est fas vita de breuitate queri.

Præcocem eius obitum, & acerbum fun us idem deplorat lib. Miscel.

Ingratis vexata hominum natura querelis,
Et sterilis lassis credita visceribus.
Cocburnum in lucem dedit, & rude pignus alendum
Mnemosynes natis credidit, & Sophiæ.

Sors

Sors vbi maturis accessit robur ab annis,
Addidit & dotes ambitiosa suas.
Sed sibi praeferri virtutem irata, doloris
Exegit poenas, vindice morte sui.
Si numeres annos, cecidit florente iuuenta,
Si studia, & mores, & benefacta, senex.

Edidit varia, sed ego tantum vidi.

Itinerarium Galliae sequanicae. lib. 1. prodiit Parisiis.
Heluetiorum mores lib 1. M.S. in Bibliotheca Iacobi Bongarsii.
Elegias. lib. 1. prodierunt Lugduni.

Obiit anno aetatis XXV. Sal. MDLXXII. incertum vbi.

PATRICIVS COCBVRNVS. 320.

PATRICIVS *Cocburnus* gentilis alterius, Lutetiae etiam triũ linguarum peritia inclaruerat, Graecae, Latinae, Hebraicae, ut paucos ea tempestate pares in Europa, ne dum in Gallia haberet. professus est magna fama, & erudite scripsit.

De vulgari sacrae Scripturae phrasi. lib. 1.
De excellentia Verbi Dei. lib. 1.
De peccato in Spiritum sanctum. lib. 1.
Epistolas. lib. 1.
Orationes. lib 1. prima opuscula apud Robertum Grauionem Parisiis prodierunt.

Docebat anno MDLI.

COROVANVS. 321.

COROVANVS Poeta nostras vetustissimus, scilicet ex *Bardorum genere*, de quo locum *Adamanni Coludij* Scoti lib. 1. de sancto *Columbano* Scoto pag. DLVI. *Alio tempore cum sanctus prope stagnũ Cei, iuxta ostium fluminis, quod Latinis Bos dicitur, die aliqua cum fratribus sederet, quidam ad eos Scoticus Poeta deuenit, qui cũ post aliquam recessisset sermocinationẽ fratres ad sanctũ. Cur, aiunt, à nobis regrediente Corouano aliquod suae artis canticum non postu-*

lasti modulabiliter decantari? quibus sanctus, quare & vos inutilia nunc profertis verba? quomodo ab illo misero homucione postularem carmen lætitiæ, qui nunc ab inimicis trucidatus usq; ad finem ocius peruenit vitæ? atque ita in conspectu ille è vestigio interfectus. Nec plura de eo, apud aliũ memini me legere. Eius sunt opuscula.

Carmina varia. lib. 1.
Odæ, & cantica. lib. 1.

Vixit circa annum DC. coætaneus S. *Columbano*, de quo plenè supra.

GILBERTVS CRABBE. 322.

GILBERTVS *Crabbe* celeberrimo per Gallias ingenio, eruditione, lingua, & nomine, laudat impensius Arnoldus Amedelius de Sonis Carmelita Condomensis in Epistolis suis. Edita sunt ab eo.

Terminorum Moralium. lib. 1.
Pro puritate Mariæ. lib. 1.
Ad suos discipulos. lib. 1.

Obiit Burdegaliæ anno MDXX. fuit Prouincialis ord. Carmelitani.

S. CVMENEVS ALBVS. 323.

S. CVMENEVS ab habitu corporis *Albus* vocatur more illi seculo familiari, ut *Brandanus* Niger, *Evvaldi* albus, & Niger, vnus ex primis Benedictinæ familiæ in Scotia monachis, ex Bardorum genere: visitur ei in Iona Insula sacellum prope *Columbkill*, quod putat Henricus Sinclarus æde maiori antiquius esse, quia ipse senex esset, dum S. *Columba* ingrederetur Scotiam. Scripsit.

Sanctorum Genealogias uersu. lib. 1.

Depositus est anno DXC11 colitur 1v. April. meminit sancti Viri S. Adamannus Scotus in vita S. *Columbæ* lib. 111. cap. 1v. vitam eius scripsit S. Euerhardus Abbas in Holmo Cultrain.

CHRYSOSTOMVS CAMBELLVS. 324.

CHRYSOSTOMVS *Cambel*, seu *Campusbellus* Glascuensis integerrimæ vitæ, ac sanctissimi D. *Francisci* ordinis sub nomine

Capu-

Capucinorum socius, in Scotia sua multos labores pro Christi cau sa, imo & vinculorum non semel contumeliam passus, Lutetiæ primas Cathedras concionator tenuit, non minus eruditus, quàm pius, diu apud Austrasiæ Principes versatus, ordini suo in eam regionem aditum patefecit, conuentus Nanceiani, & Mussipontani autor. Scripsit.

Contra Caluinianæ hæreseos principia.	*lib.* 1.
Disputationes cum ministeris solemnes.	*lib.* 1.
Conciones.	*lib.* 1.
Spiritualia quædam.	*lib.* 1.

Viuit adhuc in Belgio vbi *Barones Forbassi*, non ita pridem eundem habitum induti, & vixerunt, & obierunt, quorum maior sanctitate claret, & vita edita hoc titulo *alter Alexis*, non vidi, sed scio editã.

CONRADVS RVFFI. 325.

CONRADVS Ruffi Sterlingensis Dominicanus, *vir literarum diuinarum studiosus, & in scholastica, & peripateticorũ doctrina versatus*, ait Antonius Senensis Lusitanus in Bibliotheca prædicator. Scripsit.

Abbreuiationem Expositionis D. Thomæ in Euangelia.
Homiliam super Euangelium Stabat iuxta Crucem, &c.
Homiliam in illud Euangelij. Extollens vocem mulier quædam. &c.

Florebat Anno MCCCXIX.

THOMAS COLYNGHAMVS. 326.

THOMAS *Colynghamus* Monachus Cistertiensis Parisiis Doctoratus Lauream, antequam Monachum induisset, assecutus, Cõmentarii Sorbonici. eius est opus serium, & graue.

De Eucharistia. MS. in Bibliotheca D. Victoris, & excusum olim Lutetiæ per Ioannem Cheyneum.

Viuebat anno MCCCLXXXVII.

ROBERTVS CREIITHIVS. 327.

ROBERTVS *Creythius*, forte *Kethius* D. *Frãcisci* habitum induit, ordinisque sui ornamentum eruditis,& piis artibus quæsiuit. *Ministeriatus munere bis functus, in sacra Theologia consummatissimus*, ait Franciscus Gonzaga P. III. Relig. Seraph. orig. pagina DCCCXLVIII. Eius est in Belgio edita.

Harmonia Euangeliorum. *lib.* 1.

Floruit anno MCCCXLVII. dixi in Apparatu ad Histor. Scoticã. Sepultus iacet Ipris.

CLEMENS. 328.

CLEMENS Monachus discipulus,& peregrinationũ S. *Mariani* Abbatis in Germaniam socius, fundati etiam nouiter Ratisbonæ monasterii incola, *Vir doctus* vocatur à VVolfgango Lazio lib. VII. de migratione Gent. pag. CCCXII. Scripsit ut audio, in Hũgarica Budæ bibliotheca asseruata, & alibi.

Collectanea ex SS. Patribus. *lib.* 1.
Flores scripturarum. *lib.* 1.
Chronicon Hungariæ. *lib.* 1.

Floruit MCLVIII. Obiit Budæ procurans monasterium.

CANDIDVS. 329.

CANDIDVS Benedictinum monachum in Scotia induit, & sanctum *Marianum* secutus in Germaniam venit, substititque Ratisbonæ, Cœnobio nuper fundato. Scripsit.

Homilias. *lib.* 1.

Claruit anno MCLVIII. VVolfgang. Lazius ibid.

RICHARDVS CORVEIL. 140.

RICHARDVS *Corueil* Decreti doctor,& Archidiaconus Laudoniæ, eo ipso anno, quo ad *Harlavv* pagum cum Scotis Montanis cruenta acie pugnatũ est, fœlicibus auspiciis, primus ius Pontificium in Academia patria *Sanctandreana* profiteri cœpit confluen-

fluentibus vndecunque ad scholæ ornamentum, & viris literatissimis, & Auditoribus modestissimis. Hect. Boeth. lib. XVI. pagina CCCXLIII. Multa scripsit.

Paratitla Decretalium, quæ fatetur se uidisse Henricus Schrimgerus, cuius exemplo idē opus nuper procurauit Alexander Chassanæus Parisinus.
Reductio locorum Decreti Gratiani in Bibliotheca iuridica. *lib* 1.
De Censuris Tractatus. *lib.* 1.
De prescriptionibus in materia beneficiali. lib. 1
De Iudice delegato. *lib.* 1.
In Titulum de foro competenti Commentarius, quem laudat alicubi Eguinarius Baro. *li.* 1.
Orationes. *lib.* 1.

Docere incæpit anno MCCCCXI. quando obierit non deprendi.

DAVID CRANSTOVN. 341.

DAVID *Cranstoun* raræ probitatis, & felicis ingenii, dura & exercita iuuenture, laboriose bonas artes Lutetiæ didicit, ac deinde docuit magna fama. Inter benefactores Collegii *Mōtisacuti* reponitur, quod quæcunque ex honestissimo labore professionis illi obuenerant testamento eiusdem loci pauperibus reliquit, quorsi asper adeo uictus est, ut nulli ordinum S. R. E. Religiosorum disciplinæ Ecclesiasticæ seueritate non certent. Ab eo uidi publicatas Parisiis.

Orationes. *lib.* 1.
Votum ad D. Kentigernum. *lib.* 1.
Epistolas. *lib.* 1.

Testamentum condidit anno MDXII. Iacobus Breullius Antiquit. Parisien. lib II. pag. DCLXXXIX Mentio etiam in actis Rectoriis, & procuratoriis eiusdem Academiæ.

IACOBVS CRICHTONIVS. 342.

IACOBVS *Cricthonius*, siue *Critonius* illustri familia *Clunia* natus in patrio Gymnasio prima musarum stipendia meruit, inde

ut erat uiuaci ingenio, militiam adolescens secutus peregrinã, eius etiam breui conditionis pertæsus, in Italiam literarum domiciliũ, & humanitatis sacrarium concessit, ubi Genua relicta, qua honorario satis amplo inuitatus fuerat, Venetias abiit, eaque ingenii sui, & ad portentum stupendæ memoriæ incredibili ea ætate lectione, & iudicio, monimenta edidit, ut vulgo *miraculum orbis*, & diceretur, & esset. Atque crebrescente secunda illa fama inde euocatus Principis *Mantuani* iuuentuti præpositus, ab eodem nocturnu interfectus, graui Ducis patris dolore, nec minore indignatione: summo uero sui, & apud ciues suos, & Italos saltem æquiores virtutum æstimatores desiderio relicto. Amicos habuit præcipuos *Laurentium Massam* Scriniarium Venetum, *Speronem Speronium*, qui egregiè eum in Epistolis commendat ad eum scriptis, *Aldum Manutium*, qui Paradoxon Commẽtarium illi inscripsisse dignatus. Ab vnico *Traiano Boccalinio* maledicentissimo male exceptus est, sed cum in eo homine scurrilis dicacitas sine ulla eruditionis mixtura sit, honori erit *Crichtonio* nostro à tam imperito uiolari. Sed programma Pataũii ab ipso propositum adducam quo facilius, quanta ingenii præstantia fuerit intelligatur.

Vt ijs qui (virtute veraque animi nobilitate alijs prælucẽntes) bene de virtutis amatoribus sentire cõsueuerũt, gratias agat immortales IACOBVS CRITONIVS SCOTVS *profligatisque, & perditis hominibus, omnem imposterum iactandi occasionem auferat, Errores Aristotelis pene innumerabiles, & omnium latinorum Philosophorum, siue cum de ipsius mente disputant, siue cum res Theologicas attingũt, & nonnullorum quoque Matheseos professorum, somnia refutabit, & ad obiecta respondebit.*

Liberam ad hæc in omnibus disciplinis, siue illæ publicè doceri soleant, siue sapientissimis tantum hominibus peruiæ sint, arguendi occasionem dat.

Responsurus, siue Logicis, & consuetis responsionibus, siue per secretam numerorũ rationẽ, aut figuras Mathematicas, siue per aliquot ex cẽtum carminum generibus, ex proponentium arbitrio.

In DD. Ioannis, & Pauli ade sacra ipso sanctissimo Pentecostes die post meridiem. EXOR-

EXORDIVM SVMET.

Hanc sanè ingenii ostentationem lubentius ferrē, & fidentius prædicarem, quam possem pati iactabūdè ad Scotiæ Reges genus ipsius referendum; nam inane est ea se gentis, aut sanguinis gloria perperam arrogata venditare cum tanta claritudo in tenui fortuna ridicula uideatur, quare ut uerum sit familiam *Cluniam* nobilem esse, ita illud mendacissimum, *Reges* Scotiæ Iacobi Critonii *Maiores* ullos extitisse, quod tamen in Epistola ad Commentarium in laudes Paradoxa liminari asseruit Aldus Manutius, Plus nimio in laudes sanguinis, & familiæ effusus, Hoc ideo plenius ut mortales intelligant, quam insipida sit quorundam nostratium adolescentum elatio, qui se vilescere apud exteros existimant, nisi specioso Regij sanguinis titulo se commendauerint, quod uix unquā à uerè nobili uiro fieri animaduerti. Sed ad rem redeo.

Eius sunt,

Oda ad Laurentium Massam plures. *lib.*1.

Laudes Patauina. *lib.*1. Carmen ex tempore effusum cū in Iacobi Aloysii Cornelii domo experimentum ingenii coram tota Academiæ frequentia non sine multorum stupore faceret.

Ignorationis laudatio. *lib.*1. Ex temporale themā ibidem redditum post sex horarum disputationes, ut præsentes somnia potius fouere, quam rem se ueram uidere affirmarint, aut Manutius.

De Appulsu suo Venetias. *lib.*1. Epos.

Oda ad Aldum Manutium. *lib.*1.

Epistola ad diuersos. *lib.*1.

Præfationes solemnes in omnes scientias sacras, & profanas. *lib.*1.

Iudicium de Philosophis. *lib.*1.

Errores Aristotelis. *lib.*1.

Refutatio Mathematicorum. *lib.*1.

Armis an litera præstent? *lib.*1. Controuersia oratoria.

Vixit anno MDLXXXI. plures libros memoriter tenebat, quam quisquam ea ætate legerat. Felix Astolfus in officina historica pagina CII.

GEOR.

GEOGIVS CRICHTONIVS. 343.

GEORGIVS *Chrichtonius*, seu *Crittonius* eadem gente, sed nõ familia, natus Edimburgi honestis parentibus Parisios uenit, commune scilicet literarum Emporium, cæpitque humaniores literas profiteri in Becodiano, *Galandij* auspiciis anno MDLxxxiv. amæniſſimo, sed parum laborioso ingenio, magna in utraque lingua facundia, bonus prosa, melior uersu, Professor Regius Græcarum in eadem Academia literarum, genti gloriam, sibi diuitias peperit. Eius sunt opera infinita edita. Ego pauca admodum uidi, quæ subiiciam.

Castra Becodiana. lib. 1.

Sortes Homericæ. lib. 1. Actio ex temporalis in Senatu habita, argumento ab Homeri loco sorte aperto desumpto, qua ducum Homericorum uirtutes Senatoribus præsentibus mira eloquentia, ac felicitate applicat, qua etiam Competitores, & in his *Parentium* Parisinum ambitu deiecit.

Cathedra Cameracensis querela. De corrupta Academiæ disciplina, & publicorum professorum uilitate. lib. 1.

Genethliacon Delphini lib. 1.

Emblemata Duci Suillio. lib. 1.

Orationes pro reddendo voto. lib. 1.

Actio forensis cum Richerio, qui in illum Scripsit lib. 1.

Augurium Galliæ faustum, dum ex peregrinatione uotiua Romana rediit. lib. 1.

Præfationes in omnes pœne probos autores Græcos, Latinosque. lib. 1.

Poemata plurima. lib. 1.

Vxorem duxerat *Adami Balcuodai* Municipis Pictauiensis filiam, ex qua nulla prole suscepta, obiit anno MDCXI. die VIII. Aprilis, sepultus ad Dominicanos.

GVLIELMVS CRICHTONVS. 344.

GVLIELMVS *Crichtonus* Societatis Iesu presbyter eruditus, & pius quinquaginta annis Religiosè in eadem Societate transactis,

factis, peregrinando, docẽdo, scribẽdo indefesso labore ciues suos hæresi abdicata Catholicæ Ecclesiæ vnire annisus est vir probissimæ conuersationis etiam a sectarijs iudicatus. Maiestatis Regiæ acerrimus propugnator quippe cum Anglus quidam ei detexisset *Elizabetham* Angliæ Reginam velle se, quacumque ratione è medio tollere, intercessit, & quantum fieri potuit ab incæpto retraxit. Petrus Matthæus lib. VI. hist. Gallic. Narrat. II. Eoque beneficio Regina deuincta cum ille ex itinere Scotico mari interceptus, in Turrim Londinensem conijceretur, è uestigio liberum dimisit vltro confessa non posse improbum esse, cui curæ esset Regia dignitas, & animarum salus. Sileant ergo perditæ hæreticorum voces clamantium à societate in principes sicarios armari, cum hic Iesuita hostium etiam confessione longe ab eo fuerit consilio. Eius sunt.

Excerpta ex SS. *Patribus.* *lib.* I.

In primam partem D. Thomæ. *lib.* I.

Theologia scholastica contra sectarios. *lib.* I.

De legitimo Iacobi VI. Scotiæ regis titulo ad Regni Anglicani successionem *lib.* I. quo libro Louanij scripto, vix periculũ euasit, extra omnes Regis Hispaniæ ditiones relegatus: Pro Hispani vero inidẽ regnũ iure scripsit Robert. *Personius* Iesuita Anglus.

Casus Conscientiæ *lib.* I.

Obijt Lugduni Galliarum MDCXVI. multis annis Collegium Louanii Scotorum rexit.

CORNELIVS A ZIRICHZEA. 345.

CORNELIVS *A Zirichzea* origine Batauus à *Ioanne Maubuerto* Vltramontanæ obseruantiæ Generali, *Eugenio* IV. Pontifice, Rogante *Iacobo* I. Rege, in Scotiam est missus, & Monasterium Edimburgi fundat, sed procedente tempore rebus religionis suæ exigentibus in Belgium cum VI. fratribus reuersus, Antuerpiæ nõ sine maxima Sanctitatis opinione, obijt. Scripsit.

Conciones ad Populum in Scotia. *lib.* I.

Sermones ad fratres ibidem. *lib.* I.

Epistolas ad patres Scotos in Belgio. lib. 1.

Obiit an. M.CCCCXLVII. Frãc. Gonzaga par. III. de orig. Relig. Serap. pag. DCCCXLVIII. & frequens Antuerpiæ eius, piaq. extat memoria.

CHRISTIANVS. 346.

CHRISTIANVS Candidæ Casæ Episcopus concilio Londinē-si celebrato à *Richardo* Cantuariensi Archiepiscopo sub Henrico II. interfuit: Ea enim tempestate Ecclesia Scotica nondum primates suos habuerat Rog. de Houed. Annal. par. II. pag. CCCxx. mox à *Viuiano* S.R.E. Cardinale, & in Scotia Apostolico legato, quod concilio ad Castrum Puellarum indicto interesse noluit sacris interdictus, & à Pontificali officio suspensus, Romam prouocauit. Scripsit,

Acta Concilij Londinensis. lib. 1.

Prouocationis ad Apostolicam sedem rationes. lib. 1.

Floruit anno M.CLXXVII.

S. COLVMBANVS. 347.

S. COLVMBANVS Abbas *Dagami* Episcopi coętaneus fidelem operum ad pacem inter patriam, & Brittanicam Ecclesiam cõciliandam præstitit, vt ex Epist. *Laurentij Iusti, & Melliti* Anglorum Præsulum docemur apud Henric. Huntindon lib. III. Historiar. pag. CLXXXVII. Scripsit.

Epistolas ad Ecclesias Britannicas. lib. 1.

Epistolas ad confratres Scotos. lib. 1.

Floruit anno DXCVII. colitur XV. Octob. videntur eodem tempore duo huius nominis fuisse.

IOANNES CVMINVS. 348.

IOANNES *Cuminus* ex nobilissimo Comitum Buchaniæ stēmate ortus, Banfiæ natus, falsissime inter Anglos reponitur, cum ipse viderim quædam ipsius nuper Parisijs scripta, quibus suorum Popularum causam Pontifici *Luciæ* commendauit in Bibliotheca Pauli Petauij Senatoris Parisiensis. Et Ioan. Fordanus lib. IV. eū

regio

regio sanguine asseueret ortum magna ea propter illo in regno auctoritate viguisse. Archiepiscopus Primum *Dublinēsis* in Hibernia, vbi Ecclesiam D. *Patricio* cōstruxit, vt habent Annales Hibernici, postea à *Lucio* Pontifice Velitris Cardinalis creatur, vt Giraldi Cambrensis auctoritate liquet, Ciaconius, Onuphrius, & alij nullam fecere mentionem eius. Scripsit indubiè multa ego vidi in laudata Bibliotheca.

Epistolas ad Pontifices. lib. 1.

Epistolas ad varios. lib. 1.

Consecratus in sacerdotem Velitris a Lucio III. XIII. Kal. Aprilis Anno M.CLXXXII. Houeden. pag. CCCLI. Creatus est S.R.E. Cardinalis presbiter anno Salut. M.CLXXXIII. ab Ecclesia sua pulsus MCXCVII. Roger. de Houeden Annal. part. II. pag. CCCCXXXIX. Obijt an. M.CCXII. Sepultus Dublinij. Putāt Dublani non Dublini sedisse.

IACOAVS CADANVS. 349.

IACOBVS *Cadanus*, seu *Kid.* honestis Alecti natus parentibus, vir prodigiosæ memoriæ, ac infinitæ, in exhaustæque lectionis, vtraque lingua supra hoc seculum facundus, rara ingenii felicitate, nec minori successu ius publicè Tolose professus cum adolescens Lutetiæ Philosophiam, & litteras humaniores docuisset, ingentē & magnis sumptibus nec minori iudicio comparatam bibiliothecham moriens dimisit, Sacros Codices fratribus Augustinianis, Iuridicos D. *Tarrabello.* Reliquos D. *Reido* ciui suo testamento relinquens. Eius sunt.

In iure ciuili nonnulla. lib. 1.

Poemata varia. lib. 1.

Epistola lib. 1.

Obiit Tolosæ anno M.DCXII.

IACOBVS CHEYNAEVS. 350.

IACOBVS *Cheynaus* nobili familia *Arnagia*, prope Aberdoniam oriundus, Parisiis docuit in Barbarano, tāto applausu vt vnicus haberetur, qui inter seculares Societatis patribus tum maxime flo-

rentibus,componeretur Duaci poftea,& Doctoris, & *Rectoris* onus fuftinuit, vbi feu tutelare nomen,etiamnum celebratur,ad ultimum Neruienfi Ecclefiæ, hodie Pœnitentiarius ingentes, & opinionem maiores cenfus reliquit, quos teftamento Scotorum Lutetiæ vix bene fundato adfignauit Collegio, fed fraude per executores facta,parum pio vfui acceffit. Hic etiam iuuentutem Thomæ Dempfteri honeftis monitis ad virtutem capefcendam accendit; autor, vt triennio Duaci fubfifteret cum iuuenili impetu Parifios cogitaret. Vir erat magna probitate, & iucunda morum, fupra quam credi poffit, fuauitate, nufquam liberalis,nifi cum pia fubeffet caufa. Eius funt.

Orationes Rectoriæ. III.Duaci prodierunt.

Geographia vniuerfi. *lib.*IV.hanc non vidi,vt reliqua, fed fæpe à recentioribus citatur,præfertim à Purchafio Magino,& aliis.

De laudibus Philofophiæ. *lib.*1.

Analyfis in Ariftotelis Logicam. *lib.*1.

Analyfis in Ariftotelis Phyficam. *lib.*1.

Analyfis in Ariftotelis Ethicam. *lib.*1.

Analyfis in Ariftotelis Metaphyficam. *lib.*1.tres priores legi Parifiis excufas an quarta prodierit affirmare haud aufim, ipfe certe promifit.

Epiftola. *lib.*1.

Obiit Tornaci in Neruiis Anno MDCII.

DAVID CHALMER. 151.

DAVID Chalmer, fiue *Camerarius* Aberdonenfis, in Galliis celebri admodum nomine vixit, vir multæ & variæ lectionis, nec inamæni ingenii. Scripfit Gallico idiomate varia. Et in his eft.

Epitome Pontificum, Imperatorem, Regum, rerumque toto orbe geftarum. *lib.*1.

Rerum Scoticarum Synopfis. *lib.*1.

Vixit anno MDLXXII. Laudat Richardus Vitus lib.I.hift. Britan. nota XXXIII. lib.IV.nota.I.lib.VI nota XXVII.

GIVL-

GVILIELMVS CVPERVS. 351.

GVILIELMVS *Cuperus* in patrio sermone facundus, ingenio non inepto ad bonas artes, nisi hęretica illud functione corrupisset, vile Caluini mancipium, os Sathanæ, & impuritas ipsa. Edidit valde multa, vsqueadeo vt dicatur Bibliopolam Londinensem supra modũ operibus suis ditasse. Ad me tituli peruenerunt.

Contra Episcopos. *lib.* 1. In quo ridiculus fuit, dũ toties voce clara illos exagitasset veredis subinde mutatis in aulam Londinum profectus, episcopatum à Rege mendicauit *Gallouidiensem*, & obtinuit, tanta in eo constantia.

Collatio cum Catholico Romano triduo habita super controuersis fidei articulis. *lib.* 1. Ille Catholicus *Thomas Demppsterus* fuit, qui in id certamen Perthi fraude *Clunai Crichtonij* pertractus, dum forte illac parentes inuisurus contéderet; Exitus fuit, vt ille, nec Græcæ linguæ, nec Philosophiæ peritus facilè ridendus ab hæreticis ipsis exsibillaretur tanquam causæ suæ pręuaricator, & exitium à legibus Regni crearet nisi Baro *Oliphantus*, *Ennernettius*, & *Stuarti* Atholiç eius affines eripuissent, sed postea pudore suffusus, quod cum Iurisconsulto non Theologo sibi res fuisset, nomen illius in opere edito publicare erubuit, & malignis deinde apud Regem criminationibus vt potuit nocere studuit.

Audio ineunte hoc ipso anno MDCXX. domi excessiisse: pseudo Episcopus Galloudiæ creatus; cum diu contra Episcoporum causam se exercuisset.

ALEX. COCHRANE. 353.

ALEXANDER *Cochrane* Doctor Theologus Episcopi Brechinensis Vicarius ad Concilium Constantiense profectus, nomi

ne Episcopi, qui tum decesserat, aut verius ipsius sedis, in concilio sedit, vir singularis eruditionis, & summæ moderationis, nec minoris integritatis. Scripsit.

Contra schismaticos. *lib.* 1.
Ad Concilium Constantiense. *lib.* 1.
Pro vero Papa. *lib.* 1.

Viuebat anno Mccccxxxix. hæc ex Ioãne Lundi Canonico Brechinense.

ANDREAS CRICHTONIVS. 354.

ANDREAS *Crichtonius* familia Ennernetia in paucis nobili ortus, laboriosa vita toties Europa lustrata, vir probus. Scripsit post tertiam custodiæ Scotico hæreticæ constantiam.

Excerpta ex Psalmis ad consolationem afflictorum. *lib.* 1.
Preces lingua vernacula. *lib.* 1.

Viuit in Belgio ad D. Virginis Montis Acuti, speratis, & Romæ promissis sacerdotiis excussus.

DAVID CAMERARIVS. 355.

DAVID *Camerarius*, seu *Chalmer*, sacerdos catholicus antiqua, & nobili Fintriæ familia, vir insigni literatura, Græcè, & latinè doctus, uita continenti, ac probatissimis moribus in Galliis, Hispanijs, Italiaque diu versatus, magna modestiæ, & integritatis apud omnes opinione. Scripsit pleraque. In his est.

Lysander, & Lucina. *lib.* 1. Poetica Historia elegantissima, quâ vita spiritualis, speculatiuæ, vt loquuntur, & actiuæ, perfectio continetur. Et habet excursus venustissimos.
In ius Canonicum aliqua. *lib.* 1.

Viuit Romæ patriæ necessarius, omnibus vitę integritate charus.

IOANNES COLVILLVS. 356.

IOANNES *Coluillus* nobilissimo loco natus religiosæ in comitem *Bethunellium* obseruantiæ, illum à Rege proscriptum in Gallias secu-

ſecutus, venia à Rege toties petita nũquam conceſſa, Lutetiæ aliquãdiu hæſit, tum ex animo religionem catholicam amplexus hæreſin bona fide abiurauit, & peregrinationem Romanam magno animo ſuſcepit, maiori compleuit. Scripſit pleraque vt erat amæniſſimo ingenio, ſed ego paucula vidi. In his.

Paraneſis ad miniſtros Scotos ſuper ſua conuerſione. lib. I. Lutetiæ prodiit vernacule.

Capita controuerſa. lib. I.

De cauſa comitis Boethvvellii. lib. I.

Obiit in peregrinatione illa Romana anno MDCVII.

S. CEVILO. 357.

S. *CEVILO* Verdenſis Epiſcopus V. eam tum ſedem Scoti multis annis tenebant Albert. Crantzius lib. II. Metropol. cap. xxx. & ex eo Suffridus Petrus l. 1. de origine Friſonum cap. XV. medecinæ ſtudioſus ſcripſit.

Dubiorum in Hyppocrate locorum explanationem. lib. I.

Lectionem Sacrorum. lib. IV.

Vixit anno DCCCXXVII. hic eſt ex illis Scotis quibus *Carolus Magnus* domita Saxonia *dignitates conceſſiſſe*, ſcribit Philippus Belforeſtus lib. I. hiſt. Carolor. & alii hiſtorici Galli, alter ei Synonimus tum viuebat.

THOMAS CRAGIVS. 358.

THOMAS *Cragius* Edimburgenſis nobili vtriuſque linguæ cognitione imbutus, magna lectionis varietate, iudicio ſummo, comitate mirabili, vt vno verbo dicam, eruditiſſimis criticis, aut iuris conſultis in Europa conferendus. Cuius laudes augere mihi videntur filius *Ludouicus* Equeſtri dignitate in Senatum Scoticũ allectus, frater Regis magnæ Britanniæ, nepos VValliæ principis Medici, ipſe vero ut alter Mecenas, cum ſumma poſſet capeſſere, mediocribus fuit contentus, & aduccationis munus, quam ſuſtinuit feliciter, quam meruit ſubmiſſe. Eius ſunt.

Leges Municipales Scotiæ. lib. VIII.

De Scotorum origine. lib. I.

Equitis Angli refutatio. lib. I.

Epigram-

Epigrammata varia. *lib.* 1.

Poemata,& Eqiftola. *lib.* 1.& alia multa, breui,ut fpero,ab hæredum manibus gentis noftræ bono,& ornamento diem uifura.

Obiit Edimburgi anno MDCVI.

HENRICVS CHARTERIS. 359.

ALEXANDER CRAGIVS. 360.

IOAN. CORNVALLVS. 361.

Nominibus tantum mihi noti, lectis ipforum Poematiis inter congratulantes Regi ob felicem ad Scotos fuos regreffum, nec de illis in præfens aliud habeo,& fcio optimam eorum indolem effe, nifi ab hærefi corrumperetur,quod nollem.

Finis Libri Tertii.



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBERR IV.

S. DAVIR. 362:

S. DAVIDEM hunc *Bangorensem* faciunt Annales Anglici Episcopum. Et Franc. Goduuin. lib. de Præsul. Anglic. pag. DCXLIII. eum male cum altero Dauide confundens, nam ille discendi studio extra patriam peregrinatus, Herbipolensis Academiæ Doctor Henrico V. Cæsari à sacris in Italiam præfectus non videtur in Angliam rediisse, vt tam tenuem Episcopatum susciperet, maximè cum Conradus Licthenau, nec Malmesburiensis, vllam reditus eius in Britanniam mentionem faciant. Henrici IV. Imperator fauebat partibus, Nonæ Frãc. Iureti ad Iuon. Carnoten. epist. CXC. vbi eum *Scotum* vocat, & *Episcopum Bancornensem*. postea accerrime partes Pontificum tuendas suscepit. Eius sunt.

Multa in Theologiam quorum quædam, vt audio MSS. in Bibiliotheca Collegii Benedictini sunt Cantabrigiæ.

Consecratus est Episcopus anno MCXX. quo anno etiam prior florebat in aulam *Henrici* Imperatoris præfectus cum *Matilda* filia *S. Matilde* Scotę Guliel. Malmesbriensis lib. V. *Dauid Scotus Bãcornensis Episcopus, &c.*

S. DAVID. 363.

S. DAVID alius priori longè antiquior Episcopus fuit Meneuensis in Anglia, ac VVallorum Apostolus, cuius etiamnum hodie summa est veneratio apud eam gentẽ ineunte ætate audiuit SS. *Hiltutũ*, & *Paulinum* à quorum lectione X. annis totis S. Scripturæ meditationi incubuit Discipulos aũt habuit maxima ex parte Scotus *Kinotum, Aidauum, Madocon, Ismael, Paternum, & Theliauum*

de quibus nil aliud reperio, nisi quod omnes Ecclesiis regẽdis postea cum pietatis præconio sint Præfecti. XII. Monasteria condidit, Scripturę sacræ codicem semper secũ tulit, Pelagianę hæresis reliquias adhuc serpentes penitus extinxit. Inter cæteros verò ex Scotica gente Apostolicos viros in Anglia sedem proferendę virtutis elegit, & sedem Archipiescopatus ab vrbe *Legionum Meneuiam* transtulit *Arthuro* Rege volente, inauguratusque est Archiepiscopus Giraldo autore, *Anglum* Lelandus facere est ausus, & eum secutus Apostata Balæus, ramentorumque eius ineruditus collector Ioannes Pitsæus, sed falso, reclamant enim, & ciuẽ suum vendicant Annales nostri, & vita eius incerto autore apud Houeden. sed multo magis Henricus Sinclarus ex Gaufrido Meneuẽse id ipsum probat lib. 11. hist. *Amabat Scotos suos, sed raro eos Britannis pratulit.* Eius sunt.

Ad Arthurum Regem Epistola lib. 1. fuit hic portentosæ IV. cubitorum staturæ, & vt falsò volunt eiusdem Arthuri nepos.

Homiliarum in Euangelia.	*lib.* 1.
Contra Pelagianos.	*lib.* 1.
Decreta Synodi VVictoriensis.	*lib.* 1.
De Regula Cœnobitarum.	*lib.* 1.

Vixit annos CXLVI. Præsul est consecratus anno DXXII. sedit annis LXV. vt necesse sit obiisse illum anno DLXXXVII. cum tamen alij mortem eius reiiciant in annum DCI. quod vt verum sit longe ab *Arthuri* æuo aberit. Inter SS. relatus est *Calixto* II. D. post mortem annis. Iniurius est ei perfidus, & impurus Ioannes Foxus cuius ne spiritus quidem purus. colitur 1. Martii Molan.

S. DEVINICVS. 364.

S. *DEVINICVS insignis Sanctitate, vitaque innocentia*, inquit H. Boeth. lib. IX. Hist. Scotic. in fine. Archidiaconus fuit, vt ex Annalib. nostratibus constat, sunt tamen, qui Monachum tantum faciant, & Parisiis Theologiam professum, sed reuera, & suscepit Episcopatum, & susceptum Sanctissimè administrauit, qua tamẽ vrbe, in patria, an alibi, haud facile diuinauerim, Puto tamẽ apud

Scotos

Scotos eo munere functum. Eius sunt.

Epistola II. ad Machorium. lib. I.

De Componendo Regni statu ad Achaium Regem. lib. I.

Ea enim ætate letales inter optimates fouebantur inimicitiæ vix vnquam sedatę citra alterutrius familię internecionem.

Vixit sub *Soluathio*, & *Achaio* Scotiæ Regibus anno DCCCLXXXVII. Colitur die XIII. Nouembris Adami Regii Calendar, & Collectiones Bruni. Templum ei in Pago Banchri ad Diā supra Aberdoniam.

S. DIMAVS. 365.

S.*DIMAVS* S. *Sigenij* discipulus vnus ex illis Episcopis Scotis habetur, qui per totum Regnum nulli certæ Ecclesiæ alligatus populum prædicatione erudiuit, & morum sanctitate ad virtutem attraxit. Vir moribus continentissimus, & Apostolicæ mansuetudinis. H. Boeth. lib. IX. pag. CLXXVI. Eius sunt.

Epistola ad Hilarium S. Romanæ sedis Vicarium lib. I.

Epistola ad Ioannem Primicerium lib. I.

Epistola ad Ioannem S. Sedis Consiliarium. lib. I.

Floruit anno DCLXIV. Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLIX. SS. albo adscriptus Vuion. lib. III. pag. CCCCXIV. colitur XVI. Noueb. Breuiarium Scoticum. reliquiæ ad lacum Leuinij translatæ IIX. Augusti.

S. DONATVS. 366

S.*DONATVS Fesulanæ* Ecclesiæ *Episcopus*, ait Anastasius in Sergio II. pag. CCCLI. diu peregrinatus pietatem, & bonas artes discendi studio, tandē Hetruriā sibi sedē elegit Eremiticæ professionis, quā sibi proposuerat domiciliū futurum. sed diu latere non potuit: extractus enim à monastica quiete, publico Fesulanæ Ecclesiæ Regimini admotus: Nā cū *Andrea* comite Roma redijsset, deprehendit Clerum Fesulanum ingenti dolore consternatum ob mortē Præsulis, qui pridie excesserat, sollicitūque reddiderat de successore designando. Sed ut *Donatus* tēplum ingressus, Cāpanæ omnes sponte sonuerunt, lampades, nullo ignē admouente, diuini-

diuinitus accensæ, uox quoque Cælitus audita. *Donatum Antistitem designandum,* Populus diuinum suffragium magno cōcursu arripiens, eum Pontificijs statim ornamentis ornauit, in quo munere multis gloriosè, sanctèque actis Pauperum pater, libertatis Ecclesiasticæ acerrimus propugnator extitit. Siluan. Razius in vita SS. Hetruriæ pag. CLXVII. Frāc. Cattanius Diacetus in Episcopo Fesulanis. Hic diuorum numero adscriptus die XXII. Octobr. Martyrolog. Rom. Cui magnificentissima Ecclesia erecta *Scopeto,* vt vocant prope Florentiam, quę postea in Prioratum erecta est anno Mccccviii. vt scribit Ioannes Baptista Signius Bononiēsis eo scilicet anno, quo *Scopetinorum* ordo per Stephanum Senensē Augustinianum instituitur, & à Gregorio XII. confirmatur Aubert. Miræus Chron. Scripsit Donatus.

De peregrinatione sua. *lib.* I.
De officio sua Ecclesiæ. *lib.* I.
In sacras Scripturas. *lib.* I. Inauguratus est præsul anno DCCCII. quando obierit non reperi. Studium commendat Diacettus pag. CXL. semper autē, aut scribebat, aut scribenda discipulis dictabat.

S. DOMITIVS. 367.

DE S. *DOMITIO* sufficient verba H. Boethii lib. IX. hist. Scot. pag. CLXVII. *fuere cum eo S. Columba in Albione viri duodecim Christi dogmate insigniter imbuti, sed magis longe sanctissimis decorati moribus, Bathenus, & Cominus, qui post Columbæ exitum monachorum claustris præfecti inter Scotos, haud mediocre Christi Ecclesiæ decus attulere. Cibthacus, & Ethernanus, Columbæ nepotes ex fratre Christi vterque Sacerdos: Domitius Ruthius, & Fethuo, haud parum natalium amplitudine, sed magis longe Religione bene stati: Scandalaus, Eoglodius, Totaneus, Moteferus, & Gallanus, hi viri in Hiberniam transmittente, sedem statuentes in Iona Insula Scotorum Pictorumque regiones pijs lustrando sudoribus, docendo, differendo, scribendo, vtrumq; populum optimis moribus, & religione imbuerunt.* Io. Leslæus lib. iv. hist. Scot. pag. CLII. sanctus colitur Vuion lib. iii. lig. vit. pag. Ccccxiv. Nec alibi plura de *Domitio,* Scripsit.

Scripsit. *Sermones ad fratres.* *lib.* 1.
Sanctæ vitæ Regulam. *lib.* 1.
Epistolas ad Columbam magistrum. *lib.* 1.
Meditationes. *lib.* 1.

Vixit anno DCVI. Ioãnes Leslæus lib. IV. pag. CLII, colitur XXI. Aprilis.

S. DICVLLVS. 368.

S. *DICVLLVS* Presbyter S. *Fursæi* Collega èx Scotia cum in Galliam secutus, *monasterio* ab illo est præpositus, & *curæ animarum*, dum Anachoriticam uitam ille eligens procul à mundi contẽptu, & illecebris secederet. Beda lib. III. histor. eccles. Anglor. cap. XIX. Sanctissimam eius commemorationem facit insignis Ecclesia Peronensis in Morinis, sed quo die, nescio, puta XVI. Ianuarii ipsius, ut & D. Fursæi aliorum etiam omnium, qui cum illo uenerant ex Scotia solemnitatem celebrari. De ijs certe omnibus Beda librum promittit loco laudato, sed non prodiit, uel interijt siquidẽ in ea S. *Fursæi*, quam Surius tom. 1. edidit, uita, ne verbum quidẽ de sociis ipsius. Eius est.

Instructio ad Monachos. *lib.* 1. asseruata religiosa cura Peronæ.

Floruit anno DCL.

S. DYMPNA. 369.

S. *DYMPNA* Regis Hiberniæ filia, à patre suo idololatra amata, aliquandiu in Scotia vixerat, & pietatem imbiberat uirginitatemq; Deo uouerat. An aliquid scripserit, incertum. Passa est eo anno quo Scotia excessit DCCXX. Colitur XV. Maii. Gilbert. Bruni Calendarium.

S. DONORTIVS. 370.

S. *DONORTIVS* Episcopus Murthlacensis magna sanctitatis opinione successit S. *Beano*, qui primus in ea Ecclesia sederat. Hect. Boethius lib XI. hist. Scot. pag. CCXLV. & in lib. de Pontificum Aberdonensium uita, nam Murthlacensis translata est Aberdoniam cathedra. Scripsit Donortius. *Vitam*

Vitam S. Beani antecessoris sui. *lib.* 1.

S. debat anno MXL. quo die colatur non obseruauit, at memoriã eius die *XXI*. Aug. Colitur VII. Aug. & XVI. eiusdem. Reliquiæ translatæ.

S. DONATVS. 371.

S. *DONATVS* Diaconus, alius ab Episcopo Fesulano socius peregrinationis, ac Martyrii S. *Kiliani*, vna cum *Gallone*, *Arnuali*, *Colonato*, si fides habenda sit Anonymo Monacho eruto à Bibliotheca monasterii ordinis Prædicatorum Aichstadii, quem tom. IV. antiquar. lection. pag. DCXLIII. publicauit Henricus Canisius, sed suspectus ille mihi est scriptor, quod communior sit scribentiũ opinio, duos tantum illius martyrii comites fuisse, sed potuit fieri ut plures fuerint, qui ab aliis omissi, ab hoc memorẽtur. Tu uide, Scripsit. *De peregrinatione Kiliani magistri.* *lib.* I.

Claruit anno CDL*XXXIX*.

S. DAVID. 372.

S. DAVID Scotorũ Rex *iure inter diuos numeratus*, ait H. Boeth. lib. XI. histor. pag. CCXLV. *Malcolmi* III. ex S. *Margareta* filius, uaria fortuna cum Anglis bellum gessit pro Northumbria, cuius hæredem in uxorem duxerat, sed pacem postea æquissimis cõditionibus fecit, & sanctissime factam custodiuit; Pauperum causas ne à potentioribus iniuriosè opprimerentur ipse cognoscebat. Monasteria toto regno, censu ac reditibus ampliauit, ditauitque *X*IV. de nouo fundauit, censumque adsignauit IV. Episcopatus instituit; Regnum pacis beneficio florentissimum reddidit. Meminit eius, ut puto, D. Bernardus in uita D. Malachiæ. De eo, Patre, Matre, fratre Malmesburiensis lib V. *Neque vnquam in acta Historiarum relatum est tanta sanctitatis tres fuisse pariter Reges, & fratres maternæ pietatis nectar redolentes*. An aliq̃d scripserit nescio. Obiit Carleoli anno Regno *XXIX*. salut. MCIII. In Petri cathedra sedente *Eugenio* III. Imperatore *Conrado III*. Francorum Rege *Ludouico iuniore*. Celebratur memoria IX. Calend. Iunii Scotichronic. S. Andreæ lib. VIII. cap. I.

S. DI-

S. DISYBODIVS. 373.

S. *DISYBODII* laudes apud Ioannem Leslæum lib. IV. hist. Scot. pag. CLX'. *Hoc tempore Scotia multos doctrinæ abstrusioris cognitione, & sanctioris vitæ laude perinsignes Ecclesiæ peperit, è quibus B.P. Disybodius, Episcopatu abdicato, cum plerisque in Euangelij diffundendi societatem accitis in Alemaniam traiecit, randemque in Fuldēsi monasterio, sede ad reliquum vitæ curriculum piè cōficiendum collocata sanctitate, & singulari quadam probitate est consecutus, vt honores illi pene diuini à populo haberentur.* Arnold. Vuion lib. II. lig. VII. cap. LVIII. *quietis amore, patria, & Episcopatui valedicens, in Germaniam se transtulit, vbi ædificato monastario, in loco, qui ex eius nomine, nunc Mons S. Disybodii vocatur, extitit multorum pater* Monachorum. Eadem pene Ioan. Trithem. lib. III. de vir. Illustr. ord. S. Benedicti. cap. CCLXXXVIII. Eius acta cōscripsit S. Hildegardis Bingensis Abbatissa, vt ipsa agnoscit lib. III. uitæ suæ per Theodorum editæ cap. XXV. vbi hæc. *Vitam, & merita sancti Disybodi conscripsi ab Abbate meo, & fratribus humillima instantia, & deuotione coacta.* prodiit vita ista Louanii, sed nō uidi: ac ne certè quidem affirmare possim in Hibernia, an vero in Scotia Episcopatum ille gesserit. Georgio VVicelio Scotus est lib. VII. cap. LV. Georg. Garnefelt lib. II. vitę Eremitar. cap. xxiix. Eius solemnitatem Ecclesia recolit, uel VIII. die Iulii, & VIII. die Septembris, ut placet Ioanni Molano Addition. Vsuardi. vel die VIII. Iunii, vt vult Arnold. Vuion. Sacrosanctæ sanè illius *reliquiæ reconditæ fuerunt in tumulo lapideo retro altare maius monasterii Montis S. Disybodii.* Dodechinus Abbas in Appendice ad Mariani Chronicum sub annum MCXLIV. Translatio uero eiusdem facta sub *Conone* IV. illius loci Abbate. Idem Dodechinus loco laudato ad annum MCXXIX. & meminit Vuion lib. III. pag. CCCLVIII. Scripta ab eo recenset Trithem. lib. de Script. Ecclesiast. sed non est ad manum Idem in Compēdio Annal. lib. I. pag. LIV. meminit. Eius go vidi opus.

De Monachorum profectu in solitudine agentium. lib. I.

Vixit an. DCLXIV. quo anno Scotiam deseruit regnāte *Malduino*,

seden-

sedente in Petri Cathedra *Vitaliano.* Io.Lesleus,vel anno DCC. Trithem.& Vuion.

S. GEORGIVS DVRÆVS. 374.

S.*GEORGIVS Duraus Abbas Dumfermilensis, Christi hostia effe-ctus,laboris sui pramium vitam aeternam accepit in Calis, & honorem sanctis debitum in terris.* ait Nicolaus Sanderus lib.VII.de visibili Monarchia. Nec tamen de die quo sacram illius memoriā recolat Ecclesia,constat. Nec de scriptis liquet, quare eum inter illos sanctos,quorum natales ignorantur,reposuit Arnold. Vuiō lib.III.lig.uitæ.pag.CCCCXIV.

Passus est anno MDLXI.*XXVII.* Ianuar. Biennio post Beatus ab Apost.sede renunciatus die Aug.VI.

S. DROSTANVS. 375.

S.*DROSTANVS* ait H.Boethius lib.IX.histor.Scot.pag.CL*XXI* Regis *Aidani auunculus, profligatis mundi illecebris monastico contentus instituto,multa sanctitate insignis.* Io.Leslæus eadem libr.IV.pag.CLII.Arnold.Vuion.lib.IV.cap.*XXVI.* An is sit,qui Argadiæ verbum uitę nuntiasse primus ferebatur autore Ioan. Fordano,mihi est inexploratum. Eius laudatur ibidem opus.

De conetmptu Mundi. *lib.*I.

Vixit anno DCVI.sanctus colitur *XIX.* Nouembris Breuiaria Scotica,& consensus Ecclesiarum nostratum.

S. DVNSTANVS. 376.

S.*DVNSTANVS* non sine maxima sanctitatis opinione floruit,priscis illis iure annumerandus, qui Romanæ Ecclesię dignitatem eo in Regno strenuè propugnarunt Ioan. Leslæus lib. IV. histor. Scot.pag.CLIII. *Erant quoque illis diebus in Scotia tres doctrina, & pietate præstantes viri natione etiam Scoti, Hebredus, Dunstanus, & Conuallus, quorum memoria etiam apud Scotos hoc nostro aeuo magna celebritate colebatur.* An scripserit aliquid mihi est imploratum.

Vi-

Vixit an. DCVI. in SS. Album relatus, XXVIII. Ianuar. & XVI. Nouembris die eius memoriam recolit Ecclesia. Arnold. VVion. lib. III. ligni vitæ pag. CCCCXIV. & Calendariũ Iacobi Cheynæi.

S. DONANVS. 377.

S. *DONANVS* Abbas aureo illo Sanctorum seculo, incomparabili vitæ integritate fulsit, baculum hæretici corruperunt, qui circumlatus febri, & morbo regio medebatur. Eius sunt.

Monastica vita Institutum. lib. I.
De S. Trinitatis mysterijs. lib. I.
Regula officij Ecclesiastici. lib. I.

Vixit anno DCXL. Colitur die XVII. April. Breuiar. Scot. patronus in Achterles Thomæ Dempsteri Baronia cuius sanctę reliquiæ eleuatæ XVIII. April. & nundinæ frequentes toto eo tractu.

S. DVTHACVS. 378.

DE S. *DVTHACO* H. Boethij verba sunt lib. XIII. hist. Scot. pag. CCLXXXV. *Tradunt aliqui Duthacum Episcopum sanctissimum regnante Alex. II. vixisse asserentes eũ D Gilberti Cathanensis Epi fuisse pręceptorẽ: Sed alii ipsũ longe hæc tẽpora precessisse scribunt, vtcũque autem se res habet vir fuit omni laude dignissimus, deoque, & hominibus cumprimis acceptus, quod facile ex miraculis quæ viuens ac mortuus in nostram vsque ætatem edidit, constat. coluntur verò summa veneratione Reliquiæ eius in Rossia vbi, & sepultus est, oppido Thana.* Idem Boethius descript. Scotiæ pag. IV. ubi Deuthacum vocat. Hic etiam, vt multi alij, Martyrologij Romani in tabulis desideratur, licet æterna vitę libro scriptus. Extant ab eo edita.

Meditationes solitariæ. lib. I.
De vanitate philosophorum. lib. I.
De Dei nominibus ex S. Dionysio. lib. I.

Floruit anno MCCXLIX. alij tamẽ claruisse malunt ãno DCCCVII. Sed in re ambigua haud temere quicquam affirmarim. Vnũ scio in Hibernia diu illum versatum vidi in *Malisio* Episcopo Santan-

dreano Catalogo de illa Ecclesia celebris ad illius in Rossia reliquias perigrinatio Ioan. Lesl. lib. VIII. pag. CCCLII. oppido Thana. colitur VIII. Martij Calēdarium Adami Regij, & miraculum Brachij XI. Septem. Boeth.

S. DONEVALDVS. 379.

S. *DONEVALDVS* primus videtur inter Pictos, & Scotos, qui ex cælibe Anachoreta factus totam familiam eidem vitæ generi piissimus addixit. H. Boeth. lib. x. hist. Scot. pag. CLxxx. *Valuit plurimum ad commouendos ad pietatem homines Donevaldi Scotici sanguinis viri sanctitas, qui in solitudine Ogilbi sex prope millibus passuum ab Alecto oppido inter pictos vita Sanctimonia insignis vixit. Huic nouem erant filia.* Vide quæ sequuntur multa de eo alibi rerum nostratium Scriptores, sed præ aliis Fordanus, qui quædam ab eo perpetrata miracula memorat. Scripta, vt puto, interierunt si quæ ediderat.

Floruit sub *Eugenio* VII. Scotorum, & *Garnardo* Pictorum Regibus anno DCCXVII. Annales Scotici. Io. Leslæus lib. IV. pag. CLXIV. Hic, vt multi alii, Martyrologii Romani tabulis non est adscriptus.

S. DVFFLANVS. 380.

S. *DVFFLANVS* sociis sanctis duobus *Macbeath*, & *Magilmumene*, ex Insulis Scoticis soluit scilicet e Iona, & manibus propriis facto nauigio, ad *Aelfridum* Angliæ regem venit, inde Romam peregrinantis habitu ac postea loco sancta adiit, Dominicamque passionem contemplatus, in reditu, ignoto loco, deponitur, tantis miraculis clarus, quanta maximam cum Deo coniunctionem loquuntur. Reginaldus Cardinalis ait eos ad sedem Sodorensem spectasse, ibique sacerdotes factos. Scripsit.

De locis sacris. *lib. 1.*

Depositus est anno DCCCXCII. Ethelvverdus lib. IV.

S. DVVINA. 381.

S. *DVVINA*, seu *Dvina*, aut *Dinar*, aut *Diurnas* Demochares to. IV. pag. Cxxiv. *Aidanus Simanus, Colmanus, Diurna, Cellath, Se-*

ii.

ti. Idem Ioannes Gualterius in Chronico Chronicorum Huntindon. lib. III. pag. CXCI. IV. *Epi Scotorum Duina, Aidanus, Finnanus, Colmannus, mira sanctitatis fuerunt, & parcimonia.* Arnol. VVion lib. II. lig. vitę cap. XLVI. Apostolus Merciorum, & Primus Episcopus Lichfeildẽsis Florent. VVigor. Monachus ad annum DCLIII. *Finnano comites IV. fuerũt Cetta, Adda, Betta, & Duina quos ex Scotia secum adduxerat. per eos* Mercii *fidem Christi, & Sacramenta perceperunt*, & ad annum DCLV. *Sub Osvvio primus in prouincia* Merciorum, *& Lindisfarnorum Duina, cuius supra meminimus, secundus Cellachus de gente Scotorum.* Mattheus VVestmonast. anno DCLVI. *Primum habuit Episcopũ in Prouincia Merciorum, & Lindisfarnorum, &* Mediterraneorũ *Anglorum nomina Dinam, hic apud mediterraneos* Anglos *defunctus ac sepultus est, secundus eiusdem prouincia Ceollachus fuit, qui relicto Episcopatus officio ad Scotiam rediit.* Præfuit Ecclesiæ suæ tantum, ac Feppingæ excessit Franc. Godvvin pag. CCCLXIII. ex Beda lib. III. cap. XIX. Eius sunt.

Laudes Osvvij Regis. *lib.* I.

Monitorium ad Gentiles. *lib.* I.

Florebat anno DCLIII. aut circiter. Dies sacer ei *XXII*. Febr. in iurius nobis Personicis.

S. DAGAMVS. 382.

S. *DAGAMVS* vel *DAGANVS* Episcopus SS. Iusti, Laurentii, & Melliti apud Henricum Huntindionensem lib. III. pag. CLXXXVII. Episcopali dignitate magna claritudine, & auctoritate ritus Britonum contra Anglos sustinuit, donec *Augustino, & Mellito* à S. sede Apostolica missis cessit, ac tum relicta veteri celebrãdi paschatis consuetudine, quam mordicus antea defenderat, morem Romanum admisit. Beda lib. II. hist. Ecclesiast. Gent. Anglor. cap. IV. vbi loci Episcopus, aut cuius Ecclesiæ, Beda qui solus quod sciam eius meminit, non expressit, vti nec Ioan. Leslęus lib. IV. pag. CLIII. Scripsit.

Ad Brittanorum Ecclesiam. *lib.* I.

Clarus habebatur anno salut. DLV. vel vt veriur alii anno DCIX. die XXII. Martii.

DAVID. 383.

DAVID *Presbyter, natione Scotus*, ait Baleus, *antiquorum Philosophorum exemplo ductus* reliquit terram patriam, & amore bonarum disciplinarum longinquas regiones adiit, in superiorem Germaniã post longa, & laboriosa studia exspatiatus est, ad Vvirceburgẽsem scholam insignis Pædotribes admissus est. eo tempore *Henricus* V. Imperator in Italiam rebus agendis proficiscens, sed non solum armatis militibus, sed, & peritis quoque uiris ac literatis hominibus muniuit, vt per ipsos cuique poscenti, in omni eruditione rationem redderet. Inter eos Dauidem hunc Scotum à sacellis habuit, doctrina ac morum probitate præstantem virum *qui iussus ab illo, vt Vrspergensis autor est, itineris eius cursum, rerum in eo gestarum ordinem facili stylo, qua ab omnibus intelligeretur digessit.* Addit Malmesburiẽsis *in gratiam principis proclinior quam historicum decebat.* Scripsit.

Ita Imperatoris Romam lib. I. Guilielmus Malmesburiensis Panegyricum haud rectè vocat lib. IV.
Expeditionis seriem lib. III. In dubiè idem, licet alio titulo, opus.
Magistratuum Insignia. lib. I.
Apologiam ad Cæsarem. lib. I.
De Regno Scotorum. lib. I.

Claruit sub Alexandro I. Rege Scotiæ. Anno salut. MCXX.

S. DAMIANVS. 384.

S. DAMIANVS in Patria incertũ qua sede Episcopus *eximiæ pietatis, & sanctimoniæ illustris.* Hect. Boethius. lib. IX. histor. Scot. pag. CLXXVI. Eodem tempore fidẽ Christianum rudes adhuc populus strenuæ docebat cum monstrum Orienti fatale Mahometus obiit XII. scilicet *Donevaldi* Regis anno, eademque tempestate *Conuanus, Columbanus, Chroniacus, Dimaus, & Bigianus* Episcopali quoque honore ac sanctitate clarebant. Scripsit.

In Cantica Canticorum. lib. I.

De

De Ecclesia Scotica. *lib.*1.quod opus Iacobus Tyrius fatetur se vidisse.

Floruit anno DCLXIV. Ioannes Leslæus lib. IV. pag. CLIX. Colitur 1. Iunij. Breuiar. Scot.

S. DARIA. 385.

S.*DARIA* vidua sanctissima Scota, S.*Mauri* Scoti principis vxor, S.*Vrsulæ* virgineę legionis Ducis mater. Petrus lib. IX. Catalogi cap. XXCVII. cũ eadẽ fortiter passa, itineris, ac gloriæ comes ab istius reliquijs in Hiberniam importatis, Comitatus illius gentis primus, & Lageniæ caput *Kildaria* vocatur; à reliquijs, inquam, ipsa enim nunquam Hiberniam vidit, nam in Scotia vixit, in Germania excessit. Scripsit.

Exhortationes ad castitatem. *lib.* 1.

Passa videtur anno CDLIV. cum filia, & reliquis virginibus, id enim Petrus Equilinus asserit, alij annum ei assignant longe priorem, scilicet CDXXXIII. apparet autem cum filia passam, quòd eodem die colatur XXI. Octobr.

S. DEICOLA. 386.

S.*DEICOLA* Abbas S. Martini Sutrii in Hetruria, cognomento *Inclusus*, cui abeunti in Cœlo S.*Columbanus* Scotus, de quo supra, successit, & ipse sanctissimi Columbani Scoti, qui Bobiũ fundauit, discipulus, cuius baculus terrã percutiens fontem vberem elicuit, qui nunc extat, idemque armenta à luporum iniuria, terræ infixus, vindicauit, & cum *Versarius* Ecclesiæ Sanmartinianæ patronus, vir potens, valuas clausisset, Sanctus diuinitus reserato ostio ad orandum intrauit, & qui ad eum occidendum missi, rubis, templum vestientibus prohibiti, recesserunt, at ille iræ impotens præcepit suis clientibus, vbicunque sanctum reperirent, genitalia ei exscinderẽt, & euestigio ipsi *Versario* genitalia atrocissimo cruciatu intumuerunt, ut uxor coacta fuerit *Deicolam* accersere, sed cum tardius aduenisset, ille obierat, tum sanctus domum ingressus, radiis Solis per fenestram irrumpentibus cappam imposuit, in

quibus

quibus, quasi trabe, pependit: verum *Versarius* ab eo ad Vitam reuocatus, totum patrimonium monasterio extruendo dilargitus est: Nec omitto Aprum à venatoribus pressum, ad eum, subsidii ergo, confugisse, & securitatem percepisse. Hæc Petrus lib. II. Catalogi cap. XCIIX. & ante eum Vincentius Bellouacēsis lib. XXIII cap. II. III. IV. vtroque posterior Trithem. lib. III. vir Illust. ordin. S. Bened. cap. LXI. vbi error ab operis, & *Luttensis* pro *Sutriensis monasterij* abbas dicitur. Scotum esse hæc probant, & quod in patria S. *Columbani* discipulus fuerit, & quod eo patria excunte, ipse debilitate pedum in Britannia substiterit, vt laudati autores testantur: tum etiam id vox indicat, eum ex illis sacerdotibus sanctis fuisse, qui Ecclesiam Scoticam exemplo, & doctrina informāt, quique *Keldei*, seu *Culdei* dicti, vt sæpe hoc opere; sicuti enim nostrates Deum colentem appellant, *Keldeum*, ita Græci *Therapeuten*, Latini vero *Deicolum* nomināt: in vniuersum ergo omnes primitiuæ, & surgentis adolescentisq. Ecclesię apud Scotos Doctores patresque in triplice differentia censentur, siue triplici ordine, *Bardorum*, *Druydum*, *Keldeorum*, & *Druydum* sanguine oriundus à VVarnefrido dicitur S. *Columbanus* hic, *Keldeus* proculdubio noster censendus *Deicola*: miror quæ vicinos insania tetigit.

Scripsit. *Manipulum Meditationum*. *lib.* I.
Epistolas plures. *lib.* I.

Claruit anno DXC. colitur XIIX. Ianuar. Vuion. lib. III. Martyrologium Anglicum. reliquiæ ad S. Crucis baculo peregrinat. s inclusæ III. Ian. colebantur.

S. DARIA. 387.

S. *DARIA* virgo, S. *Brigidæ* Scotæ æqualis, & vt existimo, monialis, illius in vita enim à Cogitoso Nepote memoratur, vt refert Surius Tom. I. nec de ea quippiam amplius lego.

Florebat circa annum DXX. dies incertus, nisi cū S. Brigida colatur.

S. DONATVS. 388.

S. *DONATVS* Episcopus socius S. *Cathaldi* Episcopi Tarentini, vel vt alii probabilius, frater, cum eo Scotia egressus, Hiberniam lustra-

lustrauit,sed cum deprehendisset exiguum ibi Diuini cultus promouendi subsidium esse,fratrem in Italiam est festinanter subsecutus;primusque Lupiensis Episcopus sedit. *Lupia* autem ab Anonymo nostro Scoto in Itinerario, quod tribuitur falso Antonino Augusto,*Lipia* est,S.Paulino Epistola de obitu Nicetę *Lepia*,Stroboni *λουπίαι Lupia* effertur,Mela non sine menda *Luspia*, sed *Lupiā* habet Plinius,& Melę concors Ptolomæus apud quē *λουσπίαι*: Nunc *Rocca* Galatæo est,olim *Sybaris*,vt vult Pausanias, nec longo inde tractu Ennii *Rudia*.hanc vrbem itaque noster, & nostras *Donatus*,ita verbo,& exemplo informauit,vt iure merito eius Apostolus haberi possit,vita S.*Cathaldi*, Acta illius Ecclesiæ.

Scripsit. *Ad Lupienses Homilias.* *lib.* 1.

Ordinationes Ecclesiæ suæ. *lib.* 1.

Floruit anno CCCLXIV.dies cultus est IV.Augusti,& VII.eiusdē.

S. DORANVS. 389.

S.*DORANVS* Episcopus Scotus,sed in Scotia,an uero extra?haud facile diiudicarim,cum tamen sic uocatum reperio à Florario, nec vlla maior mihi lux.

Annus quoque apud me incertus,illud uero certum eum coli die II. Nouembr.aut huius, aut alterius cognominis meminit ex Breuiario Glascoensi Henricus Sinclarus,qui Archidiaconum appellat eius sedis.

S. DVFFVS. 390.

S.*DVFFVS* Scotorum Rex LXXIIX.*Indulphi* successor,virtutis, pietatis,iustitiæque tenacissimus,vsque adeo,ut cum reos quosdā adolescentes nobiles plectendos censuisset, nec pœnam *Donaldo* Thano impensius intercedenti remitteret, uxoris Donaldi artibus noctu Rex iugulatus,Martyr est habitus, cuius obitū cæli luxerunt, *nam sex continuo post menses, nec Sol interdiu suis radijs,nec Luna noctu suo lumine,Scoticas oras collustrauit. vnde omnes grauissima quæque sibi timebant,nec immerito,cum omnia nubibus obducta,ventis concitata,ignibusque micantia,Scotis, vel horrendam mortem,vel calamitosam vitam intentarent:* verba sunt

Ioan-

Ioannis Leslæi lib. V. hist. Scot pag. CXCIII. pergit tum idem historicus, narrare, cædis autores suppliciis affectos, prius tamen locum, in quo demortui regis corpus abdiderant, indicare coactos, tum subdit ille: *corpus, quod occultabatur, repertum omni ex parte integrum, ita vt vermis carnem non exederit, nec tempus formam deleuerit, nec locus colorem infuscarit, illa primum dies densissimas nubes, quibus cælum fuit obductum, dispulit, solemque reduxit.* Accessit ingens miraculum, nam locus, vbi sanctum corpus abiectū media hieme, repugnante Natura, sed iubente Naturæ Domino, totusque campus vicinus effloruit, vnde ei nomen *Kilflos*, & corrupte *Kellos*, in Morauia celebre monasterium Cistertiensium, ut libro I. Apparat. hist. Scot. cap. XV. probatum. Hect. Boeth. lib. XI. Scotichronicon lib. VIII. cap. XXV. porro S. *Duffi* corpus loco illi nomen fecit annis CCXXXIIX. priusquam monasterium conderetur: vt fallus fuerit in anno fundationis Rogerus Houedenus Annal. par. I. pag. CCLXXXI. Scripsit autem Rex iste.

De bono regimine. *lib.* I.
Edicta ad Thanos. *lib.* I.

Passus est pro iustitia anno DCCCCLXXII. dies est incertus.

S. DARDVLACHA. 391.

S. *DARDVLACHA* virgo Scota, & peregrina in Germania excessit, soror, ut existimo, *SS. Gunifortis*, & *Gunibaldi*, ut ex eorum historia colligo, quam habet sanctuarium Papiæ, utcunque sit, hæc maximo deuotionis affectu colitur Frisingæ, ut ex Breuiario Frisingensi constat, frustra hic stipem captat Hirlandus.

Scotia excesit cum fratribus duobus, & una sorore an. CCCCXX. colitur die I. Februarii ex autoribus laudatis.

DANIEL. 392.

DANIEL Carthusianus Martyr, euerso Cœnobio Perthano, quod magnificentissimū in valle uirtutis extruxit *Iacobus I.* Rex, cum ferocietes hæreticos ui uerbi diuini admoneret liberius, in ignem, qui ædem sacram hauriebat, præceps datus, tum cum

diu

diu Solis instar, in medijs flammis, effulsisset, longis contis, & hastis transfossus, pietati maiorum aureç in exilium abituræ sanguine parentauit, tam sancto ordine dignissimus Gilbert. Brunus.
Martyrium passus in Valle Virtutum anno MDLIX. mense Maio, die incerto.

DAVID DVGLASIVS. 393.

DAVID *Duglasius* nobili loco natus, patria sua, propter fidem, à sectarijs exactus, *Iezabele* Anglicana iubête Eboraci necatur, nec alia causa cædis, quam quia vir probus Scotus, & Catholicus, quod apud impiam Caluini catulam ingentis instar flagitii. Gilbert. Brunus.
Passus est anno MDLXXV. die XXIII. Decembr. extant acta à monacho Benedictino Anglo scripta.

GAVIN. DVMBARRVS. 394.

GAVINVS *Dumbarrus* magna comitum Merchiæ stirpe oriundus, ex Archidiacono Santandreano factus Senator, ex Senatore Episcopus Aberdonensis, vir vitę admirabilis, nam plura pietatis officia solus reliquit, quam omnes Episcopi decessores, Xenodochium XII. pauperibus perpetuum alendis, censu adsignato, erexit, Deam fluuium, qui nouam vrbem alluit ponte lapideo magnificentissimo, decem arcuum, strauit, nouam ædem inchoatam absoluit S. *Machorio* sacrã, duas pyramides editissimas adiecit, palatium Episcopale in eam elegantiam à fundamentis excitauit, ut par in Europa vix haberet. Dalmaticas, calices ex argēto, auroq. purissimo conquisitos, incredibili labore, & sumptu à transmarinis aduexit, consecrauitque, denique cum aliunde haberet, quo se familiamque sustentaret, ne assem quidem Caianum ex toto illo opulento Episcopii prouentu in rem suam conuertit, sed quicquid his officiis superfuit, in pauperes est elargitus, eum *virũ pium, Apostolice spiritu afflatum, & virum diuinum* vocat Ioan. Leslæus lib. IX. pag. CCCXC. ante aliquot annos cum monimenta reficerentur Ecclesiæ Episcopalis suæ corpus ipsius cum vestimentis intactum, viuidum succi, & sanguinis plenum hæretici, nõ

 fine

sine ingenti stupore repererunt, vt viri nobiles, & clarissimi, Andreas Leslæus, & Robertus Boydius alumni Collegii Scotorum Romani, & doctissimi ciues mei admonuerunt, & miraculose ab eo sanitate donatum infirmum, allata ad eum parte vestis ad me scribit Patricius Andersonus Societatis Iesu Theologus, Philosophus, Mathematicus, vnus instar omnium: vt semel dicã, fuit sanctus hic Antistes dignissimus, qui in Lutheri tempora incurreret, vt pia vita impiam sectam confunderet. Scripsit.

Contra hæreticos Germanos. lib. 1.
De Ecclesia Aberdonensi. lib. 1.

Creatus Episcopus anno MDXIIX. mense Iunio, quando obierit non reperi.

GAVFRED. DVN. 395.

GAVFREDVS *Dun*, seu *Dunæus* Aberdonensis, Lutetiæ diu docuit magna sui, & patriæ fama, ibidemque Rectoratum, supremum Academiæ gradum, concordi suffragio gessit, tum opimo in Belgio sacerdotio donatus, vt admoneor, à *Gensys* scelerate sæuientibus, pro fide interẽptus, iacet Gorcomi, ut in Theatro crudelitatum hæreticorum pag. LIIX.

Passus est anno MDLXXII.

PATRIC. DVN. 396.

PATRICIVS *Dun* Medicinæ Doctor, philosophorum, & Medicorum sui sæculi nulli secundus, in Scotia præclaras artes didicit, quas in Gallia, & Germania doceret, nam & Rhotomagi philosophiam, & Cenomanis Politiores literas, & Basileæ sacrã linguam professus: indeque in Italiam aduentans, fidem Catholicam, abdicata Lutheri impietate, amplexus, literaturam pietate illustriorem fecit. Scripsit.

De vera sacrarum literarum versione. lib. 1.
quod opus magnificiebat Iacobus Bonauen. Hepburnus.
Recollectio linguæ sanctæ. lib. 1.

Excessit anno MDLXX.

DE

DEMETRIVS. 397.

DEMETRIVS Grammaticus illustris *ex Britannia* Romã profectus florentem, inde in Græciam traiecit, & Delphos profectus, indeque Domum rediit, in Mathematicis doctissimum fuisse memorat Plutarchus libello de Oraculorum defectu, ubi eum *Virum sanctum* appellat ἄνδρα τὸν ἅγιον. Scripsit multa, nam eius autoritate sæpe vtitur Plutarchus idem, illud tamen potissimum putarim memorandum.

De lucerna Delphica contra Cleombrotum. lib. 1.

Floruit Anno salutis CX. aut prius *Galgaco*, cuius Tacitus meminit, aut *Galdo* Scotis imperante. hic in meo peculio censendus, certẽ Angli.

GEORG. DVLIE. 398.

GEORGIVS *Dulius* Sacerdos Catholicus fictitio nomine sic dictus, plurima bonæ frugis in Belgio Antuerpiæ edidit, sed ego vidi tantum.

Catechismus.	*lib.* XIV.
Assertio Catholicæ veritatis.	*lib.* IV.

Obiit non ita pridem.

THOM. DVNDRAN. 399.

THOMAS Abbas *Dundranensis*, seu *Dundraina*, vt inquit Demochares pag. L. cum multum dissentiretur in Concilio Constantiensi de legitimo Põtifice eligẽdo, vnus fuit ex sex SS. Theologiæ Doctoribus, qui Illustriss. Cardinalibus coniuncti Apostolicæ sedi caput, Romanum Maximum Optimum Pontificem eligerent, Onuphrius Panuinus, qui pessime illum *de Dondruno* vocat de eo sic Ioannes Gualterius Chronico Chronicorum pagina DV. & rursum illum Abbatem Cisterciensem, sub Candida Casa asserit. pag. DIIX. Scripsit.

De schismate deponendo.	*lib.* I.
De Pontifice eligendo.	*lib.* I.
Acta Concilij Constantiensis	*lib.* I.

Viuebat anno MCDXXXIX.

GILB. DEIDONANVS. 400.

GILBERTVS *Deidonanus* Carmelitanus ordinis B. Mariæ semper Virginis, cum Doctor esset SS. Theologiæ Sorbonicus, cõuentui suo Parisiensi famam, & opes professione peperit, erga patriam suam gratus, meruit in hoc opere honoratam mentionem; altare Diuo *Niniano* Scoto in sua Ecclesia reparauit, annuo censu ditauit, ornamentis decorauit, quod eo tempore Scotorum religiosorum, & professorum sepultura ibi essent. Scripsit,

Quæstiones Quodlibetarias. *lib.* 1.
Lecturas varias *lib.* 1.

Alumnus erat comitum Martialium anno MCCCXIII. oratio funebris de morte *Roberti Kethi* abbatis Deirensis.

GVIL. DOVGLAS. 401.

GVILIELMVS *Douglassius* Abbas Mailros doctiss. simul, & nobilis eo tẽpore, quo res in Scotia turbulento admodum statu nutabant, & quoniã in Catalogo illius sedis numeratur, & est omniũ illius familiæ scriptorũ vetustissimus; hic ex professo de eius origine, quędã non vulgaria aperiam. LXIV. Scotorum rex erat *Soluathius* vir prudens & fortis, *Eugenii* I IX. Regis filius, contra hunc anno salutis DCCLXVII. orta perduellis lues, duce *Banno* Hebridiano, ait Ioannes Leslęus lib. IV. pag. CLXXI. vel *Makdonaldo Banno* Insulæ *Tyre* toparcha, ő dum quotidie rebellio vires sumebat, rex sibi metuens, conscripto exercitu perduellibus occurrit, quos fusos in rupem quandam editam in prouinciam Lotnã compulit, vbi fame domiti, eruptionem tentarunt, & regis copias nihil tale sperantes, inopinato aggressi, fortissime assultarunt, penitusque attriuissent, nisi vir quidam nobilis cum suorum manu ipso puncto interuenisset, qui fugitiuos retrahens, in aciẽ magnis viribus, maiorique animo, irrumpens, perduelles ita coercuisset, vt omnibus profligatis ipse *Bannus* in potestatẽ venerit uiuus, postea decandus. Rex tanto metu liberatus sedulo rogauit, quis ille vir fortis fuisset, qui tam opportune interueniẽs

vicło-

victoriam attenuisset,tum adstantium quidam, digito designantes eum intento,dixerūt Scotice,*Scholto*, *Douglas*,id est *vide illum nigrum,subfusco colore*:tunc enim cognomina nulla erant,nisi a prædiis petita, sed aut à patribus nominari viri,aut a colore, vt *Albus*,*Niger*,*Fuscus*,*Viridis*,*cæruleus*.& huiusmodi. Rex ergo victor cū prædiis opimis donauit,quę etiam hodie *Douglaisdaille*,id est *Douglasiorum vallis* vocatur,&ab illo euētu gentem eam, posterosque omnes *Douglasios* vocari lege sanxit:Huius pater fuit rex *Mordacus*,sed ipse factione ciuili pulsus in Noruegia diliteurat,ac tunc quidem domum redierat,filius eius *Hugo* cum eo, & exuli,& redux,duos filios suscepit,*Gulielmū*,& *Hugonē*,posterior quidem paternas domi possessiones tenuit,stirpemque propagauit,alter cum *Gulielmo Archaÿ* regis fratre in Italiam, copiarum Scoticarum,*Carolo Magno* militantium,ductor,& cum in morbū incidisset, substitit Placētiæ,discussa vero valetudine,*Spettini* viri autoritate,& opibus inclyti,filiam in vxorem duxit,vnde familia *Scota* ibidem,incredibili literarum,armorum,sanctitatis splendore pollens originem trahit,quam tu Illustrissime *Fabi* Comes non vulgariter,munificus,blandus,rerum agendarum callentissimus,exornas,nec illud quidem probari arduum, nam præter historicos Placentinos,& Scotos , insignia id notant *tres stellæ in campo cæruleo*,& licet Placentini proceres nunc duas tantum stellas præferant,tamen eadem argumenta , una enim earum ciuili Guelforum factione ablata reiectaque. Hæc quidem omnia liber habebat M.S.eleganti,& oblongo charactere,quo vtebatur *Alexander Duffus* Dominus *Tillisaulæ* prope Strathbolgiam, ut refert Excellentissimus *Gulielmus Douglasius* Comes Angusiæ in suis obseruationibus in prima relegatione,quę etiamnum extāt: cum autem *Gulielmus* eius filius,qui hodie comes est longe piissimus,ac potentissimus *Alexandrum Hayum* orasset Senatorem Regium,ac scriniis præfectum,vellet ab amico suo *Duffo* eius libri copiam tantisper petere,comperit eum,cum totis ædibus, subitario igne consumptum,ut iteratis Excellentissimi eiusdem Comitis literis didici. Ex hoc liquet,quam parum consulto Ioannes Leslæus lib.VII.sub initium scribat hanc *Douglasiorum familiam* sub *Roberto Brucio* rege anno MCCCV.ortam.

Hæc

Hæc illa gens est, quæ XVI. cum Regibus Scotis affinitates contraxit, & non paucas cum Anglis itidem Regibus, quæ tot retro sæculis primam aciem exercitus Regij, iure suo, duxit, ad hæc comitatus in Scotia has *Douglasij* tenuerunt, *Eusdaliæ, Teuidaliæ, Clydsdaliæ, Vachobdaliæ, Anandaliæ, Nitsdaliæ, Murraniæ, Galloridiæ, Ormundæ, Mortoniæ, Douglasdaliæ, Baluentæ, Atholiæ, & Angusiæ*, vt passim in historijs nostratibus, insuper in Gallia Turonensi Ducatu, ob fortē Regibus Franciscis præstitam operam donati, plusquam subditi videri possent. Sed hæc exigua sūt præ eo, quod in ipsorum gloriam cædat, nunquam ex hac Comitum stirpe vllū hæreseos labe infectum: vt iure dubitari possit, maiorelne in Italia *Douglasij Scoti* rami, an in patria *Douglasia* familia truncus? in Henrico Huntindonio mendum ingens lib. II. pag. CXXC. dum scribit fabulosum *Arthurum bellum gessisse in Duglas, & silua Chelidonis*, eaque nomina æuo suo fuisse ignota, sed corrige, *Duglas, & silua Calidonia*, & sic facilis fides, & loco illi antiquitas. Sed ad Abbatem redeo, qui *Grimo* Regi, & *S. Fothado* Sētandreano Episcopo charus, meliores postea partes secutus, *Malcolmo* Regi à confessionum sacris fuit. Scripsit.

De prælio ad Achnabart. lib. I.

Pro Malcolmo Rege. lib. I. Index Cuprensis *Gulielmo Douglasio* hæc attribuit, ego puto hunc esse, ex Catalogi fragmento abbatum Mailrosiensium.

Viuebat anno MVII. & MXI. Hic etiam claustrum ordini suo, ære suo, erexit.

S. DOBAN. 402.

S. *DOBAN* Scotus, vnus ex S. *Bonifacij* Scoti Archiepiscopi Moguntini, & Frisiorem Apostoli collegis socius etiam eiusdem peregrinationis, vt prodidit S. VVilibaldus in vita S. Bonifacij pag. CCCLXVII. edit. Canisianæ. ab eodem in Episcopum *Trehetensem* surrogatus, *VVintungum, VValterum, & Heilberum* Sacerdotali insigniuit dignitate. Scripsit.

Aduersus Gentiles. lib. I.

Epistolarum. lib. I.

Floruit anno DCCLI. colitur XXIII. Decembr.

DOR.

DORNADILLA. 403.

DORNADILLA *Marinius* à quipusdam perperam dictus pro *Mainius*, quod barbare *Maini* filium sonat, quartus in fantiã Scotici Regni ab auo *Fergusio* inchoati, fortiter administrauit. Pictos & Britannos tumultuãtes compescuit. Scripta eius commendant Andreas Tiraquellus in legibus Connubialibus, & opere de Nobilitate. Chassanæus Catalogo gloriæ mundi, & alii. Extent etiamnum hodie apud nostrates, ut referunt Annalium scriptores, & in pretio habentur.

Leges Venatoria. *lib.* 1.

Obiit anno Regni sui XXVIII. ante Christum natũ annis CCXIX. hinc patet nullum regnum Scotia vetustius.

B. DVDOCO. 404.

B. *DVDOCO*, siue *Bodeca*, uide supra, fuit XIV. Episcopus Leichfeildiensis, & Couentrensis in Anglia anno MXXXI. Adi L. B. extat elegans tractatus ipsius typis Lugdunensibus.

De translatione Reliquiarum, *lib.* 1.

GAVINVS DVGLASIVS. 405.

GAVINVS *Duglasius* nobilissima, & apud Scotos primaria Comitum Anguliæ familia ortus Episcopus Dunkeldensis, & postea, ut puto, Archiepiscopus Glascuensis, *Vir ad magna natus summa nobilitate, & virtute*, ait Polydorus Virgilius lib. III. histor. Anglic. pag. LII. Eius eruditionem extollit, licet hæreticus, Buchananus lib. II. Epigrammat.

Præsulis accubui postquam conuiua Gauini
Dis non inuideo nectar, & Ambrosiam.
Splendida cœna epula lauta ambitione remota,
Tetrica Cecropio seria tincta sale.
Catus erat Musis numero par, nec sibi dispar
Doctrina, ingenio, simplicitate, fide.
Ipse alto: supra facundo prominet ore,

Qua-

Qualis Castalii præses Apollo chori.
Sermo erat ætherei de Maiestate tonantis,
Vt tulerit nostræ conditionis onus.
Vt neque concretam diuina potentia labem.
Hauserit in fragili corpore tecta hominis.
Nec licet in serui Dominus descenderet actus,
Naturam exuerint membra caduca suam.
Quisquis adest, dubitat, schola ne immigrarit in aulam
An magis in mediam venerit aula scholam.
Iupiter Aethiopum conuiuia solus habeto,
Dum mihi concedas Præsulis ore frui.

Quod præclarum certe testimonium in ore hominis à vera religione tam alieni. Eius sunt.

Virgilii opera Scoticis Rythmis translata lib. 1. mira ingenii felicitate, ut uersibus versus responderent, quod haud scio an exemplum habeat in antiquitate.

Palatium honoris.	*lib.* 1.
Aureæ narrationes.	*lib.* 1.
Comœdiæ aliquot sacræ.	*lib.* 1.
De Rebus Scoticis.	*lib.* 1.

Extinctus est peste Londini grassante, regnante Iacobo V. anno anno MDXXI. meminit Leslæus lib. IX.

S. DICVLLVS. 406.

S. *DICVLLVS* hic paulo posterior tempore alio de quo Beda libr. III. histor. Ecclesiast. Gent. Anglor. cap. XXVII. *Erat autē ibi Monachus quidam de natione Scotorum, vocabulo Dicul, habens monasteriolum in loco, qui vocatur Bosanham sylvis, & mari circūdatum, & in eo fratres quinque, siue sex in humili, & paupere vita Domino famulantes.* quæ uerba habet Surius in vita S. VVilfridi tom. V. die XII. Octobr. Camdenus Scotum facit, & monasteriū locat inter Suffex, & Southampton pag. CCXXIIX. Scripsit.

Ad occidentales Saxones exhortationes. lib. 1.

Floruit anno DCLXXXIX. Sanctum putat Ecclesia Scotica ex Beda lib. III. hist. Eccles. Anglor. cap. XIX. colitur XI. Febr. & Iunij.

HEN-

HENRIC. DE DOMO DEI. 407.

HENRICVS *De Domo Dei Scotus*, inquit Nicolaus Paschalius Alidosius, *Bononiæ Ius Ciuile claro nomine, & magna frequẽtia professus* scripsit, eodem auctore.

Quæstiones in Iure. *lib.* 1.

Glossas in leges. *lib.* 1.

Docebat Bononiæ Anno MCCLXXX.

DONALDVS. 408.

DONALDVS Scotorum in D. Iacobi Maioris Herbipoli Cœnobiarcha, ordinatus ab *Alberto de Hohenlohe* Episcopo Herbipolensi. Scripsit.

Exhortationem ad Ciues Herbipolenses. *lib.* 1. qui rebellauerant ab Episcopo suo, sed longo obsidionis malo domiti, interuentu *Caroli* Imperatoris in gratiã cum eo redierunt.

Præfuit annis XXIII. anno MCCCLXXXV. Chronicon dicti monasterij.

DAVID. 409.

DAVID eiusdem Cœnobij Abbas *Thadæo* successor, cuius libro XVIII. mentio à me facta, cum VIII. annis monasteriũ istud egregie rexisset ad Ratisbonense monasterium Scotorum translatus, magnam priuilegiorum partem secum trãstulisse perhibetur. Fuit autem Abbas numero XXIX. Chronicon laudatum. Eius dicuntur asseruari Ratisbonæ.

In Hieremiam Commentarij. *lib.* 1.

Creatus est Antistes anno MCCCCLXXV. quando obierit non comperi.

S. DAMIANVS. 410.

S. DAMIANVS Presbyter, *Merinati* Diaconi Germanus, *Gelasiæ, Merini, Merinati, Eusebii, Thebaculi, Syluanei, & Nerei,* coætaneus

neus præcipua eruditionis, ac pietatis, & fama in Scotia florebat; dū diuino pˀcepto monitus S. *Regulus Albatus*, patris Ciuitate, Brachium S. Andreæ cum sacrosanctis eiusdem Apostoli reliquijs in Ochoiuiam Pictorum tunc Imperio subiectam, deuexit. Hector. Boethius lib. VI. hist Scot. pag. CV. Scotus an Græcus fuerit, haud facile dixerim, & an vna cum *Regulo* ex Achaia in Scotiam venerit, an vero ipse tùm apud suos in pretio esset, non definio. Scripsit.

De Reliquiarum S. Andreæ in Britanniam aduectione. *lib.* I.

Florebat anno CCCXXXII.

IO. DVMBAR. 411.

IO. DVMBAR præclara ingenii fama, philosophicis medicinę studia coniunxit, Patauinus Doctor insigni patriæ, suique nominis ornamento renunciatus. Scripsit.

Poemata varia. *lib.* I.
Aliquid in Medicina. *lib.* I.

Ad Scotos suos digressus, feliciter Clinicem exercet.

DAVID. 412.

DAVID Episcopus Sancti Andreæ interfuit Cōcilio Lugdunēsi, sub Innocentio IV. celebrato, & cum XL. aliis Prælatis subscripsit, vt ex literis constat, & confirmatione eiusdem Concilii edita nuper à Iacobo Bongarsio inter gesta Dei per Francos. pagina MCXCV. Scripsit.

De Concilii Lugdunensis authoritate. *lib.* I.

Vixit anno MCCLxxxi,

FINLACVS DIKENSONVS. 413.

FINLACVS Dikensonus Parisiensis Academiæ professor, ut ex actis eiusdem ad Diui Cosmi patet. Scripsit.

Historiarum memorabilium Synopsim. *lib.* I. quæ Basileæ prodiit.

Floruit anno MDIX.

S. DE-

S. DESIGNATVS 414.

S. DESIGNATVS filius Ducis Dalensis ex filia Regis Scotiæ Episcopus Traiectensis XIII. Ant. Mōchiacen. Demochar. lib. 11. de sacrif. Miss. cap. XXXV. Scripsit.

Ad Ecclesiam suam. *lib.* 1.

Sedere cœpit anno DVIII. obiit anno DXI.

DVNFERMELINI CHRONICVM 415.

DVNFERMELINENSIS Cœnobii codex fuit uetustissimus, & notæ optimæ, sed Anonymo Autore, puto, à multis Monachis successiuè, scriptus, ut eo sæculo vsitatum. Is postea donatus monasterio *Neubotle*, non u d , sed *Richardus Brunus* in collectionibus suis Ecclesiasticæ historiæ Scotorum sæpe meminit. Elogium ei erat.

Vetus Chronicon Dunfermelini. *lib.* 1.

Perueniebat ad annum MCCCCLX.

IOSEPHVS DVNDRANENSIS. 416.

IOSEPHVS *Dundranensis* celebris *Dundrana* Monasterii in Gallouidia, quod *Fergusius* Comes fundarat, alumnus Cistertiēsis ordinis Monachus, ac postea Prior. Scripsit.

De Illustribus ordinis sui Viris. *lib.* 1.
De quibusdam Sanctis. *lib.* 1.
Sermones per annum. *lib.* 1.
Lecturas in Euangelia. *lib.* 1.

Florebat anno MCCXCI.

PATRICIVS DRYBVRGENSIS. 417.

PATRICIVS *Dryburgensis* Monachus Benedictinus reformationis Præmonstratensis, Philosophus, Theologus, Orator, ac Poeta æuo suo eximius, apud nostrates florebat dum Tyrannici spiri-

tus homo *Eduardus I.* Angliæ Rex absente *Roberto Brusio* Regē Scotiam inuaderet, ac, quod impietatem summam, barbariemq. nefandissimam loquitur, sacra profanis misceret, direptisque Melrosiensi, & Dryburgensi Cœnobiis ipsam Eucharistiam violaret, quo tantæ feritatis facinore motus *Patricius*. Scripsit, & vulgauit,

De monasterii sui direptione, versu ad Regem, atque Cœnobiorum Patres. *lib.* 1.

Florebat anno MCCCXXX. Scotichronicon.

MICHAEL DIRLETON. 418.

M*ICHAEL Dirletonus* Franciscanus, & primus præpositus illius loci. Scripsit.

Ad Valterum Haliburton *fundatorem militem.* *lib.* 1.
Lecturas in Psalmos. *lib.* 1.
Logicalia. *lib.* 1. Egregiū opus ait Scotichronici continuator *Maculloch.*

Vixit anno MCCCCXLIV.

DAVID DVGLASSIVS. 419.

D*AVID Duglassius* Comitis *Archibaldi* gentilis, ac coætaneus primo in Gallijs celebri nomine viguit. Eius sunt.

De natura mirabilibus. *lib.* 1. prodiit Lutetiæ.
Defensio C Plinij. M.S. apud Petrum Petauium Senatorem Regium. in superiori contignatione lib. 1. quo opere nō legi doctius, eum enim authorem à calumniis aliorum collatione diligenter facta, acerrimè uindicat.
Historiarum toto orbe Synopsis. *lib.* 1.
Poemata *sacra.* *lib.* 1.

Floruit anno MDXXII.

IO. DVMBAR. 420.

I*O. DVMBAR* Gallouidianus diu in Galliis substitit, & bonas artes Parisiis, atque Tholosæ didicit, Rupellæ docuit, celeberrima ta na, & grata recordatione nomine sibi conciliato. Sunt ab eo com-

complurima edita, sed nihil ad manus meas peruenit: extant tamen. *Poemata elegantissima.* lib. 1.
Orationes facundissima. lib. 1. vt aiunt.
Nota ad Florum Epitomasten. lib. 1.

Florebat anno MDXCI.

IOANNES DVNS 421.

IOANNES *Duns* abineũte ætate D. Fräcisci Familiam ingressus, tam stupendo fuit ingenij acumine, vt paucos pares habuisse vlla ætate censeatur. *Doctor subtilissimus, & Princeps Theologorum* Philipp. de Bagnacauallo in Præfat. Limæ veritatis. Iul. Cæsar Scaliger exercitatione in Cardanum CCCXXIV. nihil erat, qđ *sapere non potuisset huius viri ingenium si tempora permisissent, quæ tum literarum ornamenta denegabant, nunc in scholastico illo nescio curiosone magis, an vtili disceptandi de rebus sacris genere, nihil eo subtilius nihil absolutius est.* Ioachim, Vadian. comment. in Melam *Theologica sapientia clari* De Franciscanis Anton. Sabellic. Ennead. IX. lib. VI. In principio *Bonauentura Ioannes Scotus, Franciscus Maronius, Richardus, Nicolaus Lyrensis, & alii innumeri, nam florem religionis attingimus* Ioan. Polemar. Barcinonensis lib. de Ciuili Dominio Clericorũ pag. CCLXX. *His addamus Rabanum, Bedam, Hugonem, Richardum de S. Victore, Anselmum, Nicolaum de Lyra, S. Bernardum, Thomam de Aquino, Albertũ, Bonauenturam, Petrum de Tarantasio, Scotum, & plures alios qui Ecclesiam Dei suis illustrarunt scriptis.* Celebritatem humani intellectus per eum significari volunt Georgius Venetus in Harmon. mund. & Anton. Ricciardus Brixianus in Symbolica Historia. Paul Langius Cygnæus Bosavuiensis in Chronico Citizensi Anno MCCCXXX. *Ioannes Scotus ordinis Minorum, qui ob perspicacitatem, & claritudinem ingenii sui Doctoris subtilis nomẽ meruit. Inter quatuor principalium Sectarum doctores locumtenens tertiæ secta, quæ à nomine suo Scotistarum appellatur dux, & signifer inuictissimus qui, & ipse Philosophia seculari Peripatetica, videlicet armatus omnium ante se scribentium Theologistarum opiniones impugnauit, & suas statuens quantum valuit, detexit, & diruit. Theo-*

logus

logus sui temporis argutissimus, & Scholasticissimus, &c. Vide quæ sequuntur.

Nec minor de tanto viro cōcertatio, quam de Homeri natalibus, nā illū uendicant Hiberni, qđ *Duns* cōtractè pro *Dunensi* vocaretur, nec iā illum codicē producunt in quo contractio illa reperiretur: id itaq. triuolū, quod dicitur tantū, non etiā probatur. Angli ciuē suū faciunt quod Oxoniæ scripserit, & commētarios suos *Scriptū Oxoniense* vocauerit. Præclaro sanè argumento, quasi cōcluderetur. Cicero Arpinas Romæ scripsit, Cicero igitur Arpinas fuit Romanus, quod quàm ridiculum sit, docti uiderint. Deinde Religiosæ familiæ cum constent ex diuersis gentibus, nullius Academiæ legi sunt adstrictæ, & videmus Bononiæ in Italia quosdam monachos non Bononienses publicè profiteri, cum tamen Peregrini omnes à professione arceantur nisi eminenti, vt vocant loco, conducti. Igitur si *Ioannes Duns* Franciscanus in Academia Oxoniensi docuerit, aut scripserit, nō vt Anglus, sed ut Seraphici ordinis socius docuisse, & scripsisse censēdus est. Mira hic inscitia Ioānis Pitsei, ignauissimo stupore seipsum superantis, & non est tanti, ut verba poni aut redargui mereantur, hoc tantum discat Apostatæ Balei impudens, & mendacissimus transcriptor non omnes Oxonienses Anglos esse: siquidem ex decreto S. D. N. *Clementis* V. vt ex actis Concilij Viennensis patet, & disertis verbis habetur Clementina de *Magistris* lib V. Oxonia publica est, & communis Vniuersitas tribus Regnis Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, quinimo, quod amplius est, Rex Scotiæ tenebatur ad prouisionem professoribus Scotis in Academia Oxoniensi præstandam ex textu claro dictæ Clementinæ. Quod si verum est, vt verissimum esse nemo dubitat, a futili illo argumento desinant deinceps Angli, & à Scoto doceri Antiquitates suas lubentes fateantur, & gratias agant. Deniq. potuit titulus ille alterius manu addi, & leuitatis te, Pitsee, pudebit, si perpēdas, quam ridiculum argumentum docti habeant à scriptionis loco necessitatem inferre nationis, sic enim fieret vt D. *Augustin.* affert, haberetur *Italus* quia libros de Trinitate ad Portam *Traiani*, siue vrbum veterem scripsit, & Remūdus Lullius Pisanus esset adiudicandus, quia artem suam mirabilē Pisis compilauit, & magnus felix Ennodius Ticinensis Byzantinus

nus esset quia Scriptum de legatione sua Byzantij exarauit. Denique Pitseus Anglus Austrasius esset, & præclarem gentem oneraret infamia, quia Liuerduni scribit. Ad hæc omnium seculorum, & gentium, virorumque eruditorum consensus Scotum fecere, aliquorum apponam celebriora testimonia. *Dux erit eiusdē* ordinis Petrus Cra epolius pag. XCI. *Ioannes Duns natione Scotus, de ordine S. Francisci, vir eruditissimus in diuinis literis, & philosophus doctissimus, acutissimus ingenij, & adeo profundus, vt à paucis scripta eius sint penetrabilia.* Nicol. Iansenius Dominicanus cap. VIII. in Apologiam Hugonis Cauelli Hiberni. Gregor. Ruis ante Comment. Scoti in IV. senten. Simon Maiolus Colloq. IV. Zuingerus. Libert. Fromondt Louaniensis in Thesibus. Nicolaus Vernuleius Triumpho Assumptæ Virginis, quid plura? nuper edito opere probaui XII. rationibus eum Scotum fuisse, nec Cauillus respondit, nec respondere potest. Petrus Rodolphus Tossinianensis Tom. III. Religion. Seraph. qui disertè ad *Calydoniam Syluam* natum ait, refert tamen Balæi impudentissimi, & mendacissimi deliria. Ioannes de Ragusio Dominicanus laboriosa illa oratione habita in Concilio Basiliensi de Communione sub utraque specie. pag. CIII. *Scotus qui præ altitudine, & subtilitate doctrinæ antonomastice nomen Doctoris Subtilis in Scholis obtinuit.* Ioannes Trithemius lib. de scriptoribus Ecclesiastic pag. CCCIII *Ioannes Duns natione Scotus Parisijs studuit.* Æl. Reusnerus in Indice Chronologic. *Ioan. Duns Franciscanus gente Scotus Doctor dictus Subtilis obijt.* &c. Auctor Bibliothecæ Classicæ pagina CCLXXXV. *Ioannes Duns à patria Scoti nomen obtinens.* Anton. Posseuin. Appar. sacr. Tom. I. pag. CLXIX. *Ioannes cognomento Duns natus in vlteriore Britannia ad Calydoniam Syluam à Patria Scoti nomen in Scholis obtinuit.* Ioan. Auentin. lib. VI. Annal. Boiorior. *Eo autore duo Peripateticorum Aristotelicorum genera esse cœperunt; vnū illud vetus, locuples in rebus procreandis, quod scientiam sibi rerum vendicat, quamobrem reales vocantur: Nouum quod eam distrahit Nominales ideo nuncupati, quod auari rerum prodigi nominum, atq; notionum verborum videntur esse assertores. In hisce duobus generibus dissidium, & bellū ciuile est. Illius Thomas Aquinas Italus, & Ioannes Duns Scotus, huius VVilhelmus Occamensis Anglus An-*

tesi

tesignani. Sixt.Senen.lib.IV. Biblioth.sanctæ *Ioannes Dunsius natione Scotus ex Minorum familia Alexandri Alensis Britanni Lutetiæ auditor, admirandæ eruditionis subtilitate praditus ob profundissimam dicendi obscuritatē Σκοτινὸς id est tenebricosus, quod Anaxagoræ obscurissimi cognomen fuit, cognominatus.* Iacob.Breullius lib.II.Antiquitat.Parisiens.pag.Dxxiv.*Ex hoc monasterio* Franciscanorum Parisijs.*plurimi sanctitate,& doctrina pollentes prodierunt.In his Nicolaus Lyranus Bibliorum Glossographus,& quidā cognomento à patria sua sumpto, Scotus vocatus, & doctor subtilis cuius memoria nunquam est peritura præsertim inter Scholastica sapientiæ professores ob eruditionem, quam scriptis suis inseuit hæreticorum impietati retundendæ opportunam.* Eadem Chronologi omnes.

Multa de eo fabulose traduntur, vt quod Imaginem Deiparæ in sācto Sacello Lutetiæ, disputaturus de Conceptione eiusdem, precibus incuruauerit, quod Roma Parisios biduo venerit causam illā propugnaturus, denique. *nondum mortuum fuisse eum in sepulchrū illatus est sed duntaxat lethargo correptum ferunt, quod aperto sepulchro postea innotuerit, dum in gradibus Mausolei deuoratis manibus repertus est,* ait Gilbertus Genebrardus. Chronolog.Pag. DCLXVII.Eademque paulo ante Iouius in Elogiis virorū doctrina illustrium. Quod commentum exagitat acriter, & eruditē Matth Ferchius vir ornatissimus Frācifcani ordinis Prouincialis, & modeste Bzouium Polonū officij admonet exculto opere nup Camberij edito, Idipsū etiā Aubert.Miræus in chronico refutat, quod Coloniæ nulla sit in Archiuijs monasterii mētio, aut Epitaphiis varijs tumulo appensis. Ita enim ille *Io. Dusius Scotus Doct. subtilis cognomento, &c.* Accedit Sanctitatis opinio qua vsque in hodiernum diē clarus est, nā & ara cū lampade ardente Dumfrisij erat, & Mauritius Hibernicus ante CXX.annos cum Sanctum vbique vocat, & consentit Matthæus Ferchius idē Ordinis Seraphici socius, quæ cum tali fato pugnare videtur, & refellit Ioānes Stomnelius oratione de illo Bononiæ edita quam adi, quod tamē figmentum scioli auide arripuerunt. Ianus Vitalis maledicentissimus à Iouio corruptus, infacetus Scurra.

Quod nulli vnquam hominum accidit, Viator,

Hic

Hic Scotus iaceo semel sepultus.
Et bis mortuus, omnibus sophistis.
Argutus magis, atque captiosus.

Sed'et Latomi extat carmen illepidum, insipidum, ac impostura plenum, nec legi dignum, nisi vt arrogantia, & ignorantia obscuri tenebrionis arguatur.

Quacunque humani fuerant, iurisque sacrati,
In dubium veniunt cuncta vocante Scoto.
Quidquod, & in dubium illius sit vita vocata,
Morte illum simili ludificante Stropha.
Cum non ante virum vita, iugularit adempta,
Quam viuus tumulo conditus ille foret.

Quantò verius Epitaphium eius vetustissimum.

Clauditur hic viuus, fons Ecclesia, via, viuus,
Doctor Iustitia, studij flos, arca sophia,
Ingenio scandens, scriptura abdita pandens.
Dux fuit hic Cleri, Claustri lux, & tuba veri.

Henricus Suinton Scotus.

Pingere vis Scotum, Sophiam depinge: Sophiam
Pingere vis, Scotum pinge; Sophia Scotus.

Summatim ex Matth. Ferchio Veglensi loco laudato pag. XLIX. Eius laudes percurram. Antonio Posseuino laudatur *Eximia modestia, charitas, animi integritas.* Gulielmo Eisengrinio *Fidei Catholica professio, Exercitatio in diuina lege.* Trithemio *Studiosa cęlestium scripturarum Eruditio.* Petro Tartareto *Contemptus vita pro Iustitia, & aquitate.* Chronico Franciscano *Paupertatis Euangelica opulentia.* Guil. Voriloni *magna obedientia propensio.* Bartholomæo Pisano *Educatio in diuino cultu, & religiosis functionibus.* Epigrammatario incerto *Vita Calibatu.* Philip a Sosa *morte venerabilem* Antonius Andreas *memoria benedictum.* Gonsaluus Generalis *vita laudabilem* vocant. Scripta eius Iosias Simlerus hæc numerat.

Super sententias.	*lib.* IV.
Quodlibeta.	*lib.* I.
De cognitione Dei.	*lib.* I.
In Metaphysicam quastiones.	*lib.* I.

Gg *Sermo-*

Sermones de tempore. *lib.* I.

Commentarij in Euangelia. *lib.* I. Franciscus Gonzaga part.I.pag.LXXXVII.

In Epistolam ad Romanos. *lib.* I. Ibidem.

Obiit Coloniæ Agrippinæ VIII.Nouemb.anno Salut.Mcccviii.eo anno quo *Henrico* Lucemburgico VII. Imperium est delatum. Chronic Hirsang. Errant qui in annũ M.CCCXXX.reijciũt, nec minus Gesnerus in Bibliotheca, & Raphael Maffæus Volaterranus lib.XXI.pag. DCXXXI.lapsi sunt, dum stylis Discipulorum confossum tradunt, quod de *Ioanne Scoto* longè ab isto diuerso verum est & infra à me expedietur. Deniq; vt totum de illo sermonem absoluã, Authoritas Antonij Andreæ Symmystæ, & discipuli eiusdem Doctoris Subtilis, qui XII. post eum anno defunctus est. Is enim Commẽt.ad lib. XII.Metaphy.ad finem *tã sentiendo, quam notando doctrinam illius subtilissimi, & excellentissimi Doctoris cuius fama, & memoria in benedictione est qui pote sua sacra, & profunda doctrina totũ orbẽ adimpleuit, & facit resonare, scilicet Magister Ioannes Duns, qui fuit natione Scotus, Religione minor* Bartholomæo Pisano paria scribẽte ad Cõformit.XI.part.II.pag. CXIII. Sed quis Epithaphio contradicat? Satis erit ad Anglos, Hibernosque spe sua deijciendos. Illud sic hodie Coloniæ legitur, & habet Frãciscus Gõzaga part. I.pag.LXXXVI.Petrus Cratepolius Episcop. Germ.pag.XCI.

Scotia me genuit,
Anglia suscepit,
Gallia erudiuit,
Colonia sed nunc tenet.

Dum nocte Natiuitatis Dominicæ oraret, Saluator ipse ei se tractandum pueri specie tradidit. Chronica Francisc. part. II. lib.VII. cap.III.

DONATVS. 422.

DONATVS in patria D.Benedicti Regulam iurauit, tum S.*Mariano* comes peregrinationis Germanicæ, inclusus primum ad D.Petri Sacellum, mox noui Scotorũ Cœnobij Monachus, quod Henricus Burgrauius.II.Scotis peregrinis ibidem extrui curauit

vir,

vir doctus, ait VVolfgãgus Lazius lib. VII. Migrat. Gent. Scripsit.

Vitam Leupoldi Marchionis Austriæ lib. 1. Is postea in Sanctorum relatus numerum, secũdus Austriæ Patronus colitur, diu enim ante illum adscitus in Patronum ab ea gente fuerat S. *Colmannus*, vti lib. III. supra ostendi.

Claruit Anno MCLVIII.

SAMVEL DEIRANVS. 423.

SAMVEL *Deiranus* Monachus Benedictinus à *Deira* celeberrimo Buchaniæ Cœnobio sic vocatus, uir fuit ad miraculum omnibus bonis artibus eruditus, præcipue Mathematicis, in quibus tantum floruit, & excelluit, vt à uulgo Magus haberetur; reuera naturæ mysteria adeò penetrauit, vt nihil in ijs ei occultum foret, mira prædictionum felicitate varia reliquit ingenii sui rarissimi monimenta, sed ad me paucorum apices peruenerunt. In his habentur.

Canones Astrologici. lib. 1.
Principum quorumdam horoscopi. lib. 1.
Prædictiones veraces super casu religionis apud Scotos, & eiusdem noua restauratione. lib. 1.
Theologica Collectiones pro Astrologica scientia. lib. 1.

Obiit anno MDXLVII. Sepultus non longè Edimburgo in cuiusdã viri nobilissimi sacello, quo cum eiusdem sacelli imagines omnes etiam sepultæ ac reconditæ.

DRVYDES. 424.

DRVYDES vel *Dryudes* Philosophi antiquissimi à *Druy* Celtarum Rege, vt volunt Stephanus Forcatulus, & Ioannes Picardus lib. II. Celtopædiæ: vel ab arboribus, & lucis in quibus declinatis Vrbibus, vt sacris facilius vacarent, habitabant. A Britannia, id est Scotia, vbi ortum habuisse scribunt Cæsar lib. VI. Cõmentarior. Strabo lib. V. Geograph. Tacit. in Agricola, & alij, in Gallias translati mira Philosophandi scientia inclaruerunt. Latè

Hector Boethius lib. II. Histor. Scot. pag. XII. Adi ad C. Plinium lib. XVI. cap. vlt. lib. XXV. cap. XI & lib. XXIX. cap. II. Cælium Rhodigin. lib. XVIII. cap. XXI. Horum Philosophiam maxima ex parte complexus est Diogenes Laertius Proæmio operis sui de vita Philosophorum σέβειν θεοὺς, καὶ μηδὲν κακὸν δρᾶν καὶ ἀνδρείαν ἀσκεῖν *Colere Deos, nihil mali facere, fortitudinem exercere*. Primi ij immortales esse animas docuerũt, idque prodidit Clitarchus lib. XII. Laërtius ibidem loci, quod egregio mutuandæ pecuniæ commento confirmarunt Vale. Max. lib. 1. cap. 11. id disciplinę genus expressit M. Lucanus lib. 1. Pharsal. vers. CCCCLI.

Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum, Druydæ positis repetistis ab armis.
Solis nosse Deos, aut Cæli numina vobis.
Aut solis nescire datum, nemora alta remotis
Incolitis lucis, vobis autoribus vmbræ
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna tenent, regit idem spiritus artus
Orbe alio, longæ canitis si cognita vitæ.

Hos etsi nonnulli Augustorum Romani Imperii finibus excludere tentassent, retinuere tamen studiosa religionis obseruantia nostrates, & populi plerique alii. Meminit Æl. Lamprid. in Alexãdr. Seuero. Fl. Vopisc. in Aureliano, & in Numeriano. Horum curæ magnatum liberi apud nostrates commissi, à quibus rectam virtutis adipiscendæ rationem edocerentur. Horum Princeps fuit S. *Columbanus*, ut lib. 11. hoc opere dixi. Successere postea in eorum locum, authoritatem, & opes Monachi. Scribebant isti.

De diuino cultu.	*lib.* 1.
De religionis sacris.	*lib.* 1.
De fortitudine bellica.	*lib.* I.
De Animæ immortalitate.	*lib.* I.

Oracula. *lib.* 1. quę non viri modo, sed etiam fœminæ consulentibus reddebant.

Florebant ab initio Regni fundati.

GEORGIVS DVNDAS. 425.

GEORGIVS *Dundas* Græcè, Latinèque doctissimus habitus, Equitum Hierosolymitanorum intra Regnum Scotiæ præfectus,

ctus, sed prius Aberdoniæ Professor. Scripsit diligenter, & laboriosè. *Historiam Equitum Hierosolymitanorum. lib.* 11. Claruit anno MDXX.

GVILIELMVS DEMPSTERVS. 426.

GVILIELMVS *Dempsterus* ante CCC. annos Lutetiæ profitebatur. Erat autē ex familia Curestonia, cuius claritudo altius est repetenda ex annalibus Scoticis, & nostræ familiæ actis circa annum MLXI. *Malcolmus Cammoir* III. Rex filium sustulit promiscuo thoro *Alanum*. Is rebellātem *Loquhabriæ Thanum*, à Rege missus, acie victum, ne maiores motus orirētur, capite mulctauit, erectis trophæis, ingentibus saxis, quæ etiamnum hodie non lōgè Brechino visuntur. Rex *Alanū* Iustitiæ Ense donauit, ac nevlla toto in Regno de capite sententia sine ipsius aut præsentia, aut delegatione ferretur, edicto cauit, eumque *DomSterum*, hoc est *Iudicem* ea de causa Posteritas vocauit, *Dome* enim capitalis est sententia, quæ hac formula ferebatur. Lapidem tollit magistratus, signatumque quærenti tradit, illo aduersarium, & testes citat, si quid ambiguum, & maioris momēti ad XII. quos *Claues* appel lant, refertur, atque ita sine scriptis, aut impensis lites dirimi solitæ. Ex *Davide* longus ordo Agros inter *Escas* omnes possedit, quos hodie *Crafordiæ Lindesÿ* à maioribus nostris emptos habēt, & *Dempsteri* per totam se Scotiam diffundentes, varias arces, ac titulos obtinuerunt, in Hiberniam etiam, & Angliam, *Monamque* Insulam traiicientes domicilium, ac sedem fortunarum suarum fixerunt. Guil. Cambden. in *Mona* Insulæ descriptione pag. DCCXXV. Cur autem *Dempsteri* ab Angusia, ubi prima ueluti incunabula rerum suarum fuerant sortiti, aliò transierint, hæc ratio est. Puella magnarum opum hæres *Achterlessiæ* Baronis *Siberi* vnica *Ioannis DempSteri* fortitudine à tyranno, qui eam per uim detinebat liberata, eidem assertori suo denupsit, qui raptorem uirginis duello interfecit, & gētilitio *Dempsterorum* Leoni ensem addidit, familiæ gestamen deinceps futurum, cuius ille ueluti secundus conditor administrationem *Buchaniæ*, & *Bausiæ* summo titulo in domum suam intulit, quam & Auus meus *Ioannes*, & Pater *Tho-*

Qualis Castalii præses Apollo chori.
Sermo erat ætherei de Maiestate tonantis,
Vt tulerit nostræ conditionis onus.
Vt neque concretam diuina potentia labem.
Hauserit in fragili corpore tecta hominis.
Nec licet in serui Dominus descenderet actus,
Naturam exuerint membra caduca suam.
Quisquis adest, dubitat, schola ne immigrarit in aulam
An magis in mediam venerit aula scholam.
Iupiter Aethiopum conuiuia solus habeto,
Dum mihi concedas Præsulis ore frui.

Quod præclarum certe testimonium in ore hominis à vera religione tam alieni. Eius sunt.

Virgilii opera Scoticis Rythmis translata lib. 1. mira ingenii felicitate, ut uersibus versus responderent, quod haud scio an exemplum habeat in antiquitate.

Palatium honoris.	*lib.* 1.
Aureæ narrationes.	*lib.* 1.
Comœdiæ aliquot sacræ.	*lib.* 1.
De Rebus Scoticis.	*lib.* 1.

Extinctus est peste Londini grassante, regnante Iacobo V. anno anno MDXXI. meminit Leslæus lib. IX.

S. DICVLLVS. 406.

S. *DICVLLVS* hic paulo posterior tempore alio de quo Beda lib. III. histor. Ecclesiast. Gent. Anglor. cap. XXVII. *Erat autē ibi Monachus quidam de natione Scotorum, vocabulo Dicul, habens monasteriolum in loco, qui vocatur Bosanham sylvis, & mari circūdatum, & in eo fratres quinque, siue sex in humili, & paupere vita Domino famulantes.* quæ uerba habet Surius in vita S. VVilfridi tom. V. die XII. Octobr. Camdenus Scotum facit, & monasteriū locat inter Sussex, & Southampton pag. CCXXIIX. Scripsit.

Ad occidentales Saxones exhortationes. *lib.* 1.

Floruit anno DCLXXXIX. Sanctum putat Ecclesia Scotica ex Beda lib. III. hist. Eccles. Anglor. cap. XIX. colitur XI. Febr. 1 Iunij.

HEN-

HENRIC. DE DOMO DEI. 407.

HENRICVS *De Domo Dei Scotus*, inquit Nicolaus Paschalius Alidosius, *Bononiæ Ius Ciuile claro nomine, & magna frequẽtia professus* scripsit, eodem auctore.

Quæstiones in Iure. *lib.* 1.
Glossas in leges. *lib.* 1.

Docebat Bononiæ Anno MCCLXXX.

DONALDVS. 408.

DONALDVS Scotorum in D. Iacobi Maioris Herbipoli Cœnobiarcha, ordinatus ab *Alberto de Hohenlohe* Episcopo Herbipolensi. Scripsit.

Exhortationem ad Ciues Herbipolenses. *lib.* 1. qui rebellauerant ab Episcopo suo, sed longo obsidionis malo domiti, interuentu *Caroli* Imperatoris in gratiã cum eo redierunt.

Præfuit annis XXIII. anno MCCCLXXXV. Chronicon dicti monasterij.

DAVID. 409.

DAVID eiusdem Cœnobij Abbas *Thadæo* successor, cuius libro XVIII. mentio à me facta, cum VIII. annis monasteriũ istud egregie rexisset ad Ratisbonense monasterium Scotorum translatus, magnam priuilegiorum partem secum trãstulisse perhibetur. Fuit autem Abbas numero XXIX. Chronicon laudatum. Eius dicuntur asseruari Ratisbonæ.

In Hieremiam Commentarij. *lib.* 1.

Creatus est Antistes anno MCCCCLXXV. quando obierit non comperi.

S. DAMIANVS. 410.

S. DAMIANVS Presbyter, *Merinati* Diaconi Germanus, *Gelasiæ, Merini, Merinati, Eusebii, Thebaculi, Syluanei, & Nerei*, coætaneus

neus præcipua eruditionis, ac pietatis, & fama in Scotia florebat; dũ diuino pręcepto monitus S. *Regulus Albatus*, patris Ciuitate, Brachium S. Andreæ cum sacrosanctis eiusdem Apostoli reliquijs in O hostiam Pictorum tunc Imperio subiectam, deuexit. Hector. Boethius lib. VI. hist. Scot. pag. CV. Scotus an Græcus fuerit, haud facile dixerim, & an vna cum *Regulo* ex Achaia in Scotiam venerit, an vero ipse tùm apud suos in pretio esset, non definio. Scripsit.

De Reliquiarum S. Andreæ in Britanniam aduectione. lib. I.

Florebat anno CCCXXXII.

IO. DVMBAR. 411.

IO. *DVMBAR* præclara ingenii fama, philosophicis medicinę stu dia coniunxit, Patauinus Doctor insigni patriæ, suique nominis ornamento renunciatus. Scripsit.

Poemata varia. lib. I.

Aliquid in Medicina. lib. I.

Ad Scotos suos digressus, feliciter Clinicem exercet.

DAVID. 412.

DAVID *Episcopus* Sancti Andreæ interfuit Cõcilio Lugdunẽsi, sub Innocentio IV. celebrato, & cum XL. aliis Prælatis subscripsit, vt ex literis constat, & confirmatione eiusdem Concilii edita nuper à Iacobo Bongarsio inter gesta Dei per Francos. pagina MCXCV. Scripsit.

De Concilii Lugdunensis authoritate. lib. I.

Vixit anno MCCLxxxi.

FINLACVS DIKENSONVS. 413.

FINLACVS *Dikensonus* Parisiensis Academiæ professor, ut ex actis eiusdem ad Diui Cosmi patet. Scripsit.

Historiarum memorabilium Synopsim. lib. I. quæ Basileæ prodiit.

Floruit anno MDIX.

S.DE-

S. DESIGNATVS 414.

S. DESIGNATVS filius Ducis Dalensis ex filia Regis Scotiæ Episcopus Traiectensis XIII. Ant. Mōchiacen. Demochar. lib. 11. de sacrif. Miss. cap. XXXV. Scripsit.

Ad Ecclesiam suam. lib. 1.

Sedere cœpit anno DVII. obiit anno DXI.

DVNFERMELINI CHRONICVM 415.

DVNFERMELINENSIS Cœnobii codex fuit uetustissimus, & notæ optimæ, sed Anonymo Autore, puto, à multis Monachis successiuè, scriptus, ut eo seculo vsitatum. Is postea donatus monasterio *Neubotle*, non u d , sed *Richardus Brunus* in collectionibus suis Ecclesiasticæ historiæ Scotorum sæpe meminit. Elogium ei erat.

Vetus Chronicon Dunfermelini. lib. 1.

Perueniebat ad annum MCCCCLX.

IOSEPHVS DVNDRANENSIS. 416.

IOSEPHVS *Dundranensis* celebris *Dundrana* Monasterii in Gallouidia, quod *Fergusius* Comes fundarat, alumnus Cistertiēsis ordinis Monachus, ac postea Prior. Scripsit.

De Illustribus ordinis sui Viris. lib. 1.
De quibusdam Sanctis. lib. 1.
Sermones per annum. lib. 1.
Lecturas in Euangelia. lib. 1.

Florebat anno MCCXCI.

PATRICIVS DRYBVRGENSIS. 417.

PATRICIVS *Dryburgensis* Monachus Benedictinus reformationis Præmonstratensis, Philosophus, Theologus, Orator, ac Poeta æuo suo eximius, apud nostrates florebat dum Tyrannici spiri-

tus homo *Eduardus I.* Angliæ Rex absente *Roberto Brusio* Rege Scotiam inuaderet, ac, quod impietatem summam, barbariemq. nefandissimam loquitur, sacra profanis misceret, direptisque Melrosiensi, & Dryburgensi Cœnobiis ipsam Eucharistiam violaret, quo tantæ feritatis facinore motus *Patricius*. Scripsit, & vulgauit.

De monasterii sui direptione, versu ad Regem, atque Cœnobiorum Patres. *lib.* 1.

Florebat anno MCCC*XXX*. Scotichronicon.

MICHAEL DIRLETON. 418.

MICHAEL *Dirletonus* Franciscanus, & primus præpositus illius loci. Scripsit.

Ad Valterum Haliburton fundatorem militem. *lib.* 1.
Lecturas in Psalmos. *lib.* 1.
Logicalia. *lib.* 1. Egregiũ opus ait Scotichronici continuator *Macullech*.

Vixit anno MCCCC*X*LIV.

DAVID DVGLASSIVS. 419.

DAVID *Duglassius* Comitis *Archibaldi* gentilis, ac coætaneus primo in Gallijs celebri nomine viguit. Eius sunt.

De natura mirabilibus. *lib.* 1. prodiit Lutetiæ.
Defensio C. Plinij. M.S. apud Petrum Petauium Senatorem Regium. in superiori contignatione lib. 1. quo opere nõ legi doctius, eum enim authorem à calumniis aliorum collatione diligenter facta, accerrimè uindicat.
Historiarum toto orbe Synopsis. *lib.* 1.
Poemata sacra. *lib.* 1.

Floruit anno MD*XXII*.

IO. DVMBAR. 420.

IO. *DVMBAR* Gallouidianus diu in Galliis substitit, & bonas artes Parisiis, atque Tholosæ didicit, Rupellæ docuit, celeberrima ta na, & grata recordatione nomine sibi conciliato. Sunt ab eo com-

complurima edita, sed nihil ad manus meas peruenit: extant tamen. *Poemata elegantissima.* lib. 1.
Orationes facundissimæ. lib. 1. vt aiunt.
Notæ ad Florum Epitomasten. lib. 1.

Florebat anno MDXCI.

IOANNES DVNS 421.

IOANNES Duns abineũte ætate D. Frãcisci Familiam ingressus, tam stupendo fuit ingenij acumine, vt paucos pares habuisse vlla ætate censeatur. *Doctor subtilissimus, & Princeps Theologorum* Philipp. de Bagnacauallo in Præfat. Limę veritatis. Iul. Cæsar Scaliger exercitatione in Cardanum CCCXXIV. nihil erat, qd̃ *sapere non potuisset huius viri ingenium si tempora permisissent, quæ tum literarum ornamenta denegabant, nunc in scholastico illo nescio curiosone magis, an vtili disceptandi de rebus sacris genere, nihil eo subtilius nihil absolutius est.* Ioachim, Vadian. comment. in Melam *Theologica sapientia clari* De Franciscanis Anton. Sabellic. Ennead. IX. lib, VI. In principio *Bonauentura Ioannes Scotus, Franciscus Maronius, Richardus, Nicolaus Lyrensis, & alii innumeri, nam florem religionis attingimus* Ioan. Polemar. Barcinonensis lib. de Ciuili Dominio Clericorũ pag. CCLXX. *His addamus Rabanum, Bedam, Hugonem, Richardum de S. Victore, Anselmum. Nicolaum de Lyra, S. Bernardum, Thomam de Aquino, Albertũ, Bonauenturam, Petrum de Tarantasio, Scotum, & plures alios qui Ecclesiam Dei suis illustrarunt scriptis.* Celebritatem humani intellectus per eum significari volunt Georgius Venetus in Harmon. mund. & Anton. Ricciardus Brixianus in Symbolica Historia. Paul Langius Cygnæus Bosavuiensis in Chronico Citizensi Anno MCCCXXX. *Ioannes Scotus ordinis Minorum, qui ob perspicacitatem, & claritudinem ingenii sui Doctoris subtilis nomẽ meruit. Inter quatuor principalium Sectarum doctores locumtenens tertiũ sectæ, quæ à nomine suo Scotistarum appellatur dux, & signifer inuictissimus qui, & ipse Philosophia seculari Peripatetica, videlicet armatus omnium ante se scribentium Theologistarum opiniones impugnauit, & suas statuens quantum valuit, detexit, & diruit. Theologus*

logus sui temporis argutissimus, & Scholasticissimus, &c. Vide quæ sequuntur.

Nec minor de tanto viro cõcertatio, quam de Homeri natalibus, nã illũ uendicant Hiberni, qđ *Duns* cõtractè pro *Dunensis* vocaretur, nec tũ illum codicẽ producunt in quo contractio illa reperiretur: id itaq. triuolũ, quod dicitur tantũ, non etiã probatur. Angli ciuẽ suũ faciunt quod Oxoniæ scripserit, & commẽtarios suos *Scriptũ Oxoniense* vocauerit. Præclaro sanè argumento, quasi cõcluderetur. Cicero Arpinas Romæ scripsit, Cicero igitur Arpinas fuit Romanus, quod quàm ridiculum sit, docti uiderint. Deinde Religiosæ familiæ cum constent ex diuersis gentibus, nullius Academiæ legi sunt adstrictæ, & videmus Bononiæ in Italia quosdam monachos non Bononienses publicè profiteri, cum tamen Peregrini omnes à professione arceantur nisi eminenti, vt vocant loco, conducti. Igitur si *Ioannes Duns* Franciscanus in Academia Oxoniensi docuerit, aut scripserit, nõ vt Anglus, sed ut Seraphici ordinis socius docuisse, & scripsisse censẽdus est. Mira hic inscitia Ioãnis Pitsei, ignauissimo stupore seipsum superantis, & non est tanti, ut verbi poni aut redargui mereantur, hoc tantum discat Apostatæ Balei impudens, & mendacissimus transcriptor non omnes Oxonienses Anglos esse: siquidem ex decreto S. D. N. *Clementis* V. vt ex actis Concilij Viennensis patet, & disertis verbis habetur Clementina de *Magistris* lib V. Oxonia publica est, & communis Vniuersitas tribus Regnis Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, quinimo, quod amplius est, Rex Scotiæ tenebatur ad prouisionem professoribus Scotis in Academia Oxoniensi præstandam ex textu claro dictæ Clementinæ. Quod si verum est, vt verissimum esse nemo dubitat, à futili illo argumento desinant deinceps Angli, & à Scotis doceri Antiquitates suas lubentes fateantur, & gratias agant. Deniq. potuit titulus ille alterius manu addi, & leuitatis te, Pitsee, pudebit, si perpẽdas, quam ridiculum argumentum docti hæbetorã scriptionis loco necessitatem inferre nationis, sic enim fieret vt D. *Augustin.* affert, haberetur *Italus* quia libros de Trinitate ad Portum *Traiani*, siue vrbum veterem scripsit, & Remũdus Lullius Pilarius esset adiũdicandus, quia artem suam mirabilẽ Pisis composuit, & magnus felix Ennodius Ticinensis Byzantinũs

nũs

nus esset quia Scriptum de legatione sua Byzantij exarauit. Denique Pitseus Anglus Austrasius esset, & præclarem gentem oneraret infamia, quia Liuerduni scribit. Ad hæc omnium seculorum, & gentium, virorumque eruditorum consensus Scotum fecere, aliquorum apponam celebriora testimonia. Dux erit eiusdē ordinis Petrus Cratepolius pag. XCI. *Ioannes Duns natione Scotus, de ordine S. Francisci, vir eruditissimus in diuinis literis, & philosophus doctissimus, acutissimus ingenij, & adeo profundus, vt à paucis scripta eius sint penetrabilia.* Nicol. Iansenius Dominicanus cap. VIII. in Apologiam Hugonis Cauelli Hiberni. Gregor. Ruis ante Comment. Scoti in IV. senten. Simon Maiolus Colloq. IV. Zuingerus. Libert. Fromondt Louaniensis in Thesibus. Nicolaus Vernuleius Triumpho Assumptæ Virginis, quid plura? nuper edito opere probaui XII. rationibus eum Scotum fuisse, nec Cauillus respondit, nec respondere potest. Petrus Rodolphus Tossinianensis Tom. III. Religion. Seraph. qui disertè ad *Calydoniam Syluam* natum ait, refert tamen Balæi impudentissimi, & mendacissimi deliria. Ioannes de Ragusio Dominicanus laboriosa illa oratione habita in Concilio Basiliensi de Communione sub vtraque specie. pag. CIII. *Scotus qui præ altitudine, & subtilitate doctrinæ antonomastice nomen Doctoris Subtilis in Scholis obtinuit.* Ioannes Trithemius lib. de scriptoribus Ecclesiastic pag. CCCIII *Ioannes Duns natione Scotus Parisijs studuit.* Æl. Reusnerus in Indice Chronologic. *Ioan. Duns Franciscanus gente Scotus Doctor dictus Subtilis obijt.* &c. Auctor Bibliothecæ Classicæ pagina CCLXXXV. *Ioannes Duns à patria Scoti nomen obtinens.* Anton. Posseuin. Appar. sacr. Tom. I. pag. CLXIX. *Ioannes cognomento Duns natus in vlteriore Britannia ad Calydoniam Syluam à Patria Scoti nomen in Scholis obtinuit.* Ioan. Auentin. lib. VI. Annal. Boiarior. *Eo autore duo Peripateticorum Aristotelicorum genera esse cœperunt; vnū illud vetus, locuples in rebus procreandis, quod scientiam sibi rerum vendicat, quamobrem reales vocantur: Nouum quod eam distrahit. Nominales ideo nuncupati, quod auari rerum prodigi nominum, atq; notionum verborum videntur esse assertores. In hisce duobus generibus dissidium, & bellū ciuile est. Illius Thomas Aquinas Italus, & Ioannes Duns Scotus, huius VVilhelmus Occamensis Anglus An-*

tesignani. Sixt. Senen. lib. IV. Biblioth. sanctæ *Ioannes Dunsius natione Scotus ex Minorum familia Alexandri Alensis Britanni Lutetiæ auditor, admirandæ eruditionis subtilitate præditus ob profundissimam dicendi obscuritatē Σκοτεινὸς idest tenebricosus, quod Anaxagoræ obscurissimi cognomen fuit, cognominatus.* Iacob. Breullius lib. II. Antiquitat. Parisiens. pag. Dxxiv. *Ex hoc monasterio* Franciscanorum Parisijs *plurimi sanctitate, & doctrina pollentes prodierunt. In his Nicolaus Lyranus Bibliorum Glossographus, & quidā cognomento à patria sua sumpto, Scotus vocatus, & doctor subtilis cuius memoria nunquam est peritura præsertim inter Scholastica sapientiæ professores ob eruditionem, quam scriptis suis inseuit hæreticorum impietati retundendæ opportunam.* Eadem Chronologi omnes.

Multa de eo fabulose traduntur, vt quod Imaginem Deiparæ in sācto Sacello Lutetiæ, disputaturus de Conceptione eiusdem, precibus incuruauerit, quod Roma Parisios biduo venerit causam illā propugnaturus, denique. *nondum mortuum fuisse eum in sepulchrū illatus est sed duntaxat lethargo correptum ferunt, quod aperto sepulchro postea innotuerit, dum in gradibus Mausolei deuoratis manibus repertus est*, ait Gilbertus Genebrardus. Chronolog. Pag. DCLXVII. Eademque paulo ante Iouius in Elogiis virorū doctrina illustrium. Quod commentum exagitat acriter, & eruditè Matth Ferchius vir ornatissimus Frācifcani, ordinis Prouincialis, & modeste Bzouium Polonū officij admonet exculto opere nup Camberij edito, Idipsū etiā Aubert. Miræus in chronico refutat, quod Coloniæ nulla sit in Archiuijs monasterii mētio, aut Epitaphiis varijs tumulo appensis. Ita enim ille *Io. Dunsius Scotus Doct. subtilis cognomento*, &c. Accedit Sanctitatis opinio qua vsque in hodiernum diē clarus est, nā & ara cū lampade ardente Dumfrijerat, & Mauritius Hibernicus ante CXX. annos eum Sanctum vbique uocat, & consentit Matthæus Ferchius idē Ordinis Seraphici socius, quæ cum tali fato pugnare videtur, & refellit Ioānes Stomnelius oratione de illo Bononiæ edita quam adi, quod tamē figmentum scioli auide arripuerunt. Ianus Vitalis maledicentissimus à Iouio corruptus, inficetus Scurra.

Quod nulli vnquam hominum accidit, Viator,

Hic

Hic Scotus iaceo semel sepultus.
Et bis mortuus, omnibus sophistis.
Argutus magis, atque captiosus.

Sed et Latomi extat carmen illepidum, insipidum, ac impostura plenum, nec legi dignum, nisi vt arrogantia, & ignorantia obscuri tenebrionis arguatur.

Quacunque humani fuerant, iurisque sacrati,
In dubium veniunt cuncta vocante Scoto.
Quidquod, & in dubium illius sit vita vocata,
Morte illum simili ludificante Stropha.
Cum non ante virum vita iugularit adempta,
Quam viuus tumulo conditus ille foret.

Quanto verius Epitaphium eius vetustissimum.

Clauditur hic viuus, fons Ecclesia, via, viuus,
Doctor Iustitia, Study flos, arca sophia,
Ingenio scandens, scriptura abdita pandens.
Dux fuit hic Cleri, Claustri lux, & tuba veri.

Henricus Suinton Scotus.

Pingere vis Scotum, Sophiam depinge: Sophiam
Pingere vis, Scotum pinge; Sophia Scotus.

Summatim ex Matth. Ferchio Veglensi loco laudato pag. XLIX. Eius laudes percurram. Antonio Posseuino laudatur *Eximia modestia, charitas, animi integritas*. Gulielmo Eisengrinio *Fidei Catholica professio, Exercitatio in diuina lege.* Trithemio *Studiosa cœlestium scripturarum Eruditio*. Petro Tartareto *Contemptus vita pro Iustitia, & aquitate*. Chronico Franciscano *Paupertatis Euangelica opulentia.* Guil. Voriloni *magna obedientia propensio.* Bartholomæo Pisano *Educatio in diuino cultu, & religiosis functionibus.* Epigrammatario incerto *Vita Calibatu*. Philip a Sosa *morte venerabilem* Antonius Andreas *memoria benedictum.* Gonsaluus Generalis *vita laudabilem* vocant. Scripta eius Iosias Simlerus hæc numerat.

Super sententias.	*lib.* IV.
Quodlibeta.	*lib.* I.
De cognitione Dei.	*lib.* I.
In Metaphysicam quastiones.	*lib.* I.

Sermones de tempore. *lib.* 1.

Commentarij in Euangelia. *lib.* 1. Franciſcus Gonzaga part.I.pag.LXXXVII.

In Epiſtolam ad Romanos. *lib.* 1. Ibidem.

Obiit Coloniæ Agrippinæ VIII.Nouemb.anno Salut.MCCCVIII.eo anno quo *Henrico* Lucemburgico VII. Imperium eſt delatum. Chronic Hirſang.Errant qui in annũ M.CCCXXX.reijciũt,nec minus Geſnerus in Bibliotheca, & Raphael Maffæus Volaterranus lib.XXI.pag.DCXXXI.lapſi ſunt,dum ſtylis Diſcipulorum confoſſum tradunt,quod de *Ioanne Scoto* longè ab iſto diuerſo verum eſt & infra à me expedietur. Deniq; vt totum de illo ſermonem abſoluã,Authoritas Antonij Andreæ Symmyſtæ, & diſcipuli eiuſdem Doctoris Subtilis, qui XII. poſt eum anno defunctus eſt. Is enim Commẽt.ad lib.XII.Metaphy.ad finem *tã ſentiendo, quam notando doctrinam illius ſubtiliſſimi, & excellentiſſimi Doctoris cuius fama,& memoria in benedictione eſt qui pote ſua ſacra, & profunda doctrina totũ orbẽ adimpleuit,& facit reſonare,ſcilicet Magiſter Ioannes Duns,qui fuit natione Scotus, Religione minor* Bartholomæo Piſano paria ſcribẽte ad Cõformit.XI.part.II.pag. CXIII. Sed quis Epithaphio contradicat? Satis erit ad Anglos, Hibernoſque ſpe ſua deijciendos. Illud ſic hodie Coloniæ legitur,& habet Frãciſcus Gõzaga part.1.pag.LXXXVI.Petrus Cratepolius Epiſcop. Germ.pag.XCI.

Scotia me genuit,
Anglia ſuſcepit,
Gallia erudiuit,
Colonia ſed nunc tenet.

Dum nocte Natiuitatis Dominicæ oraret,Saluator ipſe ei ſe tractandum pueri ſpecie tradidit. Chronica Franciſc. part. II. lib.VII. cap.III.

DONATVS. 422.

DONATVS in patria D.Benedicti Regulam iurauit,tum S.*Mariano* comes peregrinationis Germanicæ,incluſus primum ad D.Petri Sacellum,mox noui Scotorũ Cœnobij Monachus, quod Henricus Burgrauius.II.Scotis peregrinis ibidem extrui curauit

vir

vir doctus, ait VVolfgãgus Lazius lib. VII. Migrat. Gent. Scripsit.

Vitam Leupoldi Marchionis Austriæ lib. 1. Is postea in Sanctorum relatus numerum, secũdus Austriæ Patronus colitur, diu enim ante illum adscitus in Patronum ab ea gente fuerat *S. Colmannus*, vti lib. III. supra ostendi.

Claruit Anno MCLVIII.

SAMVEL DEIRANVS. 423.

SAMVEL *Deiranus* Monachus Benedictinus à *Deira* celeberrimo Buchaniæ Cœnobio sic vocatus, uir fuit ad miraculum omnibus bonis artibus eruditus, præcipue Mathematicis, in quibus tantum floruit, & excelluit, vt à uulgo Magus haberetur; reuera naturæ mysteria adeò penetrauit, vt nihil in ijs ei occultum foret, mira prædictionum felicitate varia reliquit ingenii sui rarissimi monimenta, sed ad me paucorum apices peruenerunt. In his habentur.

Canones Astrologici. lib. 1.

Principum quorumdam horoscopi. lib. 1.

Prædictiones veraces super casu religionis apud Scotos, & eiusdem noua restauratione. lib. 1.

Theologica Collectiones pro Astrologica scientia. lib. 1.

Obiit anno MDXLVII. Sepultus non longè Edimburgo in cuiusdã viri nobilissimi sacello, quo cum eiusdem sacelli imagines omnes etiam sepultæ ac reconditæ.

DRVYDES. 424.

DRVYDES vel *Dryudes* Philosophi antiquissimi à *Druy* Celtarum Rege, vt volunt Stephanus Forcatulus, & Ioannes Picardus lib. II. Celtopædiæ: vel ab arboribus, & lucis in quibus, declinatis Vrbibus, vt sacris facilius vacarent, habitabant. A Britannia, id est Scotia, vbi ortum habuisse scribunt Cæsar lib. VI. Cõmentarior. Strabo lib. V. Geograph. Tacit. in Agricola, & alij, in Gallias translati mira Philosophandi scientia inclaruerunt. Latè

ctus, sed prius Aberdoniæ Professor. Scripsit diligenter, & laboriosè. *Historiam Equitum Hierosolymitanorum. lib.* I I. Claruit anno MDXX.

GVILIELMVS DEMPSTERVS. 426.

GVILIELMVS *Dempsterus* ante CCC. annos Lutetiæ profitebatur. Erat autē ex familia Curestonia, cuius claritudo altius est repetenda ex annalibus Scoticis, & nostræ familiæ actis circa annum MLXI. *Malcolmus Cammoir* III. Rex filium sustulit promiscuo thoro *Alanum*. Is rebellātem *Loguhabriæ Thanum*, à Rege missus, acie victum, ne maiores motus orirētur, capite mulctauit, erectis trophæis, ingentibus saxis, quæ etiamnum hodie non lōgè Brechino visuntur. Rex *Alanū* Iustitiæ Ense donauit, ac ne vlla toto in Regno de capite sententia sine ipsius aut præsentia, aut delegatione ferretur, edicto cauit, eumque *Domsterum*, hoc est *Iudicem* ea de causa Posteritas vocauit, *Dome* enim capitalis est sententia, quæ hac formula ferebatur. Lapidem tollit magistratus, signatumque quærenti tradit, illo aduersarium, & testes citat, si quid ambiguum, & maioris momēti ad XII. quos *Claues* appellant, refertur, atque ita sine scriptis, aut impensis lites dirimi solitæ. Ex *Dauide* longus ordo Agros inter *Escas* omnes possedit, quos hodie *Crafordiæ Lindesij* à maioribus nostris emptos habēt, & *Dempsteri* per totam se Scotiam diffundentes, varias arces, ac titulos obtinuerunt, in Hiberniam etiam, & Angliam, *Monamque* Insulam traiicientes domicilium, ac sedem fortunatum suarum fixerunt. Guil. Cambden. in *Monæ* Insulæ descriptione pag. DCCXXV. Cur autem *Dempsteri* ab Angusia, ubi prima ueluti incunabula rerum suarum fuerant sortiti, aliò transierint, hæc ratio est. Puella magnarum opum hæres *Achterlessiæ* Baronis *Sibeti* vnica *Ioannis Dempsteri* fortitudine à tyranno, qui eam per uim detinebat liberata, eidem assertori suo denupsit, qui raptorem uirginis duello interfecit, & gētilitio *Dempsterorum* Leoni ensem addidit, familiæ gestamen deinceps futurum, cuius ille ueluti secundus conditor administrationem *Buchaniæ*, & *Bausiæ* summo titulo in domum suam intulit, quam & Auus meus *Ioannes*, & Pater

Tho-

Thomas feliciter rexerunt. Ad Gulielmum redeo.

Is ad examinandam breuem Raimundi Lullii artem Senatus-Consulto Parisiensi delectus, ut patet ex opere illo Lugduni edito per *Stephanum Balaud* Anno MDXIIII. Edidit.

Examen in breuem Raimundi Lully artem. lib. 1.

Floruit anno MCCCVIII.

GEORGIVS DEMPSTERVS. 427.

GEORGIVS Dempsterus Brechinensis, incertum qua familia, Ticini Philosophiam est professus, de quo nihil vltra comperi, venit in manus meas Venetiis excusum anno MDXLI. cui titulus.

De Rebus ad Nouariam gestis. lib. 1. De luctuosa, scilicet, Caroli VIII. in Aragonios expeditione, in qua tria illa clarissima censenda *Expugnatio Neapolis*, *Prælium Tarense*, *Obsidio Nouariæ*. Paulus Iouius, Guicchiardinus, & alii.

Floruit circa annum MCCCCXCV.

IOANNES DEMPSTERVS. 428.

IOANNES Dempsterus à Barauuia apud Auum meum *Ioannem* Mureskiæ educatus, in Gallias deinde bonarum artium studio profectus omnium sua ætate doctorum clarissimus euasit, si *Francisci Balduini* I.C. authoritati credendum, qui alicubi in scriptis suis profitetur *Caluini, & sequacium hæresim unius Ioannis Dempsteri eruditione philosophica posse retūdi.* Hic asperitatem patrij sermonis græca inflexione deliniturus, se non *Dempsterum* Scotica voce, sed *Themistorem* græco idiomate vocauit, nam cum *Deemster*, siue *Domster*, idē sit ac iudex, perinde erat *Dempster* aut *Themistor* dici: licet non facile probem nomina propria adeò præpostero studio accentu latino donari, ut origines mutari videantur, ac non idem alio nomine efferri, in quo nuper lapsus est meo quidem iudicio Iacob. Augustus Thuanus Præses Senatus Parisiensis Historicus clarissimus. Ad Ioannem redeo.

Lutetiæ Philosophiam est professus rara ingenij felicitate, & doctè

supra illam ætatem, ter Academiæ eiusdem Rector, qui honor nōdum adhuc promiscuus, & cuique expositus magna animorum contentione fluctuantem magistratum recepit, & prudēter adeo administrauit, ut seniores fassi sint mihi, & acta Academica testantur nunquam meliori statu res illas fuisse. Emeritus inde Venetias à Serenissimo Senatu, digno Mineruali euocatus Bibliothecam D. *Marci*, cui præpositus erat, ordinauit. In cuius aditu, vt audio, imago ei posita honorificam eius memoriam apud gratissimum populum conseruat; fuerat hoc κειμήλιον, & inæstimabilis thesaurus librariæ suppellectilis Serenis. Reip. Legatus à Cardinale Besarione Trapezuntio anno MCCCCLXXXIIX. Acta D Marci, & Historici Veneti. Obierat Bessarion an. Mcccclxx11. die XIIX. Nouemb. Schraderus. Eius sunt, quæ ego viderim, ut de alijs taceam.

Logica Elementa. *lib.* 1.

Collatio Platonicæ, atque Aristotelicæ Philosophiæ. *lib.* 1. quo opere nihil Musæ, multorum iudicio elegantius, aut ornatius viderunt: in quo opere etiam desudarūt, ut alios omittā, Georgius Gemistius Pleton. Gabriel Buratellus, Hubertus Folietta, Bernardinus Donatus.

Epistola. *lib.* 1.

Incœpit docere Parisijs, ut ex actis Nationis Germanicæ comperi, anno MDL11. Profectus est Venetias anno MDLX1V. Obiit Venetijs MDLXX1.

THOMAS DEMPSTERVS.

THOMAS *Dempsterus* huius operis author, ut meritis, & eruditione vltimus est, ita vltimum locum sortietur, vbi de illo, si tanti putabis esse, vide.

IOANNES DVRÆVS. 429.

IO. *Duræus* Societatis Iesu Presbyter pius, ac doctus, quem miror Ribadineiram omisisse, cum tanti nominis, famæ, ac doctrinæ nō debuisset obliuisci. Meminit Bibliothecæ classica author pagina

na C IX. & Anton. Posseuin. Apparsa.cri Tom. I. pag. CLXXII.
Eius est. *Confutatio Responsionis* Guilielmi *Vvittakeri.* *lib.* I. Ingolstadij.
Vixit, & obijt in Germania, sed nescio vbi loci, anno MDLXXXVII

GVALTERVS DONALDSONVS. 430.

GVALTERVS *Donaldsonus* magni nominis, sed maioris meriti Sedunẽsis Scholæ Gymnasiarcha, ac Philosophiæ ibidẽ Professor varia edidit, ego tantum vidi.

Lachrymas tumulo Henrici Stuarti Vvalliæ Principis. lib. I

Viuit adhuc, & multa quotidie posteros ornatura molitur, nunc audio Parisijs professionẽ occæpisse, quod bono Reip. literariæ fiat.

GVILIELMVS DAVIDSONVS. 431.

GVILIELMVS *Dauidsonus* bonas artes in Scotia didicit, Parisiis docuit, indiuisus *Ioannis Dempsteri*, siue *Themistoris*, de quo supra, Collega, Philosophiæ eodem tempore Professor. Edidit Lutetiæ.

Philosophia Aristotelicæ Synopsin. *lib.* I.
Præfationes solemnes. *lib.* I.

Docendi munus aggressus est ex actis Academiæ Parisiensis Anno MDLIV.

ANDREAS DVNCANVS. 432.

ANDREAS *Duncanus* solo nomine mihi notus est, & puto operam suam poliendis popularium ingenijs destinauit, nescio tamen, an non etiam in Gallijs aliquandiu substiterit. Vtcunque, vir habebatur doctissimus, & inter sui seculi primos. Eius sunt.

Rudimenta pietatis. *lib.* I.
Rudimenta Grammaticæ. *lib.* I.
Etymologia Latina. *lib.* I.

Obiit, ut aiunt, anno superiori, idest MDCXVIII.

GVLIELMVS DVNCANVS. 433.

GVLIELMVS *Duncanus* bonis artibus supra hoc seculū, & maxime gręcis literis ad miraculum imbutus multis annis humaniora, vt vocant, studia amplexus Rhetoricam apud Volcas rara commendatione, summoque nobilium Auditorum concursu docuit. Nunc audio Philosophiam summa cum gloria nominis profiteri. Est in eo homine mira comitas, & festiui mores erudita grauitate conditi, vt ipsas te Musas intueri censeas, si in colloquium cum eo descenderis. Eius sunt.

Carmen Antiquarium. *lib.* 1. Quo nihil laboriosius post Musas natas, omnia enim vocabula antiquata sunt, non tantum antiqua ex Næuio, Afranio, alijsque, Exordium. *Axamenta cano.*

Præfationes habitæ publice lib. 1. dum Lycæum aperiretur. *lib.* 1.

Notæ in Platonem. *lib.* 1.

Notæ in Cointum Calabrum. *lib.* 1.

Obseruationes in Photium. *lib.* 1.

Viuit ad huc in Occitania, vbi XX. & amplius annorum Professor, rudem non poscit, sed indefesso labore sibi, ac patrię gloriā parit.

MARCVS DVNCANVS. 434.

MARCVS *Duncanus* superioris frater, ingenij etiam felicitate ei simillimus, vt pauci sint hoc nostro æuo, quos *par nobile fratrum* non ęquet. Hic ad seuera studia animum appellens apud Turones fortunarum suarum domicilium fixit, & Philosophiam celeberrima fama, magnoq; auditorum frequentium fructu professus, edidit.

De Logica. *lib.* v.

In Ethicam Synopsin. *lib.* 1.

Poemata varia. *lib.* 1.

Orationes. *lib.* 1.

Viuit adhuc Salmurię Philosophiæ professor, & genti suæ laudem,

Hh sibi

tus homo *Eduardus I.* Angliæ Rex absente *Roberto Brusio* Rege Scotiam inuaderet, ac, quod impietatem summam, barbariemq. nefandissimam loquitur, sacra profanis misceret, direptisque Melrosiensi, & Dryburgensi Cœnobiis ipsam Eucharistiam violaret, quo tantæ feritatis facinore motus *Patricius*. Scripsit, & vulgauit,

De monasterii sui direptione, versu ad Regem, atque Cœnobiorum Patres. *lib. 1.*

Florebat anno MCCCXXX. Scotichronicon.

MICHAEL DIRLETON. 418.

MICHAEL *Dirletonus* Franciscanus, & primus præpositus illius loci. Scripsit.

Ad Valterum Haliburton fundatorem militem. *lib. 1.*
Lecturas in Psalmos. *lib. 1.*
Logicalia. *lib. 1.* Egregiũ opus ait Scotichronici continuator *Macullech.*

Vixit anno MCCCCXLIV.

DAVID DVGLASSIVS. 419.

DAVID *Duglassius* Comitis *Archibaldi* gentilis, ac coætaneus primo in Gallijs celebri nomine viguit. Eius sunt.

De natura mirabilibus. *lib. 1.* prodiit Lutetiæ.
Defensio C Plinij. M.S. apud Petrum Petauium Senatorem Regium. in superiori contignatione lib. 1. quo opere nõ legi doctius, eum enim authorem à calumniis aliorum collatione diligenter facta, accerrimè uindicat.
Historiarum toto orbe Synopsis. *lib. 1.*
Poemata sacra. *lib. 1.*

Floruit anno MDXXII.

IO. DVMBAR. 420.

IO. DVMBAR Gallouidianus diu in Galliis substitit, & bonas artes Parisiis, atque Tholosæ didicit, Rupellæ docuit, celeberrima fama, & grata recordatione nomine sibi conciliato. Sunt ab eo

com-

complurima edita, sed nihil ad manus meas peruenit: extant tamen. *Poemata elegantissima.* *lib.* 1.
Orationes facundissima. *lib.* 1. vt aiunt.
Nota ad Florum Epitomasten. *lib.* 1.
Florebat anno MDXCI.

IOANNES DVNS 421.

IOANNES *Duns* abineũte ætate D. Frãcisci Familiam ingressus, tam stupendo fuit ingenij acumine, vt paucos pares habuisse vlla ætate censeatur. *Doctor subtilissimus, & Princeps Theologorum* Philipp. de Bagnacauallo in Præfat. Limæ veritatis. Iul. Cæsar Scaliger exercitatione in Cardanum CCCXXIV. nihil erat, qđ *sapere non potuisset huius viri ingenium si tempora permisissent, qua tum literarum ornamenta denegabant, nunc in scholastico illo nescio curiosone magis, an vtili disceptandi de rebus sacris genere, nihil eo subtilius nihil absolutius est.* Ioachim, Vadian. comment. in Melam *Theologica sapientia clari* De Franciscanis Anton. Sabellic. Ennead. IX. lib. VI. In principio *Bonauentura Ioannes Scotus, Franciscus Maronius, Richardus, Nicolaus Lyrensis, & alii innumeri, nam florem religionis attingimus* Ioan. Polemar. Barcinonensis lib. de Ciuili Dominio Clericorũ pag. CCLXX. *His addamus Rabanum, Bedam, Hugonem, Richardum de S. Victore, Anselmum. Nicolaum de Lyra, S. Bernardum, Thomam de Aquino, Albertũ, Bonauenturam, Petrum de Tarantasio, Scotum, & plures alios qui Ecclesiam Dei suis illustrarunt scriptis.* Celebritatem humani intellectus per eum significari volunt Georgius Venetus in Harmon. mund. & Anton. Ricciardus Brixianus in Symbolica Historia. Paul Langius Cygnæus Bosavuiensis in Chronico Citizensi Anno MCCCXXX. *Ioannes Scotus ordinis Minorum, qui ob perspicacitatem, & claritudinem ingenii sui Doctoris subtilis nomẽ meruit. Inter quatuor principalium Sectarum doctores locumtenens tertiã secta, qua à nomine suo Scotistarum appellatur dux, & signifer inuictissimus qui, & ipse Philosophia seculari Peripatetica, videlicet armatus omnium ante se scribentium Theologistarum opiniones impugnauit, & suas statuens quantum valuit, detecit, & diruit. Theo-*
logus

logus sui temporis argutissimus, & Scholasticissimus, &c. Vide quæ sequuntur.

Nec minor de tanto viro cōcertatio, quam de Homeri natalibus, nā illū uendicant Hiberni, qd' *Duns* cōtractè pro *Dunensis* vocaretur, nec tū illum codicē producunt in quo contractio illa reperiretur: id itaq. triuolū, quod dicitur tantū, non etiā probatur. Angli ciuē suū faciunt quod Oxoniæ scripserit, & commētarios suos *Scriptū Oxoniense* vocauerit. Præclaro sanè argumento, quasi cōcluderetur. Cicero Arpinas Romæ scripsit, Cicero igitur Arpinas fuit Romanus, quod quàm ridiculum sit, docti uiderint. Deinde Religiosæ familiæ cum constent ex diuersis gentibus, nullius Academiæ legi sunt adstrictæ, & videmus Bononiæ in Italia quosdam monachos non Bononienses publicè profiteri, cum tamen Peregrini omnes à professione arceantur nisi eminenti, vt vocant loco, conducti. Igitur si *Ioannes Duns* Franciscanus in Academia Oxoniensi docuerit, aut scripserit, nō vt Anglus, sed ut Seraphici ordinis socius docuisse, & scripsisse censēdus est. Mira hic inscitia Ioānis Pitsei, ignauissimo stupore seipsum superantis, & non est tanti, ut verba poni aut redargui mereantur, hoc tantum discat Apostatæ Balei impudens, & mendacissimus transcriptor non omnes Oxonienses Anglos esse: siquidem ex decreto S. D. N. *Clementis* V. vt ex actis Concilij Viennensis patet, & disertis verbis habetur Clementina de *Magistris* lib V. Oxonia publica est, & communis Vniuersitas tribus Regnis Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, quinimo, quod amplius est, Rex Scotiæ tenebatur ad prouisionem professoribus Scotis in Academia Oxoniensi præstandam ex textu claro dictæ Clementinæ. Quod si verum est, vt verissimum esse nemo dubitat, a futili illo argumento desinant deinceps Angli, & à Scoto doceri Antiquitates suas lubentes fateantur, & gratias agant. Deniq. potuit titulus ille alterius manu addi, & leuitatis te, Pitsee, pudebit, si perpēdas, quam ridiculum argumentum docti habeat à scriptionis loco necessitatem inferre nationis, sic enim fieret vt D. *Augustin.* affert, haberetur *Italus* quia libros de Trinitate ad Portum *Traiani*, siue vrbum veterem scripsit, & Remūdus Lullius Pisanus esset adiudicandus, quia artem suam mirabilē Pisis compilauit, & magnus felix Ennodius Ticinensis Byzantinus

nus esset quia Scriptum de legatione sua Byzantij exarauit. Denique Pitseus Anglus Austrasius esset, & præclarem gentem oneraret infamia, quia Liuerduni scribit. Ad hæc omnium seculorum, & gentium, virorumque eruditorum consensus Scotum fecere, aliquorum apponam celebriora testimonia. Dux erit eiusdē ordinis Petrus Cra epolius pag. XCI. *Ioannes Duns natione Scotus, de ordine S. Francisci, vir eruditissimus in diuinis literis; & philosophus doctissimus, acutissimus ingenij, & adeo profundus, vt à paucis scripta eius sint penetrabilia.* Nicol. Iansenius Dominicanus cap. VIII. in Apologiam Hugonis Cauelli Hiberni. Gregor. Ruis ante Comment. Scoti in IV. senten. Simon Maiolus Colloq. IV. Zuingerus. Libert. Fromondt Louaniensis in Thesibus. Nicolaus Vernuleius Triumpho Assumptæ Virginis, quid plura? nuper edito opere probaui XII. rationibus eum Scotum fuisse, nec Cauillus respondit, nec respondere potest. Petrus Rodolphus Tossinianensis Tom. III. Religion. Seraph. qui disertè ad *Calydoniam Syluam* natum ait, refert tamen Balæi impudentissimi, & mendacissimi deliria. Ioannes de Ragusio Dominicanus laboriosa illa oratione habita in Concilio Basiliensi de Communione sub utraque specie pag. CIII. *Scotus qui præ altitudine, & subtilitate doctrina antonomastice nomen Doctoris Subtilis in Scholis obtinuit.* Ioannes Trithemius lib. de scriptoribus Ecclesiastic pag. CCCIII *Ioannes Duns natione Scotus Parisijs studuit.* Æl. Reusnerus in Indice Chronologic. *Ioan. Duns Franciscanus gente Scotus Doctor dictus Subtilis obijt.* &c. Auctor Bibliothecæ Classicæ pagina CCLXXXV. *Ioannes Duns à patria Scoti nomen obtinens.* Anton. Posseuin. Appar. sacr. Tom. I. pag. CLXIX. *Ioannes cognomento Duns natus in vlteriore Britannia ad Calydoniam Syluam à Patria Scoti nomen in Scholis obtinuit.* Ioan. Auentin. lib VI. Annal. Boiarior. *Eo autore duo Peripateticorum Aristotelicorum genera esse cœperant; vnū illud vetus, locuples in rebus procreandis, quod scientiam sibi rerum vendicat, quamobrem reales vocantur: Nouum quod eam distrahit Nominales ideo nuncupati, quod auari rerum prodigi nominum, atq; notionum verborum videntur esse assertores. In hisce duobus generibus dissidium, & bellū ciuilè est. Illius Thomas Aquinas Italus, & Ioannes Duns Scotus, huius VVilhelmus Occamensis Anglus An*

tesi

tesignani. Sixt.Senen.lib.IV. Biblioth.sanctæ *Ioannes Dunsius natione Scotus ex Minorum familia Alexandri Alensis Britanni Lutetiæ auditor, admirandæ eruditionis subtilitate præditus ob profundissimam dicendi obscuritatē* Σκοτινὸς *idest tenebricosus, quod Anaxagoræ obscurissimi cognomen fuit, cognominatus.* Iacob.Breullius lib. II. Antiquitat. Parisiens. pag. Dxxiv. *Ex hoc monasterio* Franciscanorum Parisijs. *plurimi sanctitate, & doctrina pollentes prodierunt. In his Nicolaus Lyranus Bibliorum Glossographus, & quidā cognomento à patria sua sumpto, Scotus vocatus, & doctor subtilis cuius memoria nunquam est peritura præsertim inter Scholastica sapientiæ professores ob eruditionem, quam scriptis suis inseruit hæreticorum impietati retundendæ opportunam.* Eadem Chronologi omnes.

Multa de eo fabulose traduntur, vt quod Imaginem Deiparæ in sācto Sacello Lutetiæ, disputaturus de Conceptione eiusdem, precibus incuruauerit, quod Roma Parisios biduo venerit causam illā propugnaturus, denique. *nondum mortuum fuisse eum in sepulchrū illatus est sed duntaxat lethargo correptum ferunt, quod aperto sepulchro postea innotuerit, dum in gradibus Mausolei deuoratis manibus repertus est*, ait Gilbertus Genebrardus. Chronolog. Pag. DCLXVII. Eademque paulo ante Iouius in Elogiis viroū doctrina illustrium. Quod commentum exagitat acriter, & eruditè Matth. Ferchius vir ornatissimus Frācisсani ordinis Prouincialis, & modeste Bzouium Polonū officij admonet exculto opere nup Camberij edito, Idipsū etiā Aubert. Miræus in chronico refutat, quod Coloniæ nulla sit in Archiuijs monasterii mētio, aut Epitaphiis varijs tumulo appensis. Ita enim ille *Io. Dusius Scotus Doct. subtilis cognomento*, &c. Accedit Sanctitatis opinio qua vsque in hodiernum diē clarus est, nā & ara cū lampade ardente Dumfrisij erat, & Mauritius Hibernicus ante CXX. annos cum Sanctum vbique uocat, & consentit Matthæus Ferchius idē Ordinis Seraphici socius, quæ cum tali fato pugnare videtur, & refellit Ioānes Stom nelius oratione de illo Bononiæ edita quam adi, quod tamē figmentum scioli auide arripuerunt. Ianus Vitalis maledicentissimus à Iouio corruptus, inficetus Scurra.

Quod nulli vnquam hominum accidit, Viator,

Hic

Hic Scotus iaceo semel sepultus.
Et bis mortuus, omnibus sophistis.
Argutus magis, atque captiosus.

Sed'et Latomi extat carmen illepidum, insipidum, ac impostura plenum, nec legi dignum, nisi vt arrogantia, & ignorantia obscuri tenebrionis arguatur.

Quacunque humani fuerant, iurisque sacrati,
In dubium veniunt cuncta vocante Scoto.
Quid? quod, & in dubium illius sit vita vocata,
Morte illum simili ludificante Stropha.
Cum non ante virum vita iugularit adempta,
Quam viuus tumulo conditus ille foret.

Quantò verius Epitaphium eius vetustissimum.

Clauditur hic viuus, fons Ecclesia, via, viuus,
Doctor Iustitia, study flos, arca sophia,
Ingenio scandens, scriptura abdita pandens.
Dux fuit hic Cleri, Claustri lux, & tuba veri.

Henricus Suinton Scotus.

Pingere vis Scotum, Sophiam depinge: Sophiam
Pingere vis, Scotum pinge; Sophia Scotus.

Summatim ex Matth. Ferchio Veglensi loco laudato pag. XLIX. Eius laudes percurram. Antonio Polscuino laudatur *Eximia modestia, charitas, animi integritas.* Guilielmo Eisengrinio *Fidei Catholica professio, Exercitatio in diuina lege.* Trithemio *Studiosa cęlestium scripturarum Eruditio.* Petro Tartareto *Contemptus vita pro Iustitia, & aquitate.* Chronico Franciscano *Paupertatis Euangelica opulentia.* Guil. Voriloni *magna obedientia propensio.* Bartholomæo Pisano, *Educatio in diuino cultu, & religiosis functionibus.* Epigrammatario incerto *Vita Calibatu.* Philip a Sosa *morte venerabilem* Antonius Andreas *memoria benedictum.* Gonsaluus Generalis *vita laudabilem* vocant. Scripta eius Iosias Simlerus hæc numerat.

Super sentcatias.	*lib.* IV.
Quodlibeta.	*lib.* I.
De cognitione Dei.	*lib.* I.
In Metaphysicam quaestiones.	*lib.* I.

Sermones de tempore. *lib.* 1.

Commentarij in Euangelia. *lib.* 1. Franciscus Gonzaga part.I.pag.LXXXVII.

In Epistolam ad Romanos. *lib.* 1. Ibidem.

Obiit Coloniæ Agrippinæ VIII.Nouemb.anno Salut.Mcccviii.eo anno quo *Henrico* Lucemburgico VII. Imperium est delatum. Chronic Hirsang. Errant qui in annũ M.CCCXXX.reijciũt, nec minus Gesnerus in Bibliotheca, & Raphael Maffæus Volaterranus lib.XXI.pag.DCXXXI.lapsi sunt, dum stylis Discipulorum confossum tradunt, quod de *Ioanne Scoto* longè ab isto diuerso verum est & infra à me expedietur. Deniq; vt totum de illo sermonem absoluã, Authoritas Antonij Andreæ Symmystæ, & discipuli eiusdem Doctoris Subtilis, qui XII. post eum anno defunctus est. Is enim Commẽt.ad lib.XII.Metaphy.ad finem *tã sentiendo, quam notando doctrinam illius subtilissimi, & excellentissimi Doctoris cuius fama, & memoria in benedictione est qui pote sua sacra, & profunda doctrina totũ orbẽ adimpleuit, & facit resonare, scilicet Magister Ioannes Duns, qui fuit natione Scotus, Religione minor* Bartholomæo Pisano paria scribẽte ad Cõformit.XI.part.II.pag. CXIII. Sed quis Epithaphio contradicat? Satis erit ad Anglos, Hibernosque spe sua deijciendos. Illud sic hodie Coloniæ legitur, & habet Frãciscus Gõzaga part.1.pag.LXXXVI.Petrus Cratepolius Episcop. Germ.pag.XCI.

Scotia me genuit,
Anglia suscepit,
Gallia erudiuit,
Colonia sed nunc tenet.

Dum nocte Natiuitatis Dominicæ oraret, Saluator ipse ei se tractandum pueri specie tradidit. Chronica Francisc. part. II. lib.VII. cap.III.

DONATVS. 422.

DONATVS in patria D.Benedicti Regulam iurauit, tum S.*Mariano* comes peregrinationis Germanicæ, inclusus primum ad D.Petri Sacellum, mox noui Scotorũ Cœnobij Monachus, quod Henricus Burgrauius.II.Scotis peregrinis ibidem extrui curauit

vir.

vir doctus, ait VVolfgãgus Lazius lib. VII. Migrat. Gent. Scripsit.

Vitam Leupoldi Marchionis Austriæ lib. 1. Is postea in Sanctorum relatus numerum, secũdus Austriæ Patronus colitur, diu enim ante illum adscitus in Patronum ab ea gente fuerat S. *Colmannus*, vti lib. III. supra ostendi.

Claruit Anno MCLVIII.

SAMVEL DEIRANVS. 423.

SAMVEL *Deiranus* Monachus Benedictinus à *Deira* celeberrimo Buchaniæ Cœnobio sic vocatus, uir fuit ad miraculum omnibus bonis artibus eruditus, præcipue Mathematicis, in quibus tantum floruit, & excelluit, vt à uulgo Magus haberetur; reuera naturæ mysteria adeò penetrauit, vt nihil in ijs ei occultum foret, mira prædictionum felicitate varia reliquit ingenii sui rarissimi monimenta, sed ad me paucorum apices peruenerunt. In his habentur.

Canones Astrologici. lib. 1.
Principum quorumdam horoscopi. lib. 1.
Prædictiones veraces super casu religionis apud Scotos, & eiusdem noua restauratione. lib. 1.
Theologica Collectiones pro Astrologica scientia. lib. 1.

Obiit anno MDXLVII. Sepultus non longè Edimburgo in cuiusdã viri nobilissimi sacello, quo cum eiusdem sacelli imagines omnes etiam sepultæ ac reconditæ.

DRVYDES. 424.

DRVYDES vel *Dryudes* Philosophi antiquissimi à *Druy* Celtarum Rege, vt volunt Stephanus Forcatulus, & Ioannes Picardus lib. II. Celtopædiæ: vel ab arboribus, & lucis in quibus declinatis Vrbibus, vt sacris facilius vacarent, habitabant. A Britannia, id est Scotia, vbi ortum habuisse scribunt Cæsar lib. VI. Cõmentarior. Strabo lib. V. Geograph. Tacit. in Agricola, & alij, in Gallias translati mira Philosophandi scientia inclaruerunt. Latè

ctus, sed prius Aberdoniæ Professor. Scripsit diligenter, & laboriosè. *Historiam Equitum Hierosolymitanorum. lib.* 1 1. Claruit anno MDXX.

GVILIELMVS DEMPSTERVS. 426.

GVILIELMVS *Dempsterus* ante CCC. annos Lutetiæ profitebatur. Erat autē ex familia Curestonia, cuius claritudo altius est repetenda ex annalibus Scoticis, & nostræ familiæ actis circa annum MLXI. *Malcolmus Cammoir* III. Rex filium sustulit promiscuo thoro *Alanum*. Is rebellātem *Loguhabriæ Thanum*, à Rege missus, acie victum, ne maiores motus orirētur, capite mulctauit, erectis trophæis, ingentibus saxis, quæ etiamnum hodie non lōgè Brechino visuntur. Rex *Alanū* Iustitiæ Ense donauit, ac ne vlla toto in Regno de capite sententia sine ipsius aut præsentia, aut delegatione ferretur, edicto cauit, eumque *DomSterum*, hoc est *Iudicem* ea de causa Posteritas vocauit, *Dome* enim capitalis est sententia, quæ hac formula ferebatur. Lapidem tollit magistratus, signatumque quærenti tradit, illo aduersarium, & testes citat, si quid ambiguum, & maioris momēti ad XII. quos *Claues* appellant, refertur, atque ita sine scriptis, aut impensis lites dirimi solitæ. Ex *Dauide* longus ordo Agros inter *Escas* omnes possedit, quos hodie *Crafordiæ Lindesij* à maioribus nostris emptos habēt, & *Dempsteri* per totam se Scotiam diffundentes, varias arces, ac titulos obtinuerunt, in Hiberniam etiam, & Angliam, *Monamque* Insulam traiicientes domicilium, ac sedem fortunarum suarum fixerunt. Guil. Cambden. in *Monæ* Insulæ descriptione pag. DCCXXV. Cur autem *Dempsteri* ab Angusia, ubi prima ueluti incunabula rerum suarum fuerant sortiti, aliò transierint, hæc ratio est. Puella magnarum opum hæres *Achterlessiæ* Baronis *Sibeti* vnica *Ioannis DempSteri* fortitudine à tyranno, qui eam per uim detinebat liberata, eidem assertori suo denupsit, qui raptorem uirginis duello interfecit, & gētilitio *Dempsterorum* Leoni ensem addidit, familiæ gestamen deinceps futurum, cuius ille ueluti secundus conditor administrationem *Buchaniæ*, & *Bausiæ* summo titulo in domum suam intulit, quam & Auus meus *Ioannes*, & Pater

Tho-

Thomas feliciter rexerunt. Ad Gulhelmum redeo.

Is ad examinandam breuem Raimundi Lullii artem Senatus-Consulto Parisiensi delectus, ut patet ex opere illo Lugduni edito per *Stephanum Baland* Anno MDXIIII. Edidit.

Examen in breuem Raimundi Lully artem. lib. I.

Floruit anno MCCCVIII.

GEORGIVS DEMPSTERVS. 427.

GEORGIVS *Dempsterus* Brechinensis, incertum qua familia, Ticini Philosophiam est professus, de quo nihil vltra comperi, venit in manus meas Venetiis excusum anno MDXLI. cui titulus. *De Rebus ad Nouariam gestis.* lib. I. De luctuosa, scilicet, Caroli VIII. in Aragonios expeditione, in qua tria illa clarissima censenda *Expugnatio Neapolis, Pralium Tarense, Obsidio Nouaria.* Paulus Iouius, Guicchiardinus, & alii.

Floruit circa annum MCCCCXCV.

IOANNES DEMPSTERVS. 428.

IOANNES *Dempsterus* à Barauuia apud Auum meum *Ioannem* Mureskiæ educatus, in Gallias deinde bonarum artium studio profectus omnium sua ætate doctorum clarissimus euasit, si *Fräcisci Balduini* I.C. authoritati credendum, qui alicubi in scriptis suis profitetur *Caluini, & sequacium haresim vnius Ioannis Dempsteri eruditione philosophica posse retüdi.* Hic asperitatem patrij sermonis græca inflexione deliniturus, se non *Dempsterum* Scotica voce, sed *Themistorem* græco idiomate vocauit, nam cum *Deemster*, siue *Domster*, idë sit ac iudex, perinde erat *Dempster* aut *Themistor* dicis: licet non facile probem nomina propria adeò præpostero studio accentu latino donari, ut origines mutari videantur, ac non idem alio nomine efferri, in quo nuper lapsus est meo quidem iudicio Iacob. Augustus Thuanus Præses Senatus Parisiensis Historicus clarissimus. Ad Ioannem redeo.

Lutetiæ Philosophiam est professus rara ingenij felicitate, & doctè

supra

ſupra illam ætatem, ter Academiæ eiuſdem Rector, qui honor nōdum adhuc promiſcuus, & cuique expoſitus magna animorum contentione fluctuantem magiſtratum recepit, & prudēter adeo adminiſtrauit, ut ſeniores faſſi ſint mihi, & acta Academica teſtantur nunquam meliori ſtatu res illas fuiſſe. Emeritus inde Venetias à Sereniſſimo Senatu, digno Mineruali euocatus Bibliothecam D. *Marci*, cui præpoſitus erat, ordinauit. In cuius aditu, vt audio, imago ei poſita honorificam eius memoriam apud grauiſſimum populum conſeruat; fuerat hoc χειμήλιον, & inæſtimabilis theſaurus librariæ ſuppellectilis Sereniſs. Reip. Legatus à Cardinale Beſſarione Trapezuntio anno MCCCCLXXXIIX. Acta D Marci, & Hiſtorici Veneti. Obierat Beſſarion an. Mcccclxxii. die XIIX. Nouemb. Schraderus. Eius ſunt, quæ ego viderim, ut de alijs taceam.

Logica Elementa. lib. 1.

Collatio Platonicæ, atque Ariſtotelicæ Philoſophiæ. lib. 1. quo opere nihil Muſæ, multorum iudicio elegantius, aut ornatius viderunt: in quo opere etiam deſudarūt, ut alios omittā, Georgius Gemiſtius Pleton. Gabriel Buratellus, Hubertus Folietta, Bernardinus Donatus.

Epiſtolæ. lib. 1.

Incœpit docere Pariſijs, ut ex actis Nationis Germanicæ comperi, anno MDLII. Profectus eſt Venetias anno MDLXIV. Obiit Venetijs MDLXXI.

THOMAS DEMPSTERVS.

THOMAS *Dempſterus* huius operis author, ut meritis, & eruditione vltimus eſt, ita vltimum locum ſortietur, vbi de illo, ſi tanti putabis eſſe, vide.

IOANNES DVRÆVS. 429.

IO. *Duræus* Societatis Ieſu Preſbyter pius, ac doctus, quem miror Ribadineiram omiſiſſe, cum tanti nominis, famæ, ac doctrinæ nō debuiſſet obliuiſci. Meminit Bibliothecæ claſſicæ author pagina

GVLIELMVS DVNCANVS. 433.

GVLIELMVS *Duncanus* bonis artibus supra hoc seculū,& maxime gręcis literis ad miraculum imbutus multis annis humaniora, vt vocant, studia amplexus Rhetoricam apud Volcas rara commendatione, summoque nobilium Auditorum concursu docuit. Nunc audio Philosophiam summa cum gloria nominis profiteri. Est in eo homine mira comitas,& festiui mores erudita grauitate conditi, vt ipsas te Musas intueri censeas, si in colloquium cum eo descenderis. Eius sunt.

Carmen Antiquarium. *lib.* 1. Quo nihil laboriosius post Musas natas, omnia enim vocabula antiquata sunt, non tantum antiqua ex Næuio, Afranio, alijsque, Exordium. *Axamenta cano.*

Præfationes habitæ publice lib. 1. dum Lycæum aperiretur. *lib.* 1.

Notæ in Platonem. *lib.* 1.

Notæ in Cointum Calabrum. *lib.* 1.

Obseruationes in Photium. *lib.* 1.

Viuit ad huc in Occitania, vbi XX. & amplius annorum Professor, rudem non poscit, sed indefesso labore sibi, ac patrię gloriā parit.

MARCVS DVNCANVS. 434.

MARCVS *Duncanus* superioris frater, ingenij etiam felicitate ei simillimus, vt pauci sint hoc nostro æuo, quos *par nobile fratrum* non ęquet. Hic ad seuera studia animum appellens apud Turones fortunatum suarum domicilium fixit, & Philosophiam celeberrima fama, magnoq; auditorum frequentium fructu professus, edidit.

De Logica. *lib.* v.

In Ethicam Synopsin. *lib.* 1.

Poemata varia. *lib.* 1.

Orationes. *lib.* 1.

Viuit adhuc Salmurię Philosophiæ professor, & genti suæ laudem,

sibi, vt audio, opulentiam conquirit, quod non tam credo, quam ex animo cupio: nihil enim est quod tam amœnum non mereatur ingenium.

ARCHIB. DVMFRISIVS. 435.

ARCHIBALDVS *Dumfrisius* ab oppido sic dictus, Monachus Benedictinus Damfirmelini professus, familiaris Regi Scotiæ *Roberto III.* domesticus *Gilberti Greiulan* Episcopi Aberdonensis, eius opera in Gallias cũ Oratoribus Scotis missus, *Carolo.VII.* vtilis fuit. Scripsit.

Epistolas ad Reges. *lib.*1.

Florebat anno MCCCXCVI.

IOANNES DAZELLVS. 436.

IOANNES *Dazellus* nobili familia, ac clarissimo ingenio græcè, latinèque doctissimus. In Aquitanica Gallia XXX. annis totis Lescaæ politiorem literaturam maxima celebritate professus. Scripsit

De Ecclesia Scotica. *lib.*1.

In Annales Ecclesiasticos Illustrissimi Baronii obseruationes. *lib.*1.

De Antiquitate Galliæ Aquitanicæ. *lib.*1. opus immensum, vt audio, & incredibilis laboris.

Viuat adhuc, an obierit pro comperto non habeo.

IOSEPHVS DRVMMONDVS. 437.

IOSEPHVS *Drummondus* nobili familia diu in Gallijs bonas artes professus, Aquis Sextijs celebre nomen ab ingenio adeptus, disputatione super sacerdotio opimo clarissimum, & sibi, & gentie acomium præstruxit. Scripsit.

Introductionem ad logicam. *lib.*1.

Excepta ex Aristotele. *lib.*1.

Obijt Auenioni Anno MDCXX.

GVIL. DRVMMONDVS. 438.

GEORG. DVGLASSIVS. 439.

ALEX.

ALEX. DVGLASSIVS. 440.

HENR. DANSKINVS 441.

IOAN. DVRVVARDVS. 442.

DAVID DIKSONVS. 443.

Scripſerunt Epigramata, Poemata, & Orationes cõgratulaturi ſuo Regi in Scotiam redeunti. De quibus, & ſi ſciam multa alia nõnullos eorum publicaſſe, & eſſe viros inclytæ originis, nec vlli labi obnoxios, niſi forte hęreſis contagio, quam vitio gentis inbibeerunt, ego nihil quod addam, habeo.

Finis Libri Quarti.



Floruit Anno DCLxxiii.quo anno S. *Cuthbertum* in *Mailrosensi* Cœnobio à se condito,induit,vt Florent. VVigoruiensis ad annũ eum ait,nisi quod male *Mailronense* habet pro *Mailrosensi*; videtur præcipua pietatis officia exercuisse anno DCLXXVIII.Matth.VVestmonasteriensis.Eo anno denique obiit in Anglia Hagustaldæ in Episcopatu suo non longe Thyno amne Anno DCLxxxvi. Duplex Arnoldi Vuionis error lib.ii.lig.vit.cap.xxv.nam Archiepiscopum facit Eboracensem, & eam sedem S. *Cuthberto* reliquisse vult, vtrumque sanè falsissimum.

S. EGBERTVS. 445.

MAGNIFICVS *Præsul S.Egbertus*, ait B.Marcellinus Presbyter in vita S. *suiberti* cap. VI.*Sitiens, & affectans salutem omnium hominum,& præcipue Paganorum Frisonum* destinauit ad illos xii.Presbyteros, qui sunt *VVillibrordus, Suibertus, Acca, VVigbertus,VVillibaldus VVnibaldus, Lebuinus,duo Evvaldi, VVerenfridus,& Marcellinus*.qui,& si non omnes forte Scoti,at maior certè pars, vt alibi hoc opere ostẽdo.Francis.Godvvin.*Egbertus Scotus,aut, vt alij aiũt, in Scotia ordinatus Monasteriorum sancti Colũbani in Hibernia,& Britannia Rector & Abbas*.Trithemius lib.iii.de Vir.Illustrib.ordin.S.Benedicti cap.CXXX.Cœnobitę Medeloτenses in vita Sancti Adalberti cap.I. *S. Egbertus patriam, parentesque suos deserens, remotioris vitæ cupidus in Hiberniam secessit, ad cuius famam certatim ad eum tam Scoti, quam Angli confluentes in disciplinam se tradiderũt*.Vide apud Laurẽt. Surium Tom.iii.die xxv.Iunij.*Egbertus vir sanctus* ait Hermannus Contractus Chronico ad annum DCCX.*Scotos legitimè pascha celebrare docuit*,quod anno DCCix.contigisse vult Sigeber. Gemblacensis.orta autem ea cõtrouersia fuerat anno DCLxiv. vt idem Sigebertus docuit. Eius sunt.

De Ritibus Catholicorum.	*lib.* I.
De Paschali obseruatione.	*lib.* I.
Conciones variæ.	*lib.* I.

Obijt,dũ in Scotia apud suos ciues concionaretur, anno ętatis XC. *Mordaco* apud Scotos regnante, anno, Salut. Dccxxix.vt annales

rico Imperatore Fuldensis Abbas factus circa annum MCXVIII. Muntzerus Chron.German.Brouuerus lib.IV.

S. EGEBERTVS. 448.

S.*EGEBERTVS* Abbas Fuldensis nominatur in rebus *Macbabæi* Regis apud Ioannem Leslæum lib.V. *Doctrina,& Sãctitate cõspicuus in ss. album relatus.* VVion.lib.III. pag. CCCCXIV. Hunc non omnes *Scotum* faciunt in his est Christophorus Brouuerus, cui Eppo est lib.IV. Antiquitat. Fuldensium pag.CDXCII. Hermanno Contracto in Chronico ad annum MLIX. malè *Eberardus* appellatur huius regimen nobilissimũ fuit, quippe monasterium suum à Regia potestate ad Pontificiam reduxit, vt idẽ Contractus obseruat ad annum MLIII. Meminit huius Othlonus Fuldensis in vita S.Bonifacii *Marianum* Scotum è *Paderburnensi* Cœnobio exusto Fuldam duxit, interfuit Synodo Moguntinæ, & præsente *Henrico* Imperatore causam dixit. Scripsit vt accepi.

Lecturas in Sacras Scripturas. *lib.* I.
Epistolas ad Leonem IX. Papam. *lib.* I.
Super actis Bonifacij. *lib.* I.

Cœpit sedere Anno MXLVIII. & post decennium obijt XV. Calend. Decembr.

S. ERTHADVS. 449.

S.*ERTHADVS* mira vitæ Sanctimonia Episcopus in Scotia Scripsit.

Lecturas in Biblia. *lib.* I.
De Diuina essentia. *lib.* I.
Allegorias Sacras. *lib.* I.

Floruit anno DCCCCXXXIII. Colitur piè XXIV. Iulii Breuiar. Scotic.

S. ELIGIVS. 450.

S.*ELIGIVS*, Gallis *Eloy*. Italis S. *Alo*. Nouio mãgẽsis in Picardia Episcopus, de cuius memorabili sanctitate Baron. ad. Martyrolog.Roman. die I. Decembris, & Ado, Beda, Vsuardus, Gallesi-

 nius,

nius Maurolycus, Felici.& Arnoldus Vuion eodem die. Petrus in Catalogo lib. I.cap.xvII. Claudius de Rota in Legendario cap. CCX. Petrus Cratepol.in Episcop.German. Meierus lib. I. Annal. Flandriæ, Aimon.lib. IV.gest. Francor. cap.XLI. Anton. Democh. Tom.II.Sacrif.Miss.cap.xv. Vincēt.Speculo lib.xxIII.cap. Lxxxv.& tribus sequētibus. Reliquiæ eius Brugis seruantur. Ioā. Molanus ad Vsuard. Vitam eius scripsit S. Audoenus Rothomagensis Episcopus lib.II.quos adfert Surius Tom.VI.& abbreuiauit vir pius Anonymus M.S.in Ecclesia Nouiomensi asseruatus, ex quo,& ex Breuiariis Scoticis liquet *Scotum* fuisse. Ante Episcopatum fuit Abbas *Solemniaci* Sigebert.Chron.ad annum DCxxxvII. Notger.in vita S. Remacli apud Surium Tom. V. Putant aliqui Aurifabrum eum fuisse, quare in tutela eius censentur Fabri Ferrarii. Scripsit.

Ad Antuerpianos, seu Andouerpios.	*lib.* I.
Contra ritus Sueuorum.	*lib.* I.
De Idolis destruendis.	*lib.* I.
De Sanctis honorandis.	*lib.* I.

Floruit anno DCLVII. Alii in alia reiiciunt tēpora, sed ita Martyrologia Scotica,& Breuiaria. Simclarus, Bruni, Regius, Cheyneus, & alii.

S. ERENTRVDIS. 451.

S. *ERENTRVDIS, Erēdrudis, Erindrudis, Ariotruda, Arudruda, Arentruda* Virgo,& Abbatissa Numbergensis, soror S. *Rudberti* primi Salisburgensis Antistitis, de quo vide lib.XVI. Infra hoc opere. *Prosapiam traxit à Regibus Franciæ, & Ducibus Scotiæ*, vt ex Antiqua Historia prodidit Anonymus authot in vita S. *Rudberti*, publicatus ab Henrico Canisio Tom.VI. Antiquar. Lection. Quicunque de S *Rudberto* meminère, eam extulere etiam elogiis, sed quidam eam Sancti illius sororem, nonnulli neptem tantum faciunt. Monialibus summa præfuit sanctitate. Scripsit.

Reuelationum suarum.	*lib.* I.

Claruit anno DCL. Colitur die XXX. Iunii Kalendar. Salisburgen. Ioan. Trith. lib. III. de vir Illust. ordin. S. Benedicti cap. CCVI. Arnold. Vuion. part. III. pag. CCVIII. Translatio eiusdem celebra-

lebra-

lebratur die III. Septemb. Index Salisburg. Eccles. & ex eo ad illum diem idem Arnoldus Vuion.

S. EBERHARDVS. 452.

S. Eberhardus Episcopus Ratisbonensis, Vir pius, & sanctus ortus fuerat ex Scotia, ait Petrus Cratepolius de Episcop. Germanis *S. Hidulphi* Scoti Treuirensis Archiepiscopi discipulus in Bauaria S. Otiliam Principis filiam cæcam baptizauit, & illuminauit, multis miraculis post mortem clarus Chronicon chronic. Ioãnis Gualterii Tom. III. pag. MCDLI. *S. Eberhardus Episcopus Ratisbonensis, ortus ex Scotia*. Scripsit.

Ad Bauaros fidei rudimenta. lib. 1.

Claruit Anno DCLXXV. quando obierit non reperi.

S. ELIFIVS. 453.

SELIFIVS filius Regis Scotiæ Fincormaci, vt existimo, aut sanè *Crathlinthi*, vt alijs visum, *relictis suis possessionibus*, ait Petrus Cratepolius pag. LII. perrexit in Gallias, & in vrbe Tullensi cum XXXIII. sociis in carcerem vt explorator datus mira Dei prouidentia noctu eductus, CD. breui spatio Tullenses ad fidem conuertit, quibus tam pijs actis *Iulianus* Parabates inuidens, eũ comprehensum, dirisque cruciatibus affectum capite truncauit, quod ille manibus arreptũ per mille passus tulit, vbi sepeliri voluit, sed postea *Bruno* Coloniensis Archiepiscopus pretiosum, & miraculis clarissimum corpus transtulit. Acta extant à *S. Brunone* Archiepiscopo Coloniense conscripta. Gul. Eisingrinius apud Ioannem Molanum addition. ad Vsuardum die IX. Iulij Surius vitam recitat ex S. Ruperto Tuitiense Tom. V. dedicata *Albano* Scoto Abbati Scotorum Coloniæ ad S. Martini. Eius est.

Exhortatio ad Martyres. lib. 1.

Floruit anno CCCL. Requiescit hodie ad D. Martini Coloniæ. colitur die XVI. Octobr. Molan. passus in vrbe Lotharingiæ Grandi, ad S. Martini collocatus XV. Ianuar. per VValramum Archiepiscopum Chron. Colon.

S. ENGLATIVS. 454.

S. ENGLATIVS incomparabilis vitę apud nostrates Antistes eodem seculo cum *Moneano, Medano, Blaano,* & *Colmoco* etiam Episcopali gloria clarissimis, *Congano* Abbate, & *Vigiano* Monacho, rem Christianam promouit, & Ecclesiam sanctissimè administrauit H.Boeth.lib.XI.hist.Scot.hunc,& Scoti chronicon in sanctos relatum scribit, & multa apud nostrates templa Deo, sub inuocatione ipsius consecrata loquuntur, sed silentibus Martyrologijs, quo die colatur non reperi. Scripsit.

Lecturas Sacras. lib. I.
Scripturæ Scrutinium. lib. I.
Epistolas ad uarios. lib. I.

Florebat anno MX. Colitur XXVI. Septemb. III. Nouemb.

S. EBBA. 455.

S. EBBA *Ethelfredi* Northumbriæ Regis filia, patre interfecto, velari uoluit in Coldinghensi Scotiæ Cœnobio, ac postea sanctitate vitæ eidẽ præposita, mira cõtinentia vixit. Hæc ne à Danis ea in Insula incredibili salacitate debacchantibus iniuriam pateretur, nasum sibi, & labrum superius virili constantia amputauit. Quod exemplum cęteræ sanctimoniales secutæ, igne claustro circumdato ad vnam omnes consumptæ. Beda lib. IV. histor. Ecclesiast. gent. Anglor. cap. XIX. Chorograph. Britan. pag. DCIX. Matthæus VVestmonasteriensis ad annum DCCCLXX. Polydor. Virgil. lib. IV. hist. Angl. Ecclesiæ Anglicanæ Trophæũ Imagine XVII. An aliquid scripserit, ignoro, certè ne apices quidem operum ad me peruenerunt vlli. De ea Ioannes Felix Astolfus nouo Legendario ad diem XXII. Augusti, ex Cantiuncula Maffei Venieri Archiepiscopi Corcyrensis elegantissima, vbi corrupte *Collingan* pro *Coldingham* habetur. Colitur in Anglia, vbi oppidũ *S. Tabs* pro *S. Ebbes.*

Relata in sanctos Anno DCXXX. Arnoldus Vvion. libro IV. lign. vit. cap. XXVIII. & alii plerique, vel anno DCCCXXX. quod verius,

rius, aut DCCCLX. Colitur XXII. Augusti.

S. ETHELREDA. 456.

S. ETHELREDA Règina, & vixit sanctissimè, & confirmata miraculorum gloria excessit in Monasterio Coldingham in Scotia Polydor. Virgil. lib. IV. pag. LXXXV. Obiit anno DC. Colitur xxix. Augusti.

S. EALREDVS. 457.

S. EALREDVS, siue *Ethelredus*, aut *Adelredus*, ut habet Laur. Sur. Tom. III. die X. Iunii, aut *Alredus*, vt apud Arnold. VVionem lib. 1. lig. vitæ pag. LXXVII. ex Iona Rieuallē translatus: falsò in Anglia *Rienallensem* ponūt, vt, & Ioannes Molanus addition. ad Vsuardi. Martyrologium die V. Ianuarii. Errat cum iisdem Conradus Licosthenes. Abbas *Rienallensis* in Scotia Dauidi Scotorum Regi familiaris, & magna apud eum ob vitæ innocentiam, & doctrinæ celebritatē, dignatione. Collega *S. Alvvini*, vita eius. Ij, inquam, decepti, quòd putarint in Scotia non fuisse etiam Riedualense Cœnobiū, cum illud S. *Malcolmus* Rex in Northumbria, tum iuris Scotici extruxerit, sed illud tempore Regis *Alexandri* ab Anglis solo æquatum. Martyrologium S. Crucis, atque huius quidē S. *Ealredus* Abbas III. habitus; & de Anglorū impotentia in abolendis Scotiæ monimentis alias commodius agam. Eius sunt.

Vita Eduardi Anglorum Regis. *lib.* II.
Vita Dauidis Scotorum Regis. *lib.* II.
Vita Niniani Episcopi. *lib.* I.
Vita Margaretæ Reginæ Scotiæ. lib. I. Hæc est illa quæ in sanctorum relata numerū X. Iunii colitur. Martyrol. Roman. Hect. Boethius lib. XII. histor. Scot. & Alii Annales.
Speculum Charitatis. *lib.* II.
De amicitia Spirituali. *lib.* III.
De Anima. *lib.* I.
Planctus mortis Dauidis Regis. *lib.* I.
Sagitta Ionathæ. *lib.* I.

Institutio sanctimonialium.	*lib.* 1.
Genealogia Angliæ Regum.	*lib.* 1.
De diuersis virtutibus.	*lib.* 1.
Sermones Synodales.	*lib.* 1.
Miracula Ecclesiæ Estelditta.	*lib* 1.
De statu eiusdem.	*lib.* 1.
Oratio Pastoralis.	*lib.* 1.
Homiliæ XXXIII. in Esaiam.	*lib.* 1.
De Reuelationibus eiusdem.	*lib.* 1.
Sermones de Sanctis.	*lib.* 1.
Epistolæ CC.	*lib.* 1.

Vixit anno MCXVI. colitur V. & XV. Ianuar.

S. ELOQVIVS. 458.

S. ELOQVIVS ex illorum est numero qui inter sanctos relatus, Martyrologij Romani non est adscriptus tabulis. Acta eius descri bit ex M S. Mosander apud Surium Tom. VII. Sigebert. Gemblacensis Chron. *Multi de Anglia, vel Scotia in Galliis peregrinantes Verbum Dei seminabant, multumque fructum Deo faciebant, scilicet Etto, Bertuinus, Eloquius.* Auctor vetustissimus M.S. Anonymus in Collegiata Ecclesia sancti Mononis diocœsi Leodiēsi, ut recitat Laurent. Surius Tom. V. die XVIII. Octobr. *Fuit S. Monon de Occiduis mundi partibus oriundus, videlicet ex Scotia, quæ multos sanctorum, velut stellas lucifluas ad diuersas mundi trāsmisit partes, vt fuit pretiosus Cōfessor Furseus, quem Parrona retinet læta cum fratre suo Vltano, & Foillanus eorum frater, magni meriti vir, cuius præsentia Castrum congaudet Fossense; sanctus Fredegandus, sanctus quoque Bertuinus, necnon S. Eloquius Confessor magnificus, quem VValciodiorū veneratur Cœnobiū.* Scripsit verò.

Exhortationes ad Gentiles.	*lib.* 1.
Homilias.	*lib.* 1. & alia.

Floruit anno DCLI. Colitur die III. Decembr. Arnold. Vvion. lib. III. lig. vitæ pag. CCCLXXXIV.

S. ETHERNANVS. 459.

S.ETHERNANVS æqualis, ac discipulus D.*Columbæ*, ac nepos ex sorore. Hect. Boeth. lib. IX. histor. Scotic. pag. CLXVII. Monasterio *Diuini Ruris*, vt vocāt præpositus, erat autem illud vnum ex antiquissimis ea in gente habitatione illius sanctissimi viri nobilitatum, vt refert S.*Adamannus* Scotus in vita S. Columbæ lib. II. pag. XXIII. Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLII. templis varijs in locis ei erectis die XXII. Decembris. Breuiar. Scotic. Edidit ille.

Gesta Columbæ Auunculi. *lib.* I.

Viuebat anno DCVI. In sanctos relatus Vuion lib. III. CDXIV. colitur die XXIV. Ianuarij.

S. ETTO. 460.

S.ETTO vnus ex iis, qui Scotiam relinquentes omnia pro Christo pati sustinuerunt, quibus ardentissimum votū causam fidei promouere. Audiendus Sigebertus Monachus Gemblacēsis Chron. *Præter hos* (Remaclum, Stabulæum, Theodardum, Landelinum, Morosum, Aubertum, Gislenum, Cellensem, Madelgarium, seu Vincentium Trudonem) *& alij multi de Anglia, vel Scotia in Gallijs peregrinantes verbum Dei seminabant, multumque fructū Deo faciebant, scilicet Etto, Bertuinus, Eloquius.* Hos autem non Anglos, sed Scotos fuisse, supra in S.*Eloquio* ostensum est, & ideò auctor rerum nostrarum ignarus prudenter addiderat *de Anglia, vel Scotia.* Hinc etiā peregrinis, & Exoticis Scriptoribus frequens errandi in rebus nostris occasio ministratur, quod viri sancti religionis ergo patria excedentes per Angliā iter incipere soliti, Angli ideirco fuisse perhibeantur. Vbi locorum S. Etto subltiterit, nō deprehendi, nisi in Cœnobio ei structo ab *Hilduino*, obseruante Carolo de Villiers Doctore Theologo ad Epist. V. Fulberti Carnotensis, de quo infra hoc opere disquiram. Sed an aliquid scripserit mihi inexploratum.

Viuebat anno DCLI. vel DCLVI. Colitur in pago Artesię *Bienuillieris* die X. Iulii Ferreol. Locrius Chron. Belg. pag. LX. Episcopum

puin facit Vuion. sed locum non exprimit. Cametacẽsis Historiographus *In Villa Fescan S. Etto Scotus piè conuersatus*, notat Cõstantinus Ghinius.

S. EVCHINVS. 461.

DE S. *EVCHINO* Antistite Hect. Boethius lib. VIII. hist. Scot. in fine. *Inter nostrates Colmãnus, Priscus, Medanus, Modanus, & Euchinus Episcopi Christi dogmatis per Scotorum, & Pictorum agros pij concionatores.* Eius sunt.

Conciones piæ. lib. I.

Statuta *Ecclesiastica.* lib. I.

Floruit anno DXXXIV. In SS. album relatum scribit Ioan. Leslęus lib. IV. pag. CXLVII. Colitur XXVIII. Augusti.

S. EVSTASIVS. 462.

S. *EVSTASIVS*, seu *Eustachius* vt fertur, S. *Columbanũ Magistrũ* suum in Gallias secutus. *Scotum* probat vita illius sancti Magistri, nam Ionas in eo cap. XIII. & cap. XXIII. relegato Columbano Scoti soli eum sequi permissi, tum hic, cum debuisset discedere ab Auunculo, qui Lugduni Clanati Episcopus, retentus; ergo Gallus nõ fuit, nam alias quid fuisset opus authoritate Episcopi? Vide vitam S. VValerici Tom. II. Surii. I. April. Scripsit.

Columbani iter dum in exilium proficisceretur. lib. I.

Anton. Posseuin.

Qualis ille fuerit, & quantus vir ex authoribus laudãdis patebit. Ionas in præfat. ad vitam *Columbani*. Sic enim. *Quæ nos per venerabiles viros Attalam, & Eustasium didicimus, quorumprimus Bobiẽsis, secundus Luxouiensis Cœnobij, quo vos præsules existitis, successores fuerunt.* Anonym. in Vita Faronis Episcopi Meldẽsis. *VValbertus à S. Columbano cum fratre Chalnoaldo, & beato Agilo filio Agnoaldi, qui fuit Aguerici frater, traditus est Eustachio magna, doctrina, & sanctitatis viro, ipsiusque Columbani discipulo instituẽdus* VValafrid. Strab. in vita Galli Abbatis cap. XXVII. *Abbas monasterij, quod Luxouium dicitur, nomine Eustachius, quem bonæ memoriæ Columbanus eidem loco præfecit ab huius exilio vita ad sempiternam*

piternam quietem commigrauit. Vincent lib. XXIV. speculi Historialis cap. CXIV. CXV. Bercharius *Luxouiense monasterium expetijt, vbi sub Abbate* S. *Eustachio monasticam vitam duxit.* Ionas in Vita S. Bertulphi in limine. *Ad venerabilem virum Eustasium, Luxouiensem Abbatem se contulit.* Prom scuè ergo ab his vetustis authoribus *Eustachius, Eustasius, Eustatius* vocatur. Sigibert. In Chronico, & lib. de vir. Illustr. cap. LXI. Ioan. Trithem. lib. III. de Vir. Illustr. ordin. S. Benedicti cap. LXX. Solemnitas eius recolitur ab Ecclesia die XXIX. Martii Martyrolog. Roman. *In Monasterio Luxouiensi depositio* S. *Eustasij Abbatis discipuli* S. *Columbani, qui ferme DC. Monachorum pater fuit, & vita sanctitate conspicuus etiam miraculis claruit.* Eadem Ado Treuirensis, Beda, Vsuardus, Maurolycus, Galesinius, & alii quorum nonnulli eum Scotiæ meæ adiudicant, alii Burgundorum Regum sanguine ortum existimant, quod forte verum.

Floruit anno DCXXIV. Colitur XXIX. Martii, & XII. Octob.

S. EVNOCVS. 463.

S. *EVNOCVS* discipulus S *Colūbani* memoratur à Iona Scoto Abbate in vita illius S. cap. XIII. *Quatuor insignes religione viros per quatuor messis angulos disponit, puta, Cominium, Eunocum, atque Atquananum ex Scotorum genere, quartum Gurganum natione Britonem.* Scripsit.

Gesta Columbani Magistri. lib. I.

Claruit anno DCVI. Sanctum habet eum nonnemo, putatque dici *Enoch.* Colitur die II. Octobr. Subense Martyrologium.

S. ERNANVS. 464.

S. *ERNANVS* S. *Columbæ* discipulus, *Presbyter ac præpositus monasterij in Himba Insula* ait S. Adamānus in vita S. Colūbæ lib. I cap XXVII. Scripsit.

Exhortationes ad fratres in Himba Insula. lib. I.
In Regulam S. P. *Columbæ.* lib. I.

Floruit anno DCVI. Hunc etiam inter Diuos reponunt nonnulli, ex

ex vita Magistri.

EVGENIVS. 465.

EVGENIVS Tertius Monasterii D. Iacobi Maioris Herbipoli Abbas, piè gregẽ sibi commissum rexit annis XVIII. Scripsit.

Exhortationes ad peregrinos Scotos lib. 1. Meminit Trithem. Chron eiusdem Monasterii.

Ad Cœlestinum III. Pontificem Maximum Epistolas. lib. 1.

A quo confirmationem Monasterii impetrauit, quæ extat apud Trithemium.

Obiit anno MCXCVIII.

ELIAS. 466.

ELIAS Abbas eiusdem Monasterii VII. sub *Ottone* Episcopo sedit annis VI. Scripsit.

Chronicon Monasterij Scotorum. *lib.* 1.

Obijt anno MCCXXIII.

EGBERTVS. 467.

EGBERTVS Carmelitanus religiosam vitã in Galliis amplexus, postquam totum Orientem lustrasset, linguasque Orientales probe didicisset, rediit in Scotiã, & Albini Brechinensis Episcopi Suffraganeus fuit, seu Chorepiscopus, cuius precibus Carmelitæ monasterium Brechini acceperunt. Scripsit.

Alcorani versionem. *lib.* 1.

Contra Alcoranum. *lib.* 1.

Rediit in patriam anno MCCLXII. quando obierit non reperi.

ROBERT. ELGINIVS. 468.

ROBERTVS, à patria vrbe *Eliginius* dictus (nescio, an hæc *Elgona* Ptolomęi) sacerdos ac Doctor Sorbonicus, sub Clemente V. Referendarius, Viennensi Concilio interfuit. Scripsit.

De

De corporibus planis. lib. I.

Disputationes de Cœlo. lib. I.

Claruit Anno MCCCX. obijt Ambianis Ecclesiastes, quædã illius prodierunt.

S. EDILVVALDVS. 469.

S. *EDILVVALDVS Religiosus Presbyter, minister viri Dei Cuthberti*, vt refert in vita illius Beda cap. xxx. apud Surium Tom. iii. Postea vero *Abbas Mailrosensis*, erat hoc monasterium in agro Scotorum, vt sæpe hoc opere admonui, Seminarium SS. virorum feracissimum, sed illi, malo Scotiæ fato pro Anglis ab imperitis malignis, aut exteris Scriptoribus habiti, cũ tamen Cœnobium illud etiã hodie nomẽ retineat in Scotia, & eo seculo Scoti omnes vicinias erudiebant, vt sæpe hoc opere probatũ, nec Anglos vlla ratione in Scotiam migrasse: postmodum Lindisfarnæ Archiepiscopus. Sedebat *Ediluualdus* noster, dũ Beda scribebat, & scripsit.

De Actis S. Cuthberti, lib. I.

De successione Abbatũ in Mailros. lib. I. meminit Beda.

Floruit anno DCCLXII. aut VVestmonasteriensi si credas DCCxxxvIII. Trithem. lib. IV. Vir. ill. cap. CLxxIx.

EVSTATHIVS. 470.

EVSTATHIVS Abbas Abitbrothensis paucis Clericis asseclis comitante *Vdardo* Episcopo Brechinensi *totam Scotiam pedes lustrauit Verbum Domini seminans* ait H. Boethius lib. xIII. histor. Scot. pag. CCLXXIX. Scripsit.

Vitam Dauidis Regis. lib. I.

Vitam VVilhelmi Regis. lib. I.

Homiliarum Insigne opus. lib. I.

In Euangelium Lucæ. lib. I.

Floruit anno MCCXVI.

S. EVSEBIVS. 471.

S. *EVSEBIVS* Monachus ea tempestate in Scotia sanctitate, & doctrina pollebat, qua S. *Andreæ* Apostoli brachium cum alijs

eiusdem corporis sanctissimis Reliquijs *S. Regulus* in Scotiã detulit, vide alibi hoc opere. Scripsit.

Translationem S. Andreæ. *lib.* I.

In Sacras Scripturas aliquid. *lib.* I. Sed N.L.

Florebat anno CCCLXIX. meminit H. Boethius lib. VI. histor. Scot. pag. CV. & alij.

S. EDMVNDVS. 472.

S. EDMVNDVS *Malcolmi.* III, Regis filius ex *S. Margareta* patre insidijs Angli in expugnatione Annici perempto, matre etiam ui doloris extincta *Mundum hunc omnino deserens rerum se diuinarum contemplationi in solitudine Cœnobij penitus addixit:* ait Ioan. Leslæus lib. V. pag. CCXIV. & repetit Arnoldus Vuion. lib. III. cap. XXVI. fuerat hic Prior. S. Osualdi, Præfectus Kirkhanni, & Episcopus S. Andreæ electus, quæ omnia præ sanctissimæ vitæ proposito generosè contempsit. Iniurius est Malmesburiẽsis, qui dum sanctam eam sobolem sigillatim recenset, hunc omittit lib. II. de gestis Regum Anglorum pag. LII.

Vixit anno MLXXXI.

S. EVCHARIVS. 473.

S. EVCHARIVS Regis Scotiæ *Crathlinthi* filius aut, vt alij volunt, Nepos, sed id falsum ex Cratepolio pag. LII. *S. Elisij* frater, in eiusdem comitatu ætate tenella patria egressus, in Germaniam venit, & Tulli cum fratre eodem, & XXXIII. comitibus in carcerem coniectus, diuina autem benignitate liberatus, multos ad Deũ conuertit, vt iure Lotharingiæ, & Germaniæ Apostolus dici possit, nam ibi, *Iuliano* Parabata iubente, cum fratre, & toto suorum sodalitio, pro Christo ceruices dedit, corpus verò eius Coloniam translatum, in Ecclesia diui Martini maioris iacet. scripta huius Historia, vt, & sociorum, per S. Brunonem Archiepiscopum Coloniensem, & S. Robertum seu Rupertum Abbatem Tuitiensem, vt omittam Tabulas laudatæ Ecclesiæ, & Rupertus quidem vitam *Albano* Scoto S. Martini Monasterii Coloniæ Scotorum dedicauit, vt Surius producit Tom. V. XXI. Octob. vbi hæc *Eucharius*

charius Episcopalis gratia functus honore palmam Martyrij adeptus, corpus ad Liberdã iacet, & legẽdũ puto ad *Liuerdum*: est enim in Lotharingia. Passus est anno CCCLXI. regnante *Augustato*. Colitur die xv. Ianuar. xxvi. Octob. menda est in Menologio meo die xxv. Aug: tu sic lege. *In Germanijs Echarii Martyris, & Apostoli, qui ad Euangelii opus, cum S. Elisio fratre. & XXXIII. comitibus se accinxit*: hic dies initium peregrinitatis notatur in Calendario Iacobi Cheynæi.

S. EDILTRVDIS. 474.

S. *EDILTRVDIS* Northumbriæ Regina, amore cælestium præmiorum succensa, quod in Regno suo præstare nõ potuit, in Scotia præstitit, nã postquã duos maritos castitatis laude inflammasset, & ipsa perpetuam Virginitatem vouisset, in Coldinghã Merchiç monasterio velum sumpsit, & ex moniali virgine Abbatissa electa, vitam sanctitate, & signis inclytam duxit, sed post aliquot annos in Angliam redijt, vbi beato fine deposita. Trith. lib. III. vir illust. cap. CXXII. Martyrologium Romanum, alij. Fr. Maurolycus perperam vocat *Geltrudem*, sed maius mendum in Petro lib. V. Catal. cap. CXLII. *in Cœnobio Virginum Vrbis Cocludi, sub obedientia Elba Abbatissa amica Regis, à S. Elprido velamen accepit*, corrige, *In Cœnobio Virginum Vrbis Coludi sub obedientia Ebba, Amita, Regis, à S. VVilfrido velamen accepit*, nã de ss Ebba, & VVilfrido hoc libro, & xix. Vrbem *Coludi*, & vrbem *Coldanã* vocat Beda, quam nostrate lingua patrimonium Comitũ Bothvveliæ *Coldinghame* appellant. neque nõ errat Arnoldus VVion qui lib. III. lig. vit. pag. CCII. putat hanc eandem esse cum regia Virgine *Ethelreda*, cum & tempore, & cultus die distinguantur, vt infra hic patebit. Scripsit.

Ad Maritum Regem. *lib.* I.

Floruit Anno DCLXXXIII. Colitur xviii. xxIII. Iunij.

S. EAILLANVS. 475.

S. *EAILLANVS*, seu *Faillanus Scotus eruditus apud sanctũ Gallum hac vita decessit*, inquit Hermannus Contractus in Chro-

nico, ex quo apparet Monasterium *S. Galli* Scoti, vt à nostratibus fundatum, ita semper nostrates magna dignatione habuisse, quales sunt viri Sanctissimi, hospes *S. Marcus* Episcopus *S. Marcellus* Scholarcha, *S. Ruperius* nobilis Doctor, in hoc opere: & hic quidem *Eallanus* monachorum Doctor videtur, sic enim ætas illa loquebatur, vt in *Muricherodato* apparet. Scripsit.

Hymnos sacros. lib. 1.
Lecturas varias ad fratres. lib. 1.
Vitas Sanctorum. lib. 1.

Obijt anno DCCCCXCI. Contract.

S. EVGENIVS. 476.

S. *EVGENIVS* Scotus socius *S. Mansueti* Scoti, & cum eodem Romæ *S. Petri* Apostolorum Principis Discipulus, Sacerdos creatus, in Galliam cum sancta illa cohorte ablegatus, sed cum ille Tulli Euangelium disseminaret, nec plures ei operi necessarij viderētur, *Eugenius* sitiēs salutis animarū in Hispanias profectus, primus in Hispanias verum Dei cultum, Apostolica sanctimonia intulit, primusq. Toleti Episcopus sanguine suo veritatem signauit. Nos primi patriā eruimus, quare Scotiæ Hispania fueri obstricta, Scotia mihi, nam vita *S. Mansueti* Tullensium Apostoli disertè *Eugenium* quendam ab eo in Hispanias profectum narrat, orta inter illos de rebus sacris leui controuersia, quod de *ss. Paulo*, & *Barnaba* non nemo retulit: hic vero alius ab isto esse non potest. Multum se Mariana torquet super eius patria, libro xi. hist. Hisp. cap. xix. qui falsò eum à *s. Dionysio* conuersum, ex traditione existimauit, cum adhuc ille Gallias non attigerat, vt Baronius Illustrissimus ostendit, & fusius Maximus Sauaron probat eū non nisi ad centesimum annum in Gallias adpulisse: illud verò mirabile duco, quod *S. Eugenii* nec Gregor. Turonensis, nec Sigebert. Gemblacensis, nec Sulpitius Seuerus, nec vllus omnino veterum Hagiologorū Gallorū meminerit, quē facile nōn præterijssent, si tātus vir in Galliis cōuersus fuisset, aut Parisiis passus. Scripsit.

Carmina varia. lib. 1. quæ laudat Michael Ruifius Assagrius Celtiber ad Corrippum lib. 1. num. 11.

Passus

Passus est anno XCVI. Colitur die XIII.XV. Nouembr.ac nescio cur Hispani maluerint receptam fidem Gallis potius, quã Romæ debere, cum S. Dionysius, vt ipse haud obscure innuit Epist.x.in Gallias à S.*Clemente* Pontifice destinatus biennio toto post Martyrium *Eugenii*, id est anno XCVIII. vt latè Baronius Princeps Tom. I. Annal. euicit: itaque inter conuersionem, & Martyrium erunt XXXIV. anni, quibus Toletanæ Ecclesiæ præfuerit. Quicumq; aliter scribunt, censura egent, & vt verum sit eũ circa Parisios passum, tamen omnis alia occasio quærenda est, quàm colloquium cum S. Dionysio, qui nondum in Gallias venerat.

S. ETHBINVS. 477.

SETHBINVS Monachus Benedictinus, vt vult Vuion. aut Canonicus Regularis, vt placet Ghinio, vtcumque sit *Nectensis in Hibernia Abbas, & in Britãnia natus* dicitur Petro lib.IX.Catal.cap. XXCIV. ante eum idem affirmarat Vincentius Speculi lib.XXI. cap.CXIV.CXV. Trithem.lib.III. Vir.ill.cap.XLIV.ex eo verò eum Gallum facere, quòd in Gallia sit prouincia *Britannia*, delirare est; nam nec tunc, nec multis postea seculis ea regio Britanniæ nomen habuit, sed *Aremorica*: vt omitam, nunquam *Aremoricam* simpliciter *Britanniam* vocari, sed cum distinctione, *Minorem* vt notum: nec hic Anglus dici potest, quia tunc Anglia nondum fidẽ à S. Augustino Apostolo suo acceperat, sed quatuor tantum annis ante obitum *Ethbini*, vt ex S.Gregorio I.P.P.& aliis docui lib.I. Apparat.cap.VIII. de hoc Apostolico viro Hirlandi Scotiæ grati gratias referant, qui, & ipsos exemplo suo ad verum Dei cultum erexit, & leprosum, paralyticũque sanitati restituit. Scripsit.

Acta Sansonis Magistri. *lib.* I.
Meditationes ac preces. *lib.* I.

Obiit, ac depositus est annó DCX. Colitur XIX. Septemb. Martyrol. Carthusian. vel XIX. Octob. Vuion, & alii.

S. EVSEBIVS. 478.

S.EVSEBIVS cognomento I*nclusus* Discipulus S.*Galli* Scoti, & vt creditur à viris doctissimis, Hẽrico Canisio, & Iudoco Metzlero,

lero, frater S. *Ioannis*, qui Constantiæ Episcopus, vt infra hoc opere, ex *Iona* Abbate videbis, maxima verò continentiæ opinio secum miracula traxit, vt Acta Ecclesiæ Constantiensis testantur. Floruit anno DCLXX. dies incertus.

S. EVERARDVS. 479.

S. *EVERARDVS* Confessor, & Abbas Cistertiẽsis Scotus, S. *Vvaltheni* Confessarius, & in Canonicatu Kirkhan socius, primusque Abbas monasterii illius celebris in Cumbria à sancto *Dauide* Scotiæ Rege, aut eius fratre *Simone* comite fundati, quod *de Vlmo* dici solet, vulgo *Holmecultraine*, nam cum in Mailrosiensi claustro vnà cum sanctissimo sene *Vvaltheno* habitum induisset, eo ad curam eiusdem loci subsistente, hic in nouum monasterium *de Vlmo* missus, regimen exorsus, cum *Henricus* filius S. *Dauidis* Cœnobiũ à patre erectum fundis dotasset, vt loquitur Scotichronicon lib. VI. cap. *XXXII*. Scripsit superstes *Vvaltheno* ex Indice Maiæ.

Vitam sancti Adamnani. *lib.* 1.
Vitam sancti Cumenei Albi. *lib.* 1.
Vitam sancti Vvaltheni. *lib.* 1. & alia.

Claruit anno MCXLV.

GVL. ELPHINSTON. 480.

GVL. Elphinstonus nobilissimi Baronis frater, postquam seriò pietati, & honestæ literaturæ in patria incubuisset, Romam Angelo bono ducente contendit, vbi cum optimæ indolis argumenta exhibuisset, ardenti zelo in Societatem Iesu admitti peroptauit, & Superiores, quia eum à Deo duci percipiebant, lubentes eũ ad Nouitiatum Neapolim destinarunt, nec plus quàm tres menses in sancto habitu vixerat, cum febre ardenti correptus, mundũ deseruit, pium eius obitum, Christiana m diuitini morbi tolerantiam, colloquia cum Angelo Custode, & futurum animæ statum ab eo cognitum, & astantibus Patribus reuelatum, frustra sim, si describere tentem, quando id Hieronymus Platus eiusdem ordinis Religiosus disertissimè lib. I. de statu. cap. *XXXI*. id executus fuerit: meminit itidem symmistes Antonius Dauroultius cap. 11.

Flor.exemplor.tit.XLI.§.IX.Eius merita in maius extollit R.P. *Georgius Elphinstonus* eiusdem Societatis doctissimus Theologus, qui diu magno applausu in Germania professus, nunc Scotorum Romæ Collegij est sapientissimus moderator.

Obiit anno MDXCVII.

EREMITA. 481.

EREMITA quidã Scotus imaginem Deiparę Virginis Lauretanæ humeris suis in Scotiam, diuina reuelatione admonitus, deportauit, & Musilburgi, quarto à regia Edimburgo lapide, villa sancti Germani deposuit, ad quam toto regno, atque etiam ex Anglia creberrimus piorum hominum concursus, & solemnis peregrinatio. Io. Leslæus lib. IX. hist. Scot. pag. CCCCLIIX. Scripsit.

Reuelationes suas. lib. I.

Delata est ab eo imago an. MDXXXI. existimo hũc & monachum, & ordinis Eremitanæ D. Hieronymi, quòd ille ordo sancti Germani Cœnobium haberet viris doctis, & sanctis celebre.

S. EMERITA. 482.

S. *EMERITA* Virgo Regina, Regis primi Christiani S. *Lucij* soror, quæ vna cum rege fratre auctoritate Apostolica cõuerti meruit, vt lib. XI. in S. Lucio apertũ. Hęc porrò illum in Heluetios secuta, regio fastigio voluntariam prætulit paupertatem, & cum pie ibi vixisset, religioso fine Eremitis decessit, oppido Trimontio sepulta, vt cum ipsa veritate testãtur authores lib. XI. in *Lucio* infra laudandi.

Deposita est anno CLXXVIII. Colitur XXVI. Maii Molan. à legato Pontificio salutari vnda perfusa III. Decemb. Constantinus Felix Ephemeridibus.

ROB. ELLIS. 483.

R*OBERTVS Ellis* Vicarius Episcopatus Cathenensis vireo seculo raræ doctrinæ, incomparabilis æstimationis, ex Albione

ad

S. ERLVLPHVS. 485.

S. *ERLVLPHVS* natione Scotus eorum ciuium suorũ, qui totum studium syncere in conuertendis gentilibus locassent, exẽplum secutus, è patria progressus, Christum trans glacialem Oceanum habitantibus detulit, ac maximè in Islandia pietatẽ seuit, est autem hæc Thule. Eius labores inexhaustos, sedulitatem, ac pietatem commendat Arngrin Ionas facundissimus illius gentis Historicus, quem videre mihi non contigit, licet hæc ab amico transmissa habeam.

Claruit Anno DCCCXC. cum socio suo *S. Buone*, dies vero est incertus.

ERNVLPHVS. 486.

ERNVLPHVS Abbas Mailrosiensis ad quem extant Epistolæ *Clementis III.* Pontificis super causa Ioannis S. Andreæ Antistitis apud Rogerum de Houeden, Annal. part. II. pag. CCCLXIX. Scripsit.

Epistolas ad Clementem Papam. *lib.* 1.

Floruit anno MCLXXXVIII.

ERNALDVS. 487.

ERNALDVS Abbas Mailrosiensis eodem anno, quo superior, ab eodem Pontifice super causa *Ioannis* Santandreani Episcopi admonetur, vt suspicer vnum, eumdemque esse, & librarium in peregrino nomine, vt sæpe alias, errasse. Scripsit

Epistolas ad Clementem Papam. *lib.* 1.

Claruit anno MCLXXXVIII.

RAPHAEL ECLINVS. 488.

RAPHAEL *Eclinus* vbi locorum vixerit, an in patria, an alibi, non deprehendi. Scripsisse eum reperio Tiguri.

De Syllabarum quantitate. *lib.* 1. Bibliotheca classi-

 ca pag.

ca pag. MCLXXXII.
Scribebat anno MDLXXXV.

B. EGREDVS. 489.

OMnes primi Lindisfarnēses Episcopi Scoti fuerunt, vt sæpe hoc libro ostensum. In his noster *Egredus* Florent. VVigoruien. *Defuncto Egredo Lindisfarnensi Episcopo Egbertus successit*. Hęc ille solus, vt opinor: nam in Catalogo Lindisfarnensium Antistitum, qui postea Dunelmi federunt, *Egredi* nulla mentio sunt autem ij S. *Aidanus, S. Finnanus, S. Colmannus, S. Tuda, S. Eata, Frithebertus, Albmundus, Tilberus, Æthelbertus, Heādredus, Eaubertus, Tridferthus, S. Cuthbertus, Eadbertus, S. Egbertus*: omnes hi, & plerique sequentes ex Scotia in Angliam transeuntes Euangelij semen fideliter sparserunt, & ex his nonnulli sedes suas in Scotia Episcopales liquerunt, vt nascentes tum primum fidei in Anglia igniculos studiosè fouerēt, vt *Æthelbertus* apud suos *Cādida Casæ* in Brigantibus, seu Gallouidia Episcopus. Sedem autem hanc transtulit Rex *Gutredus* Anno DCCCLXXXIV. vt author Roger. Houeden Annal. Anglican. An Egredus aliquid scripserit, non reperi.
Floruit Anno DCCCXLII.

ELVANVS AVALLONIVS. 490.

DE *ELVANO* cognomento *Auallonio* aliud nihil reperi, nisi primum fuisse, qui ad res Scoticas illustrandas accesserit, huius fidem Veremūdus, & alij vetustissimi Annal. Scoticorum authores impensius extulerunt. Scripsit veteri lingua Scotica, hoc est Hibernica, nāq; ea hodie vtimur, soboles est Saxonicę, aut Germanicę.

Historiam Scotiæ. lib. 1.
Descriptionem Scotiæ. lib. 1.

Floruit anno salut. CLXXI. nescio an ab Auallonia Brittanniæ Romanæ insula? hunc enim locum à peregrinis Eremitis cultū prodit Camdenus, id si verum, multa Scotis Anglia debet.

S. EO-

S. EOGLODIVS. 491.

S. *EOGLODIVS S. Columbæ* Discipulus, vnus ex ijs fuisse memoratur, qui *Scādalao, Totaneo, Notofero, & Gallano* socijs *Columba in Hiberniā transmittente*, vt ait H. Boethius lib. IX. Hist. Scot. pag. CLXVII. *sedem statuerunt in Iona insula, Scotorum, Pictorumq; regiones pijs lustrādo sudoribus, docēdo, disserēdo scribendo, vtrumque populū optimis moribus, & religione imbuerunt.* Cōsentit Io. Leslæus lib. IV. pag. CLII. Ab eo scripta plurima, paucorum ad me apices peruenerunt.

Columbæ Magistri vita. *lib.* 1. apud Fordanum.
Epistola ad Hibernos. *lib.* 1.

Floruit annno DCVI.

ETHODIVS. 492.

E*THODIVS I.* Rex *Galdi* abnepos, *Mogalli* ex sorore nepos XXV. à *Fergusio* statim initio Regni Rupto vallo Angliam ingressus dubio Marte cum Romanis, qui prǽsidiario iure eam prouinciam obtinebant, dimicauit. Biennio verò post eosdem Scotiam ingressos, acie superatos intra uallū repulit Princeps omni vita clarus, a b Hebridiano Tibicine noctu iugulatus interijt Eius sunt.

Venationum statuta, Dornadillæ addenda. lib. 1.
Epistola ad Regem Pictorum. *lib.* 1.

Excessit anno Regni sui XXX Annales nostrates, vel anno XXXIV. Balæus, & alij. Salut. humanæ CXCVI. Pōtifices erant *Anicetus, Soter, Eleutherius*, Imperatores *M. Aurelius Anton. Philosophus, Commodus, Ælius Pertinax.*

S. ERENEVS. 493.

S. *ERENEVS D. Colūbæ* æqualis celebratur à D. *Adamanno* in vita D. *Columbæ* lib. I. cap. III. his verbis *Hic erat Ereneus per omnes postea Scotia Ecclesias famosus, & valdè notissimus, qui hæc omnia verba Segenio Abbati de se prophetata enarrauerat, meo decessore*

fore Failbeo intentius audiente, qui, & ipse cum Segenio præsens inerat, cuius relatione, & ego ipse cognoui hæc eadē, quæ narraui. Nec plura apud alium de eo. Scripsit.

Acta S. Columbæ. *lib.* I.

Floruit anno salut. DLXVII. Colitur die XV. Februar. reliquiæ colebantur in Gutherlandia Scotichr. lib. III. cap. XIV.

ERVEVS. 494.

ERVEVS monasticam vitam professus Carmilitano se instituto addixit, quod ea ętate mirifice apud Scotos florebat, patriam adulta ætate relinquens Lutetiæ Theologica studia amplexus, clarissimum sibi, patriæque nomen peperit, quem satis mirari non possum, in Carmelitana Bibliotheca omissum, cum in actis Parisiensis Academiæ, & in Indiculo sit Scriptorum Scotorum, qui licet mancus sit, tamen à diligenti est congestus, & sola nudaque nomina complectitur. Eius extat.

De Concilijs Oecumenicis. *lib.* I. prodijt Lutetiæ.

Vixit anno MCCC.

EGINARTVS.

EGINARTVS, siue *Einardus* non Franco-orientalis fuit, vt Germani contendunt, sed Scotus, vt infra in voce *Kineartus* probabitur, quo loco abundè de illo vide.

IOANNES ELDMAIR. 495.

IOANNES *Eldmair* magno nomine apud suos, & Gallos claruit Hect. Boethius lib. XVIII. histor. Scotic. in fine. *Ex nostris sacra disciplina admodum eruditi Ioannes Eldmair à Iacobo Kennetho sancti Andreæ Episcopo, à Parisiensi Academia accitus, vt in Collegio Seruatoris, quod ingenti sumptu magnificentissimè condiderat, egregièque ad studiosorum vsum dotauerat, diuinas atque humanas literas profiteretur.* Eius sunt.

In libros Sententiarum. *lib.* IV. Ioannes Maior.

Theo-

Theologica Platonica. *lib.* 1.
Philosophia antiqua. *lib.* 1. & alia permulta.

Floruit anno MDI. aut præter propter.

B. EVANX MARBODVS. 496.

B.*EVANX Marbodus humanioribus* ait Balęus *literis instructissimus* Vvion in adiunctis ad lignum vitæ pag. DCCCLXXXI. falsò Anglum facit, cum omnes etiam Angli ipsi cõsentiant Scotum esse: præ aliis Renatus Benedictus lib. de vitis ss. Gallorum, quod opus latinum fecit Paschalis Robinus. Adde Epitaphium Marbodi ab Ogiero Episcopo Andegauensi. Pręclarum de eo est apud Syluestrem Gyraldum lib. V. Speculi Ecclesiæ cap. XVI. testimonium. *Bonarum literarum Magister eruditus colores Rhetoricos, & tam verborum, quã sentẽtiarum exornationes versibus egregis declarauit.* Eadem penè Lilius Gyraldus Ferrariensis opere de Poetis Latinis. Laudãt eum Vincentius Belluacensis, & Albertus Crantzius, sed libri non sunt ad manum. Virtutis merito Episcopalem honorem apud Aremoricos, Redonensis Antistes creatus non minus piè, quàm splẽdidè gessit, vt historia Britãnica Aremorica testatur. Sixto Senensi lib. IV. Bibliothecæ *Marbadus* audit, & *Redenensis* Antistes, vt, & Trithemius lib. de Scriptorib. Ecclesiastic. pag. CCLXVI. & hunc Annales nostrates indictum, illaudatumque malè omiserunt. Eius sunt.

In Passionem Thebaeorum, *lib.* 1. versu.
In Cantica Canticorum. *lib.* 1. triplici sensu.
De Lapidibus, & gemmis. *lib.* 1. quod opus alii inter grecos tentarũt Dionysius Corinthius apud Suidam, & Philostratus primus Lithognomicum edidit, idest de gemmis apud eumdem.
Carmina sententiosa. *lib.* 1.
De vita S. Magnobodi Episcopi Andegauensis.
De vita S. Laurentij *lib.* 1. versu secutus est in his *Eucheriũ* Lugdunensem inquit Sigibertus in Chronico.

Florebat anno MLIV. sub *Henrico III.* Imperatore, vel ML. Trithẽ. vel MCXXIII. vel MCL. Vuion. in eum patrum memoria commenta-

mentarios edidit Pictorius Villingensis, qui prodierunt Lutetiæ sub annum MDXXXI. sed falsò Gallum facit.

EVENVS. III 497.

EVENVS III. Rex *Ederi* F. *Gilli N.* decimussextus à conditore *Fergusio* Princeps belluæ. quàm homini similior. Flagitiosis in scelerum societatem palam adscitis de Nobilitate tollenda non semel cogitauit, tandem in carcerem coniectus à suis est necatus. Scripsit.

Leges Spurcissimas. lib. I. quarum capita hæc.

I. *Vt tot uxores vir duceret quot commodè alere posset.*

II. *Vt Nobiles Villicorum, clientumque filiarum Virginitatis primitias prima nuptiarum nocte delibarent.*

Quas impias leges magno consensu nobilitas est amplexata, vt est Aulicorū ingenium in vitia procliue. Hect. Boethius lib. III. hist. Scot. pag. XXXV. postea tamen nonnihil moderaminis allatum, & veluti sensim fœditas sublata. Idem lib. IV. pag. LVIII. denique tam abominandus ritus penitus antiquatus, & abrogatus à *S. Malcolmo* Rege, rogatu *S. Margaretæ* Reginæ, vt tamen *Marcam* argenti sponsus ad redimendam suæ nuptę pudicitiam offerre teneretur, quod etiamnū hodie sollicitè à procetibus obseruaĩ.

Extinctus est anno VII. Regni sui. Anno verò ante salutiferum partum XV. Plura in rebus Scoticis.

GVILIELMVS ELPHINSTONVS. 498.

GVILIELMVS *Elphinstonus* nobilissima familia criundus, *quo meliorem* ait H. Boethius lib. XI. Histor. Scot. pag. CCXLV. *ætas nostra non vidit, asseuerare audeo audacter*, pergit ibidem loci Boeth. *eum, & publicum, & priuatum magna semper versatum cum laude, & publicæ consuluisse saluti, ad id summe annisum ope, vt æquum leges, Iustaq; Principis authoritas dominarentur persancte, imperaretur cunctis beneuolentia magis, quàm metu, veròque animi affectu populus veneraretur Regem, plebs nobilitati absq; querela, omnique leuata iniuria audiens esset, & morigera, Rex flagitiosis*

tiosis

gitiosis terrori esset, optimis quibusque reuerentia, virtuti studerent omnes, concordiaque simul coalescerent, sacerdotes solutioribus moribus cohibiti Christo, diuisque ritè ac opportunè sacra peragerent, neglecta templa aut non ritè culta in pristinam restituerentur dignitatem, vt denique quæcunque in Scotorum Regno vrbanè, religiosèque fierent ad Reipublicæ decus, et ad Christi laudem forent accõmodata. In his perpetuus viro labor dum superstes esset: in his omnem exegit vitam. Vir hic tam præclarus ad Aberdonensis Ecclesiæ regimen assumptus, in cuius gratiam de omnibus ipsius decessoribus H. Boeth. eruditum volumen edidit sub titulo *De Pontificibus Aberdonensibus.* Eum Balæus alioquin genti nostræ iuratus hostis doctissimum vocat, nec immeritò, nam postea totius Regni Cãcellarius factus Academiam Aberdoniensem sumptu proprio fundauit, vndique literatis accitis professoribus, pontibus etiam lapideis pulcherrimi operis *Donã, Deãque* amnes quibus vrbs cingitur instrauit, ipsũ Episcopiũ, & Canonicorũ Collegiũ amplioribus structuris mirificè decorauit. Præter nostrates Iacobus Mendendorpius I.C. lib. 11. in fine de Academiis, quod opus futile est, & figmentis Annianis refertum. Scripsit Elphinstonus.

Scotorum Chronicon. lib. 1.

Conciliorum statuta. lib. 1. & alia infinita, quæ proh dolor! hæreticorũ furor nuper cum aliis Regni monumentis scelestissimè aboleuit.

Obiit regnante *Iacobo* III. anno MCCCLXXX. successor ei datus *Gauinus Dumbar* egregius, & tanto decessore dignissimus Præsul.

THOMAS EVATVS. 499.

THOMAS *Euatus* Santandreanus diu Lutetiæ substitit, optimarũ artium doctor, & Academicos honores persæpe sortitus, magnam sui ingenii famam reliquit. Eius sunt multa edita, sed ego uidi tantum.

Præfationes solemnes. lib. 1.

Poemata vario versuum genere. lib. 1.

Parisios venit, docẽdique prouinciam subiit anno MDLI. Elegans est de eo testimoniũ Iacobi Paschasii Lotharingi in delitiis Poetarum

tarum Gallorum Tom. II. quod apponam.

Qui Latio Musas sedem fixisse perennem.
Et sola vates dixit in Ausonia,
Haud tua Castalios referentia carmina cætus
Legerat, & celebri quæ canis vsque lyra.
Quanta Caledonijs tibi laus, & nomen in oris
Surgeret, Enati, *nescius ille fuit.*
Abduxti Latio *musas, natesque latinos*
Exculti *superas viribus Ingenij.*

IACOBVS ECLINVS. 500.

IACOBVS Eclinus nobili sanguine in Fifa ortus Philosophiam Burdegalæ multis annis magna eruditionis gloria professus, visus est plerisque nulli in ea scientia cedere. Scripsit.

In Logicam viuersam. *lib.* I.
In Ethicam. *lib.* X.
In Physicam. *lib.* VIII. quæ iam audio lucem accipere, quod B.R.P.L.F.

Excessit Burdegalæ ex febre maligna anno MDCIV. magno omnibus sui desiderio relicto.

DAVID ECLINVS. 501.

DAVID Eclinus Iacobi frater professionis etiam consors suauissimis moribus, ac incredibili studiorum varietate Burdegalæ, vt frater Philosophiam serió professus in Lyceo Monspessulano multorum Cãdidatorum disputatione publica victor Lutetiæ humaniores ac mansuetiores literas docendas elegit, tum in Lugdunensi Roanæ ad Ligerim medicinam Clinicen exercuit semper ingenti ab ingenio fama parta, vt nescias felicius, an doctius liberales artes attigerit. Eius sunt, quam plurima, sed ad me hi tantum apices peruenerunt.

Orationes disertissimæ. *lib.* I.
Poma Autumnalia. *lib.* I.
Oua paschalia. *lib.* I.

In om:

In omnem Aristotelis Philosophiam lib. 1.
Logica Synopsis. lib. 1.
Castigationes in Galenum. lib. 1.
De Morbis incurabilibus. lib. 1.
Curationum suarum. lib. 1.

Viuit adhuc Mantæ ad Sequanam, & genti gloriam sibi à medicina, quam stipendio ex fisco honorato exercet, ac familiæ emolumẽtum parit, omnibus charus, sed literatis præcipuè longè acceptissimus.

GEORGIVS EGLISSEMMIVS. 502.

GEORGIVS *Eglissemmius* Hamiltoniensis bonas artes, & didicit Louanij in Belgio operosè, & docuit in Galliis gloriosè, Philosophiam Rothomagi primùm, mox & Lutetię summo auditorũ applausu professus. Apud Cimbros, & Batauos Medicinam fecit, vt audio, felicissimè, nec Galeni osor nec chimiæ nimium addictus. Demum à Rege Magnæ Britanniæ inter domesticos medicos allectus aliquod studiorum suorum præmium videtur consecutus, Græcè, latineq́ue doctissimus, versu bonus, & prosa, omnibus cultioribus artibus, sed maximè Spagyricis instructus. Varia publicauit. Ego tantum vidi.

Poemata varia. lib. 1.
Epigrammata varia. lib. 1.
Contra VVorstium hęreticum. lib. 1.
Declamationes Philosophicas. lib. 1.
Duellum Poeticum cũ Georgio Buchanano in versione Psalmi C I I I. quo opere vellem abstinuisset, nõ quod ingeniũ contemnam, sed quia felicius aliud argumentum, & minus inuidiosum eligere potuisset.
Contra Thomam Reidum. lib 1.
Praparationes medicamentorum. lib. 1.

Viuit adhuc Londini, quam longè potest ab aulico tumultu Musis uacans, quas seriò sanè, & bona fide colit.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER VI.

S. FAILBEVS. 503.

S.*FAILBEVS* Abbas in Trioit, mirabili prophetiç spiritu claruit, & multa euentura vaticinatus, Scotus memoratur à S.*Adamanno* Scoto lib. 1. de vita S.*Columbæ* cap. III. suum decessorem uocat, & ex eo mutuatum pleraque eorum fatetur quæ de Sancto illo tribus libris scripserat. Scripsit.

De futuro Scotiæ statu. lib. 1.
Acta S. Columbæ. lib. 1.

Claruit anno DCXL. nec plura de eo: colitur XXV. Ianuarij, depositus III. Iunij. VI. Octob.

S. FAVSTVS. 504.

S.*FAVSTVS* qui Latinis dicebatur *Faustinus* Baron. tom. VI. annalium, *Congellus* apud nostrates est, Norkerus Balbulus in Martyrolog. *Columba cum plurimos discipulos, vel socios sanctitatis suæ suppares habuisset, vnum tamen Congellum, scilicet Fausti nomine illustrem, Preceptorem Beatissimi Columbani Magistri, Patris, & Domini nostri* Galli, *virtutum ac meritorum quasi vnicum, exemplo Isaac, reliquit heredem.* Hunc MS. codex monasterij S. Galli in Heluetiis *Faustum.* perperam vocauit. Idem hic S.*Columbæ* socius S.*Columbani.* Magister *Regiensis* in Gallijs fuit Episcopus, & Lirinensis Abbas in Insula Eremitica concionator facũdus ad eũ. scribit Sidon. Apollinaris lib. IX. Epist. III. Gennad. de Vir. Illustrib. cap. LXXXIV. Malè *Reiensem* habet Episcopum pro *Regiensi* habet Epigraphe carminis *XVI.* apud Sidonium. Multis Christophorus Brouuerus ad Venãtium Fortunatum lib. V. pag. CXXXII. Anonymus author in vita S. Fulgẽtij *fuit, tum temporis*

Episco-

Episcopus quidam laudabiliter prædicãdus nomine Faustus, qui pro fide Catholica longe à Cathedra sua iussus fuerat relegari. Et postea idem paucis interiectis. *Supplicanti consensum præbuit S. Faustus* Episcopus Germanus Lerinensis in epistola ad Arnoldũ Belgam, & tabulæ Lerinensis Monasterii. Celebre nomen huius erat ob sanctitatem per Gallias, qua causa, & Basilica ei erecta, & Martyrologio adscriptus ipse, à Ioanne Molano in additionibus expunctus iniuriosè fuerat, quod, & Cæsar Baronius Tom. VI. Annal. confirmauerat, in Appendice tamen ad Tom. X. sententiam illam retractat, cumque inter sanctos collocandum putat, & censet. Eius sunt.

Admonitio. Tom. V. Antiquarum lectionum Henrici Canisij. *lib.* I.
Epistolę lib. I. Ibidem loci ad *Ruricium.*
Alia in Bibliotheca ss. Patrum tom. III. & Tom. IV.
Sermo ad Monachos. lib. I.
Exhortatio ad bonam vitam. lib. I.
Professio fidei ad Leontium. lib. I.
Homilia de Maximo. lib. I.
De libero arbitrio. lib. II.

Floruit anno CCCXC, incertum quando ss. numero adscriptus, esse tamen in ss. Album relatum præter ea, quæ supra, docet membrana vetustissima S. Galli, in qua *Admonitio S. Fausti*, & colitur XVII. Ianuar. vide Henrici Canisij varias lectiones in Epistolas S. Fausti in Laudato Tomo. V.

S. FARO. 505.

S. *FARO* Meldensium in Gallia Episcopus, & si non Scotus ortũ habeatur, sed Burgundus, tamen, quia Laurentius Surius tom. V. pag. CCCXLIV. *S. Chillenum* Scotum à plerisque S. *Faronis* fratrem censeri prodidit, ego admonere volui, vt si fratres illi sint vel *Faro* sit Scotus, vel *Chillenus* Burgundus viderint: alij. Eius sunt.

Epistola ad Theodebertum Regem. lib. I.

Episcopus consecratus est anno DCXX. Sigebert. Chron. eo anno Pe-

trus in Catalogo lib. IX cap CXVII. Trith. de Illust. Vir. ordin. S. Benedicti cap. LXXIV. & lib. IV. cap. CXXXIX. Vincent. Belouacen. lib. XXIV. Specul. Histor. cap. XVII. XVIII. XIX. Obijt anno DCLXXXVI. nam sedit Episcopus in magna sanctitatis opinione Annis LXVI.

S. FINNANVS. 506.

S. *FINNANVS*, siue *Sinnanus* aut, etiam *Sinanus*, vt habet Antonius Posseuinus Apparat. Sacr. pag. CCCCXLIV. ex Demochare lib. de sacrificio Missæ III. cap. XV. & cap. XXXIX. Adstipulante Arnoldo Vuione, Monastici fuit instituti, *Nennij* primùm, mox *Segenij* Abbatis Discipulus *Huense* Cœnobium, quod caput omnium habebatur, rexit, tum S. *Aidano* in Episcopatu Lindisfarnensi successit. Ioannes Leslæus lib. IV. pag. CLX. Ea certè ætate Episcopi à Scotis ordinabantur, ac in Angliam Ecclesias recturi mittebantur. Docet author Anglicus Florētius VVigoruiēsis. *Post occisionem Regis Osuini, Aidanus Antistes II. Calend. Septemb. ad Cęlorum regna migrauit, cuius animam puer bonæ indolis Cuthbertus vidit in Cælum ferri ab Angelis, quo defuncto Finanus pro illo gradum Episcopatus, à Scotis ordinatus, ac missus accepit.* Eadem verbatim ante illum Beda, qui insuper addit, *In Insula Lindisfarnēsi fecit Ecclesiam Episcopali sedi congruam, quam tamen more Scotorum, non de lapide, sed de robore secto totam composuit, atque arūdine texit, quam tempore sequenti Reuerendissimus Archiepiscopus in honorem B. Petri Apostoli dedicauit, sed Episcopus loci illius Eadbertus ablata arundine plumbi laminis eam totā, hoc est tectum, & ipsos quoque parietes eius cooperiri curauit.* Acris ei, & diutina contentio cum quodam *Romano* nomine, de quo infra hoc opere. Sāctissima ipsius ad *Ferguhardum* Regem monita habes apud H. Boethium lib. IX. histor. Scot. pag. CLXXVII. Henricus Huntindoniensis lib. III. pag. CXCI. Reliquiæ ipsius, & memoriæ magna solemnitate frequentabantur, priusquam hæretica rabies patrum memoria Christianam pietatem è Regno illo eliminasset. Huius tamen nulla in Martyrologio Romano mentio. Scripsit.

Pro ueteri Paschatis ritu. lib. I.

Nonita

Episcopatum est adeptus Lindisfarnẽsem anno DCLI. cum tamen Matthæus VVestmonasteriensis anno DCL. eum Episcopum dicat, Regem Northumbrorum *Osuuium* baptizasse, & nihilominus sibi contradicens anno DCLI. hæc habet. *Aidanus Episcopus ab hoc seculo sublatus perpetua laborum suorũ præmia recepit, successit ei in Episcopatum Lindisfarnensem Finanus natione Scotus, sed paruo tempore in Episcopatu permansit.* Obijt Anno DCLXI. quid verò post depositum Episcopatum gesserit, ego non deprehendi. Colitur die XVI. Februar. Breuiar. Scot.

S. FINTANVS. 507.

S. *FINTANVS* à quibusdam Presbyter, ab aliis Cõfessor, à nonnullis Episcopus, Breuiario Scotico Prior perhibetur. Martyrolog. Roman. die XVII. Febr. *In Scotia S. Fintani presbyteri, & Confessoris.* Petrus Gelasinius in Martyrologio eodem die. *In Scotia S. Fintani presbyteri, & confessoris, singulari pietate, & magna virtute clari.* Franc. Maurolycus Abbas item in Martyrologio eo die. *In Scotia S. Fintani Episcopi magnę virtutis viri.* Eadẽ Vsuardus, qui non ad manum, & Martyrologia MSS. non extant. Floruit anno DCCCXXI. vel DCCCCLXXIII. Breuiar. Scotic.

S. FINTENVS. 508.

S. *FINTENVS*, aut *Fintanus*. Collega peregrinationis, ac socius sanctitatis D. *Columbæ*. *S. Adamannus* Scotus in vita eius lib. 1. cap. 11. *S. Fintenus, qui postea per vniuersas Scotorũ Ecclesias valde noscibilis habitus est, à puerili ætate integritatem carnis, & animę, Deo adiuuante, custodiens, studijs Dialecticalis Sophię deditus hoc propositum in annis iuuentutis conuersatus in corde habuit, vt nostrum S. Columbam Hiberniam deserens, peregrinaturus adiret.* nam *Fintenus* gente Scotus, vt annales nostri habent, *Columbæ* in Scotiam venienti se iũxit. Recolitur eius memoria XVI. Februarij. Martyrolog. Vsuardi. *In Scotia S. Finani Presbyteri, & confessoris magnę virtutis viri*, nisi hic alius sit, vt supra est dictum.

Scripsit

Scripsit hic.

Epistolas ad Baithenum Abbatem. *lib.1.*
Acta Columbæ. *lib.1.*

Claruit anno DLxxxII.

S. FINDOCHA. 508.

S.*FINDOCHA* Virgo magna sanctitatis fama sub Rege *Conrano* dicitur floruisse, ac nescio an non vna ea ex S. *Donenaldi* filiabus, si vera est quorumdam supputatio. Eius est.

De *vita Contemplatiua Commentariolus. lib.* 1.

Viuebat Anno DXXVI. Recolitur eius sacra memoria die XIII. Octobris Kalend. Adami Regii.

S. FLORENTINVS. 509.

S.*FLORENTINVS* Regis Scotorum filius vir incredibili sanctitate in Galliis colitur, templo ei in nemore densissimo dedicato in Campania non longè Lingonibus: cuius vita ab incerto authore scripta XIX. capitibus cōtinetur. I. *Rex Scotiæ filio suo Florētino coronam offert, & quid de ea videatur, quærit, sed sub noctem intēpestam Angelus ei discessum nunciat.* II. *Florentinus itineris sui comites triginta optimatum filios elegit, quibus coronam ostendit.* III. *Orat Deū, possit mare traijcere, & Angelus è Cœlo* Crucem *defert, qua traijcit.* IV. *Ipse cum socijs Cruci insidens enauigat.* V. *Mari traiecto, oportet, inquit, sigillatim separari, vt Deo seruiamus.* VI. *Bonettam Vrbem accedens porcorum custodia se locat* XXXII. *annos.* VII. *In quo subulcus fuit, fons est, & Baculus.* VIII *Porcos ad nundinas Lingonenses duxit.* IX. *Cæcos, claudos, mutos sanat.* X. *Cacodemon in forma puellæ formosissima ei annulum pronubū offert, dicēs illum esse Scotorum Regis filiū* XI. *Cū Cacodæmone tribus diebus, & totidem noctibus sine missione pugnat.* XII. *Cacodæmon conatur sensum ei eripere.* XIII. *Baculum humi defixit dormiturus, qui fonte orto radices egit.* XIV. *Incidit in morbum, & Angelus transitū nunciat quis sit, Pastori reuelat.* XV. *Obit, præscribens vt eò loci humaretur, quò duo Tauri curru impositum deferrent.* XVI. *In densam*

ſam ſyluam delatus eſt, aduenienti arbores cacumina inclinarunt. XVII. *Terra mandarunt in opaciſſima ea ſylua.* XVIII. *Fundatur Eccleſia, & ingentia fiunt quotidie miracula.* XIX. *miraculorum progreſſus.*

Floruit anno MCC. & quod excurrit. Colitur die XXIV. Ianuarij. Acta loci.

S. FLORENTIVS. 510.

S. *FLORENTIVS Scotorum indigena in flore iuuenta patriam, parenteſque deſeruit* ait Arnoldus Vuion lib. III. lign. vit. pag. CCCLXIII. Vvolfg. Laz. lib. IX. Migrat. Gent. pag. CCCCIX. *Florentius natione Scotus.* Petrus Cratepolius. Franc. Irenic. German. Exeges lib. II. cap. XLVI. Anton. Demochar. tom. II. de ſacrif. Miſſ. cap. XXXV. Epiſcopus Argentinenſis IV. vt Demochar. habet in tabulis, nobiliſſima ortus familia ſumma ſanctitatis opinione claruit. Anonymus author apud Surium Tom. VI. die VII. Nouembr. *Cum Dagobertus Rex ad Regni Francorum gubernacula ſederet, S. Florentius, cum beato Argobaſto, Theodato, & Hildulpho è Scotia venit in Alſatiam, vbi cum S. Argobaſtus datus eſſet Argentinenſi Eccleſiæ Antiſtes, Beatus Florentius, & in ſylua, quam Haſſile vocant, vbi Bruſcha fluuius, è monte Voſago dimanat, manibus ſuis cæpit terram colere, vt victui neceſſaria pararet.* Conſtan. Ghin. pag. XXCVI. *S. Florentii Epiſcopi quarti, qui genere Scotus.* Subdit eadem, quæ Surius. Vide hiſtoriæ ſeriem, quam in Epitomen redegit Franc. Haræus, cuius ſumma eſt *Dagoberti* Regis filiæ *Rathildi* cæcæ, & mutæ viſum, & vocem reſtituit, mox excedenti *Rothario*, vt Balæus ait, aut verius S. *Argobaſto* ſucceſſit in Epiſcopatu Argentinenſi, corpus verò diuinitus admonitus *Rhato* tranſtulit Gaſpar Bruſchius, & Sebaſtianus Munſterus, qui licet malè de fide ſentiat, quippe iamdudum proſcriptus, nihilominus de hoc sãcto piè loquitur. Chron. Chronic. pag. DCCXCII. *S. Florentius Scotus nobili familia.* & pag. DCCCXXVII. *cum ad eum peregrinarentur multi Scoti pii & docti homines, ædificauit ipſis præclarum Cœnobiũ ad amnem Bruſchium*; hic quæſo quid mendicêt Hirlandi? Quartus Antiſtes Argentinenſis fuit, malè aliter nonnulli ſentiunt. Et in his Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLXIII. Eius plurima

ribus suis VIII. secessit, relegiosissimèq. huius vitæ fragilis peracto cursu, & diuorum numero adscripta, & miraculis gloriosam sui memoriam reliquit. Vide lib. IV. in *Donewaldo*, & lib. X. in *Mazota* hoc opere.

Floruit anno DCCXVI. Sanctissimæ Reliquiæ Abernethi erant.

S. FINTANA. 513.

S. *FINTANA* Virgo sub *Conrano* Rege ab eodē Antistite sanctimonialem induta eodem in Cœnobio cū *S. Otha* continentissime vixit, eodemque die, communi etiam æde sacra, commemorationem meruit. Acta perierunt.

Claruit anno DXXVI. colitur die XIII. Octobris Breuiar. Scotic.

S. FOILLANVS. 514.

S. *FOILLANVS* frater ss. *Fursei, & Vltani*, filius *Philtani* Regis Hiberniæ, vt voluit Sigebertus Gemblacensis in Chronico nepos *Brendini* Regis Scotorum, *Gelgethe* filia *Adelfii* fratris eius genitus, at falsam, & erroneam esse opinionem conuincunt multa: authoritas primum Trithemii lib. III. de vir. Illust. ordin. S. Benedicti cap. LXXXVI. *S. Furseus natione Scotus, Abbas monasterii Chaobbesburg.* & cap. LXXXIX. *S. Follanus natione Scotus frater S. Fursei*, tum verba antiquissimi auctoris Anonymi, quem Laurent. Surius Tom. V. Inseruit die Octob. XVIII. communicatum à *Ioanne Charlier* Præposito Eccl. S. *Mononis* Collegiatæ in Leodiensi territorio. *Oriundus ex Scotia, qua multos sanctorum velut stellas lucifluas ad diuersas mundi trāsmisit partes, vt fuit pretiosus Confessor Furseus quem Parrona retinet læta cum suo fratre Vltano, & Foillanus eorum frater magni meriti Vir cuius præsentia Castrum congaudet Fossense. S. quoq. Bertuinus. S. Fredegādus, necnon S. Eloquius confessor magnificus quem VValciodorum veneratur Cœnobium, aliique complures sancti quorum numerum, & nomina sancta prædestinationis continet liber.* magnificum hoc monasterium dono, & liberalitate *Gertrudis* Virginis extruxit, ac martyrio tandem coronatus. Meminit Beda lib. III. Ecclesiast. histor.

gent. Anglor.cap. XIX. *Erat vir iste de nobilissimo Scotorum genere, sed longè animo nobilior, quam Carne.* De S. *Furseo* cuius hunc nostrum fuisse fratrem postea ostendit, sed *Fullanum* vocat, *cui animarum curam, & Monasterii sancto admodum viro reliquit*, vt loquitur Anonymi Authoris scriptum recitatum à Surio Tom.1. vit. ss. XVI. Ianuarij. Martyrologium Romanum non meminit. Scripsit verò.

Regulam Monachorum. *lib. 1.*

Vixit anno DCL. vt quidam volunt, alij priorem contendunt collocantes eum in anno DXCIII. vt Sigebertus.

S. FRIDELINVS SIVE VVINFREDVS. 515.

S. *FRIDELINVS* Sequanorũ Apostolus VVolfg. Lazius Præfat. de M grat. gent. seu, vt alij vocant *Fridolinus Scotorum Regis filius*, malè Anton. Posseuin. Tom. 1. appar. Sacr. pag. DXVI. *Scotorum Regis filium* appellat: ob religiosum peregrinandi studium cognomen ei fecerũt *Viator* nisi fallor *Dongardi* XLII. filius, vel *Conrani* XLV. Regis Ioan. Leslęus lib. IV. pag. CXLIII. Petrus Cratepolius in Episc Germaniæ pag. LXI. ait illum Augustanis Euangelium prædicasse, ac deinde Glaronensem populum religione Christiana instituit, Mortuus, etiam miraculorum gloria illustris: Viuus autem bonas artes diu in Gallijs docuit, vt Gaspar Bruschius Centur. 1. Germanicorum Monasteriorum à *Clodouao* Rege magnificè adiutus Cœnobium vnum erexit *Pictauia*, inde enim à D. Hilario Apostolus destinatus, vt loco laudato pag. VI. testis est Lazius II. In Belgio ad Mosellam. III. In altis Vosagi cacuminibus IV. Argentinæ, quod longè celebratissimum incolatu ss. Argobasti, & Florentij, atque etiam Scotorum Monachorum domicilium fuit vsq. ad subuersionem pietatis à Luthero. V. Curię Rhætiorũ. VI. In Burgundia. VII. Ad Rhenũ à posteris *Augia* diues dictam. VIII. Monasterium, & vrbem ædificauit *Seckingensem*, vbi obijt, & gloriosè requiescit. Vitam eius scripsit *Notkerus Balbulus*, & ipse ss. numero adscriptus, & *Baltherus* Seckingensis monachus, scriptumque suum Notkero dedicauit, vt habetur apud Henricum Canisium tom. V. Antiquar. lection. pag. DCC-

XVI. CX

XVI. ex *Iodoco Metzlero* Monacho S. Galli; *Noggerus* malè à Molano vocatur in addition. ad Vsuardi Martyrolog. pridie Nonas Martias quo die sancti huius memoria recolitur. Aegidius Tscudus in descriptione Rhætiæ Alpinæ cap. XII. Hic noster, & si ss. numero adscriptus tot miraculis inclytus, tot monasteriorum, & monachorum pater, atque etiam celeberrimæ gentis Apostolus, tamen à Martyrologiis omnibus, quod sciam abest, antiquis. Meminere inter recentiores Petr. Galesinius, & Felic. in Ephemeridibus VI. die Martij. Scripsit.

Exhortationes quasdam.	*lib.* I.
Præcepta ad Monachos.	*lib.* I.
Ad Augustanos.	*lib.* I.
Acta D. Hilarij.	*lib.* I.

Viuebat anno CCCCXCV. aut DLX. Arnold. lib. III. lig. vit pag. LXIX.

S. FRIDEGANDIS. 515.

S. *FRIDEGANDEM* Scotum non tam omissum à Martyrologii Romani collectore demiror, quam ab Annaliũ nostrarium Scriptoribus, apud quos altum de illo est silentium. Fuit hic S. *Fursei* Collega, & Socius peregrinationis in Scotia, cum illo educatus in Hiberniam cum illo traiecit, inde eodẽ comite in Gallias trãsiuit. Anonymus Author ĩ S. *Mononis* vita à Surio relatus die XVIII. Octob. tom. V. vide supra in S. Foillano à me relata. I. B. Grãmay in Antuerpia lib. II. cap. II. *cum D. Foillano ex Scotia profectius B. Fridegandus apud Ambinaritos Euangelium promulgauit.* In illo tractu Cœnobium *Hadscot.* oppidum Scotenum, familia nobilis *Malscot*, vt vir doctus voluit Scoticam, originem habent. Aubert. Miræus de Canonicorum Collegiis XVII. *Locus in quo* S. *Fridegãdis quiescit, est monasterium ad Sabim fluuium, hodie Sambram à B. Amando Episcopo Traiectensi in honorem B. Petri constructum, duobus milliaribus à* Namurco, *vbi antiquitus fuisse congregationẽ monasticè viuentem ipsum nomen indicat: sed nunc est Collegiũ Canonissarũ. Est autem celebris* S. *viri memoria in Turnino, vulgò Dorne apud* Antuerpiã: *Ibi enim quieuit, fertur(que); is locus muris cinctus fuisse; cum iis adhuc Antuerpia careret. Qua autem de causa inde*

fuerit translatum corpus sanctum, pulchrè explicatur in B. Gummari translatione his verbis. Normani per fluuium, qui dicitur Scinpa ad Villam Turuinum deuenerunt, vbi erat monasterium S. Fredegandis Confessoris, sed Deus propter habitantium iniquitatem exosus locum Reliquias iussit ipsius altè transportari, vt nullum esset obstaculum contra desolationem, quibus sublatis velut muro, & turribus ciuitatis destructis, irruit gens inimica: & incendio perdidit omnia ædificia, ipsumque monasterium consumpsit, homines partim trucidauit, partim captiuos abduxit. Colitur eius memoria die XVII. Iulii Io. Molanus in addition. ad Vsuardum Arnold. Vuion. lib. III. lig. vit. pag. CCXXVII. Argentonæ depositum vult, certius Moræus in Epitaphio.

Dormio prope Sabin, sed me ad Scaldim vigilasse,
Antuerpum dicet, voci quod præbuit aurem.

Eius sunt. *Homilia de sanctis.* *lib* I.

Vixit anno DC. aut circiter MS. Collegiatæ Ecclesię Monasteriẽsis, aut anno DCL. Vuion ibidem loci.

S. FRIDERICVS. 516.

S. *FRIDERICVS* Episcopus Traiecti, Germaniarum Apostolus, vir planè diuinus, & Martyr, Scotum assero, authoritate Gulielmi Malmesburiensis lib. I. gest. Pontif. pag. CXII. *eum sanctitatis Bonifacii nectar spirantem, vtpote nepotem, & Discipulum, Ludouicus pius* F. *Caroli Magni promouit* S. Bonifacium nouem rationibus probaui Scotum esse, idque bullis Põtificum, vt ipsius de se verba, & S. Mariani Scoti, omittam, itaque oportet hunc, quia nepotem, eiusdem esse patrię: & quia Cæsarem impulerat, vt *Iuditham* vxorem, nimis vicino gradu illicitam dimitteret, & in monasterium detruderet, faceta de capite piscis prius edẽdo interrogatione id cunctis, illa muliebri dolore exarsit, & viro Dei, per sicarios mortem parauit, quam cum præsciisset, sacro celebrato, intrò eos vocauit, martyrii cupidus renitentes accẽdit, percussus de fuga sollicitanda monuit, elapsisque iis clerum aduocauit, qui ipsum adhuc viuum, sed morti propinquum in paratũ tumulum interret, qui crebris miraculis merita loquitur. Scripsit.

Propht-

Prophetiã de Regno Franciæ. *lib.* 1. Cratep.
Sermones ad clerum suum. *lib.* 1. Surius.
Multa vtilia Ecclesiæ Malmes.

Claruit anno DCCLXIV. colitur XVIII. Iulij. Molan. apud Baronium in Martyrologio Rom. Surius Tom. IV. Annum ei adsignant alii DCCCXXXIIX. quod fieri vix potest, nam si nepos S. *Bonifacij* est, vt dictum, & hic passus sit anno DCCLV. erunt inter illum, & auunculum anni XXCIII. & nec *Bonifacius*, nec *Fridericus* multo senio depositi, vt ex Actis apparet sub annũ MCCCLXII. die XXIIX. Iulii Folckerus Episcopus, Traiecti Vicarius, caput à corpore abstulit, auro, & argento inclusit, idem Anonymus Surianus, qui malè Frisonem vocat.

S. FVRSÆVS. 517.

S. *FVRSÆVS* Scotus nõ Hibernus, licet ex Hibernia cum sociis in patriam venisse scribatur, vide, quæ fusè supra in *S. Foillano* dicta sunt. Camden. in Suffolk pag. CCCLXVII. *in Cnobersburge Furseus Scotus Monasterium extruxit.* vides Hæreticũ interdum sanctos Dei cum reuerentia compellare. Cognomentum ei *Peregrinus*, habebaturque ordinis S. Benedicti quasi nouus iis in regionibus fundator, non modò restaurator. Io. Trithem. lib. III. de vir. Illustr. ord. S. Benedicti cap. LXXXVI. A Clodouæo Francorum Rege humanissimè exceptus, Cœnobium *Latiniacum* vulgò hodie *Laigny* extruxit. Aymon. Monach. lib. I. hist. Francor. cap. XVIII. vitam eius, & Sociorum promittit Beda lib. III. Ecclesiast. hist. Anglor. cap. XIX. Sed ea vel non prodiit, vel interiit. Alia est, quam recitat Surius Tom. I. die XVI. Ianuar. In Epitomen redegit Francisc. Haræus, quo die Ecclesia eius memoriam recolit Martyrolog. Roman. *In Monasterio Perona S. Fursai.* Petrus Galesinius Protonotarius in Martyrologio suo. *In Parona monasterio S. Fursai Confessoris, Floriani, & Vltani fratrũ eius, quorum sanctè gesta apud Bedam sunt.* Monasteriũ hoc *Parrona*, *Perrona*, *Parona*, & *Perona* hodie vrbs Galliæ munitissima in Morinis ad Belgii confinium cum insigni Collegiata Ecclesia, in qua hodie illustres nonnulli Scoti *Gallouidius*, *Chrestius*, *Finlasonus*,

Duglas-

Duglassus, & alii morum suauitate ac doctrina insignes. *Florianus* porrò est D. *Foillanus* de quo supra. Errat in Martyrologio suo Rabanus. *In pago Mandinse in Perona monasterio depositio sancti Fursai Confessoris, qui in Hibernia natus, & nutritus, patriam parentesque relinquens sacræ scripturæ studijs aliquot vacabat annis, vnde monasterium in quodam construxit loco, sed dum patriam parentesq. visitare properaret, vt inter illos, sacri verbi semina spiritualibus seminaret eloquijs, quadam die corporis ęgrotantis molestia corripitur, ac subitò post in Extasim raptus iacuit, quasi exanimis à vespertina hora, vsque ad Galli cantum, sed dum ad se rediret agnouit Angelicam esse visionē, & sumpto corpore, & sanguine Christi iacuit infirmus ipso die, & altero, tertia verò nocte iterum ab Angelis sublatus mirabiles vidit visiones, sicut liber vitæ ipsius testatur, sed postquā ad se redijt XII. annos in prædicatione verbi Dei, & miraculorum clarescebat signis: Nouissimè verò in Gallia monasteriis constructis, ipse bonis auctus meritis inde migrauit ad Christū, corpus verò eius ab Ercanvvallo duce, & cęteris fidelibus in Perona monasterio in Ecclesia S. Petri Apostoli, & cęterorū Apostolorum iuxta altare honorificè conditum est.* NotKerus Balbulus, & ipse Martyrologii author, cum eo etiam in gēte lapsus. *In Pago Mandense in Perona monasterio S. Fursai Hiberniensis, qui de hoc seculo raptus multa mirabilia conspexit, & reuersus mortalibus admiranda narrauit ac postmodum in austera destrictione demigrauit.* Vincent. Specul. lib. XXIII. cap. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. Petri venerabilis error tollendus, qui lib. XI. cap. CXXX. Fuscum deprauatè vocat. Extant hymni II. in eius sancti laudem, quos Petrus Peronensis Benedictinus communicauit cū Arnol. Vuione lib. III. lig. vit. pag. XXVI. Verba etiā Frācisci Maurolyci apponā, quod Foillanū appellet Folianū, & vno die triū fratrum in Martyrologio suo mentionem faciat, cū cōstet diuersis diebus colendos, ita ille. *Parona Monasterio Fursæi Abbatis, & fratris S. Foliani Martyris, qui raptus in Extasim multa vitę alterius mirabilia vidisse, atque in Hibernia, Scotia, & aliis Oceani glacialis insulis item in Saxonia prædicasse, & in Gallia quieuisse perhibetur.* Ita bonus ille Siculus Scotiam, & Hiberniam glacialis Oceani Insulas existimauit. Est & mentio in Addition. Molani ad Vsuardi

Marty.

Martyrologium. *S. Fursai Abbatis*, & *Inuentionis Corporis S. Foillani Martyris* licet depositio eius alio die celebretur. De Vltano verò nihil. Scripsit *Fursaus*.

De vita monastica. *lib.* 1.

Excessit anno DCL. vt voluit Cæsar Baronius, vel anno DCVII. Natum contendit Sigebert. Gemblacensis Anno DCIII.

S. FATHNA. 518.

S. *FATHNA* Episcopus Scotus, diu Ecclesiā Sodorēsem rexit, Insularium pater, inde remotus Lirmonensem cathedram est moderatus, in Hibernia an in Scotia? haud quaquā dixerim: nec densiores alias in vllo antistite tenebræ, quia tamen Scotia egressum accepi, nolui hic silere, author Alexander Millus.

Annus incertus, colitur XXIV. Augusti Martyrol. Carthusian.

S. FIDELIS. 519.

S. *FIDELIS* Scotus Eremita in territorio Argentinēsi, patria egressus cum ss. viris Scotis *Arbogasto, Florentio, Hildulpho, & Adeodato*, vt in eorum historiis apparet, coniunctior tamen *Florentio*, nam eo ad Episcopatum assumpto, hic eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus, vt Henricus Canisius, post Petrum Bugianum, affirmat ex vita *S. Florentii*, Errat verò toto cœlo Hencicus Fitzsimon Hirlandus, qui cum ineptissimum, & frigidissimum catalogum contexuisset, hunc cum *S. Fidolo* confudit, qui ætate, officio, loco, & cultu longè differunt; consulat ille ergo cæcus suū oculatissimum *VVitum*, qui cornicum oculos configat.

Claruit anno DCLXXIX. colitur. XXIII. Maii. Tab. Ecclesiæ Argentin. apud Bruschum.

S. FIDOLVS. 520.

S. *FIDOLVS S. Brandani confrater* ait Vuion lib. iii. lig. vitæ pag. CLXV. quod si *Brandanus* Scotus fuerit, vt proculdubio fuerit, erit itidem eadem oriūdus gente *Fidolus*. Porrò non in Germania

hic

hic vixit, vt præcedens, sed in Gallia, & Trecis quidem, nec Eremita, aut Archidiaconus, sed Abbas, aut, vt male Galesinius, Episcopus, vt contra eum sentit Baronius ad Martyrologium Romanum: habet in Burgundia Ecclesiam suo nomini dicatam, vbi corpus requiescit, & aliam in ea parte Argathaliæ in Scotia, quę dicitur Knapdolia.

Claruit anno DCXVII. colitur, XXI. Maii. præter laudatos Beda, & Ado, cum Molano.

S. FINIANVS. 521.

S. *FINIANVS* Scotus Abbas, diuersus ab aliis, qui eodem nomine supra censentur, nec rarum est in nostra gente sanctos plerosque vno nomine, & eodem deprehēdere, vt in *Colmānis*, *Columbanis*, *Brigidis*, *Donatis*, & aliis liquet: porrò hic omnibus aliis prior, nū ex *Keldeorum* genere ortum scribit Veremundus apud Ioannem Sinclarum. Scripsit.

De vita S. Eusebii. *lib.* 1. & alia.

Floruit anno CCCCII. colitur. XXII. Febr. Martyrolog. Carthusian.

S. FIRMINVS. 522.

S. *FIRMINVS* Scotus in patria ab *S. Honesto* presbytero educatus ad S. *Honoratum* Tolosanum Episcopū missus, multos in Aquitania ad fidem conuertit, vt in re illius gētis Apostolus habeatur, & Andegaui spacio XL. dierum tria millia hominum ab errore retraxit, & baptismate perfudit, vt latè narrat Petrus lib. VIII. capite CXIX. demùm Ambianum appulit, & primus illius in Morinis celeberrimæ ciuitatis Episcopus, vt Demochares, & Tabulæ, tum à *Rictionaro* præside, ne plebs tumultum concitaret, in carcere decolari iussus, martyrii palmam gloriosis operibus percepit *in Hiberniæ partibus ortus* Hagiologis dicitur, quia scilicet priori æuo à scriptoribus *Hibernia* sumitur pro *Scotia*, vt in Martyrologio Romano, quia scilicet *Scotia* duplex, plana, seu campestris, *Hibernia* seu montana, vt notum, & alibi hoc opere fusè: vt omittam authoritatem Schotichonici lib. IV, cap. IX. *hoc tēpore Firminus in Gal-*

lia

lia docebat, Ambianorum primus Episcopus. Certe ea ætate nullus Hibernus fidem Christi perceperat, aut Euangelii lumen persenserat, vt vel ipsis fatentibus Hirlandis euincam, nam neque *S. Patritius* Scotus, imo nec ancilla illa Picttica nata erat, quæ prima religionis veræ in eam insulam mentionem intulit, vt R. Edmundus Campianus, ex eo itidem Anton. Maginus, Camdenus, & alij, testati: superest igitur in Scotia, vt natus sit. Scripsit.

Homilias ad Populum.	*lib.* I.
Epistolas ad diuersos.	*lib.* I.
De incarnato Verbo.	*lib.* I.

Flóruit Anno CCXCVIII. familiaris ss. *Guthagono*, & *Macræ*, cum quibus videtur Scotia excessisse, nam sub eodẽ Præside *Rictionaro* & illa, & iste passi, & quidem eodem Anno CCC. sed vario die, hæc VI. Ianuarij, vt in Martyrologio Romano, iste XXV. Septẽb. Molan. ad Vsuardum, Ghin. Acta Ecclesiæ Ambianensis, quæ olim *Ambitui*, & Legio XXIII.

S. FORANNANVS. 523.

S. FORANNANVS *Archiepiscopus Scotorum* ait Molanus indiculo sanctorum Belgii pag. XXV. hoc est, vt illo æuo loquebantur, Maximus Scotorum Episcopus, Boethius, & alij, eodem modo ss. *Liuinus, & Rumoldus* Scotorum Archiepiscopi dicuntur, nõ quod ea ætate dignitas ea instituta, aut pallium concessum, sed quia isti omnibus aliis Episcopis imperabant, vt Metropolitæ suis Suffraganeis; & quid iuris hic Hirlandis? qui nec tempore *S. Forannani* nec CCC. post annis Archiepiscopos vllos receperunt, vt ex Illustrissimo Baronio, & Flateburiensi probaui lib. 11. Apparat. cap. XVIII. sed ad S. redeo, de quo Constantinus Ghinius pag. XXIIX. *VValsiodori depositio B. Forannani Episcopi, qui in Scotia nobili prosapia oriundus, optimis moribus, & literis imbutus, in clerum adscitus, fuit etiam ibidem consecratus Episcopus, inde nutu, & auxilio diuino in Gallias venit, & primus Abbas electus est Vallis Decoræ.* Miror, quid hic Hirlandus mendicet, cum omnes ex Tabulis Valuidorensibus Scotum asserant. Scripsit.

Sermones in passionem.	*lib.* I.

Oo *Pro*

Pro Monasterio suo. lib.1. cui priuilegia, & confirmationem à Benedicto VII. impetrauit.

Depositus est Anno DCCCCXXCII. vel centum annis serius, vt alij scribunt. Colitur XXX. Aprilis.

S. FRITHVVALDVS. 524.

S. *FRITHVVALDVS* Scotus Episcopus Candidæ Casæ, quæ, & *S. Niniani*, seu *S. Nims*, & à Ptolomæo *λευκοπιδεία* dicta, vixit autem florido, illo, & sanctorum ferace seculo, centum scilicet annis ante Excidium Pictorum, de quo delendo multa vaticinatus, quæ postea euenerũt, reperio eum ab *Ethfino* Rege ad *Pictos* oratorem missum, qui rara ea ætate facundia, & gratis ad Deũ precibus, feruentique ieiunio, & crebra corporis maceratione, bellum atrox, quod parabatur, distulit. Scripsit.

Ad Vnnust Pictorum regem. lib.1. hunc à nostris *Hungum* dici existimo.

Laudes Virginis Deiparę. lib.1.

Depositus est anno DCCLXIV. Tabulæ Gallouidienses, & Houedenus cum Francisco Godvvino.

FENTRIÆ DOMINVS. 525.

MARTYR *Graimus* Fentriæ Toparcha cum ardentissimo zelo catholicam fidẽ promoueret, à Sathanæ ministris criminationes subditæ, quibus vir nobilis, & innocens, alieni criminis insimulatus, pro Chrsto ceruices dedit, ac lætus in cœlum euolauit, glandibus plumbeis traiectus, & mari demersus. Gilbert. Brunus in Analectis pag. 1.

Nec annum, nec diem, reperi: sed coniicio anno MDXCIII. id factum.

FORBASSVS. 526.

N. *FORBASSVS*, Vicecomitis apud Aquilonares in Buchania Scotos potentissimi filius, ac hæres in hæresi educatus, à patre quodam Franciscano. Medicum simulante, & ad ægrotum admisso,

so, conuersus mundi pompam, ac generis sui splendorem negligēs in Belgium nauigauit, at in sanctum Capucinorum cucullum se abdens, breui fratrem, opinione sanctitatis, ad se tamen ab hæreticis missum, vt inde extraheret, vt eundem habitum indueret, induxit, & vterq; incredibili feruore Deo seruierunt, & senior, quidem hic noster à patribus suis, & à tota Ecclesia Beatus habitus, diem Insulis in Flandria in Domino clausit: vita eius nuper edita sub nomine *Alter Alexis* prostat, sed ego non vidi. Atque ab eo sanè *Thomas Dempsterus* subsidium cœlitus & petit, & expectat, fuit enim ei per *Bolqnhamia Leslaos* Consobrinus, vtinam, & in cœlis intercessor! Aiunt illum breui à Romano Pontifice sanctorum albo aggregandum.

Decessit circa Annum MDXCVII.

FRANCISCVS. 527.

MARTYR *Franciscus* monachus ss. Trinitatis pro redemptione captiuorum, cum Hæretici Aberdonenses in monasterium suum furioso incendio debaccharentur, cum vellet salutis admonere, primo visceribus transfixis, deinde per gradus corpore præcipitato, ad vltimū in ignē multis cōfossum vulneribus iniecerūt & sic innocens vir sanctus euersæ, eliminatæque pietatis testis verius, quàm vindex, vitam veritati reddidit, meliorem cū ea commutaturus. Gilbert. Brun.

Passus est Anno MDLIX.

DVNCAN. FERNE. 528.

DVNCANVS *Ferne* Scotus diu Parisijs bonas artes professus, maximè Philosophiam, & ditior factus, Scholas nationis, impetrato à Rege certo censu, primus reparauit. Rober. Conglettus in Compendio priuilegiorum Academiæ: postea Doctor Sorbonæ creatus summa eruditionis opinione vixit. Eius sunt.

Ad Regem pro Academia. lib. 1.

In Epistolas D. Pauli omnes. libri multi MSS. in Bibliotheca S. Victoris ibidem, vt in indice.

Viuebat anno MCCCCIX. Acta nationis Germanicæ ad DD. Cosmæ, & Damiani.

ELIAS FORBASSVS. 529.

ELIAS *Forbassus* vir nobilis diu in Germanijs, Italia, Gallijsque studijs dedit operam, & cum Pisis Doctoratus apicem percepisset, in Scotiam redijt, quo tempore *Gulielmus Turnebulus* Archiepiscopus Glascoensis à Nicolao. V. Ius Academię impetrabat collegiumque pecunia sua magnificum erigebat, atque hic quidem illius Academiæ primus in philosophia lector, in quo munere cum decem annos expleuisset, & non sibi modo, verum etiam omnibus eruditis satisfecisset, ordinem S. Francisci ingressus, in bona senecta decessit. Scripsit.

Lecturas philosophicas. lib. 1.
Orationes Academicas. lib. 1.
Super Aristotelem. lib. 1.

Docebat Glascoæ Anno MCCCCLV.

S. FASTIDIVS. 530.

S. *FASTIDIVS* antiquissima memoria doctissimus habebatur è montibus Scotiæ Occidentalis, qua parte Hiberniā despectant, oriundus *Britanorum Episcopus*, ait Honorius Augustodunensis libro de lumin. Ecclesiast. & Trithem. de Script. Eccles. pag. CCXXV. Scripserat, vt in Indiculo cuiusdam docti, & patriæ studiosi habetur.

Chronicon Scotorum. lib. 1.
De vita Christiana. lib. 1. Ad Fotalem.
De viduitate seruanda. lib. 1. Iidem, qui supra Authores nisi, quod Trithemius habet.
De Doctrina Christiana. lib. 1. Alij
De fide Christiana. lib. 1.

Viuebat anno CCCCXL.

FER-

FERGVSIVS. 531.

FERGVSIVS illustris cognomento *Ferguhardi* Hiberniæ Regis filius fundator Scoticæ monarchiæ ex Hibernia in Albionem traiecit, cum copijs ingentibus, pulsisque aut in fidē acceptis indigenis Regnum stabiliuit omnium totius Europæ antiquissimum, nobilissimū, in quo non interrupto ordine sederunt in hunc diem CVIII. Reges, qua successione, si S. Petri Apostolorum Principis successores se ponas nulla magnificētiores. Hic *Coilum* Britonum Regem bello superatum necauit in loco, cui posteri Koili nomen fecerunt, vernaculè Kyl, tum, quo firmum esset, & successoribus validum imperium. Edidit.

Leges Politicas. lib..

Regnauit annis XXV. Perijt Naufragio in Oceano Deucalidonio Scopulo nomine à casu illo imposito, vulgò *Cragfergus* quasi scopulum dicas *Fergusii*. Anno ante Christi assertoris in carnem aduentum CCCXVIII. Regnum *Ferithari* reliquit fratri optimo Principi à fratris sui nepote *Ferlego* occiso.

FERGVSIVS. 532.

SCOTI post *Eugenij* 1. Regis in acie extincti casum XLIV. annis dispalantes Rege caruerunt, quos in vnum corpus collegit ac varia fortuna solo patrio *Fergusius* II. Rex redonauit. Interfuit hic cum suis Romæ direptioni *Alarico* Gothorum Regi auxiliatus, quod præter annales nostrates Claudianus cultissimè expressit lib. de Bello Getico.

Venit, & extremis legio pretenta Britannis.
Quæ Scoto dat frana suo, ferroque notatas.
Perlegit exanimes Picto moriente figuras.

Ex tantæ ciuitatis spolijs ac præda, ipse nihil domum retulit, præter arcas quasdam Libris MSS. plenas, quos etiā suo æuo Hect. Boethius viderat. Hic in Morauiam delatus, fædus cum Pictis, quos Romani concitauerant pepigit, ijsque sociis cum *Cassio* ad Caronam amnem pugnauit, æquo Marte, sed redintegrato certamine, vterque Rex à *Maximiano* legato interimitur in acie. Eius sunt.

Epist.o.

Epistolæ ad Scotos dispersos. lib. I.

Exularunt Scoti edicto Maximi instantibus Pictis à Regno condito anno DCCX anno salut. CCCLXXIX. Imperante *Iuliano*, sedē te in Petri Cathedra *Damaso*, durauitque exilium toto penè tempore *Siricij*, *Anastasii I. & Inocentij I.* Augustorum verò *Iouiniani*, *Valentiniani*, *Theodosii I.* Restituti verò ijdem *Fergusio* ducente anno Sal. CDXXX. sedentibus Romæ *Inocentio I.* Scoto *Sozimo*, *Bonifacio I. Cęlestino I. Sixto III, Leone I.* Tum *Pharamundus* Regnum Francorum fundauit traiecto Rheno. *Fergusius* regnauit annis IX. Regno *Eugenio II.* filio relicto. Annales Scotici.

FERGVSTVS. 533.

FERGVSTVS siue *Pergastus* Socius *Sedulij Iunioris*, de quo vide hoc opere infra. Constat Episcopum *Pictorum* fuisse, sed cuius loci, aut Ecclesiæ, haud facilè diuinauerim. Interfuit sanè Episcopali authoritate Concilio Romæ celebrato anno DCCXIV. sub Gregorio II. vt ex actis concilii patet, cui ille cū multis aliis subscribit. Tom. III. Concilior. pag. CDXVI. Eius est.

In Euangelium D. Matthęi Commentarius doctissimus. lib. I. quem MS. Parisiis seruat vir religiosus Iacobus Sirmundus Societatis Iesu Presbyter, bono rei literariæ natus.

Claruit sub *Mordaco* Rege Anno salutis humanæ D. CCXXIII.

S. FERRANVS. 534.

S. FERRANVS cognomento *Culdeus*, hoc est *Dei Cultor*, sic enim nostratum prisca lingua sacerdotes appellati, qui claritudine sūma ingenii, & maxima pietate emicuerunt, quos recenset H. Boeth. lib. VI. hist. Scot. pag. XCIX. *Amphibalum, Priscum, Calanum, Ferranum, Ambianum, & Carnocum.* Hic edidit.

Sermones pios. lib. I.

Floruit anno DCCLVIII. Ioannes Leslæus lib. III. pag. CXXII.

FLACVS ALBINVS. 535.

FLACCVS *Albinus* siue *Alcuinus Caroli Magni*, vt supra exposui, Præceptor, & Academiæ Parisiensis fundator præter ea, quæ superius

perius enumerata sunt opera, Scripsit.

Vitam sancti VVillibrordi Prosa. *lib.* I. Apud Surium Tom.VI.

Vitam eiusdem. Versu MS. *lib.* I. In Biblioth.S. Galli.

In Euangelium S.Ioannis Commentarios. *lib.* I. Argentinæ excusus anno MDXXVII. Gesner.in Bibiliotheca MS.S.Galli.

In Septem Psalmos pænitentiales. *lib.* I. prodiit Parisiis anno MDL.

Disputatio cum Carolo Magno de Rhetorica, & virtutibus *lib.* I. prodiit anno MDXXXIX. Titulus ei operi in MS. S.Galli. *Disputatio de Rhetorica, & de Virtutibus sapientissimi Regis Caroli, & Albini magistri*, cui hoc Epigrāma præfixum incerto authore.

Qui rogo ciuiles cupiat cognoscere mores,
Hæc præcepta legat, quæ liber iste tenet.
Scripserat hæc inter curas Rex Carolus aulæ,
Albinusque simul, hic dedit, ille probat.
Vnum opus amborum, dispar si causa duorum,
Ille pater mundi, hic habitator inops.
Non temnas modico, lector, pro corpore librum,
Corpore pro modico, mel tibi portat apis.

Adultera quædā ei attribuuntur, quæ Caluini hæretici esse adnotauit Henricus Canisius tom. V. Antiquar. lection. pag. DCCCCLVII.

S. FETHVO. 535.

Discipulos S. *Columbæ* enumerans Hect. Boeth lib. IX. Hist. Scot. pag. CLXVI. *Domitius Ruthius, & Fethuo haud parum natalium amplitudine, sed magis longe Religione honestati.* Abbatem fuisse constat, & puto inter Spodorenses illos Scotos montanos. Scripsit,

Epistolas ad patres in Iona. *lib.* I.

Viuebat anno DCVI. Ioannes Leslæus, lib. IV. pag. CLII.

FOILANVS. 536.

FOILANVS Scotorum Coloniæ peregrinorum Abbas vir pius, & nobili eruditione insignis, laudatus à Langæo Sorbonicæ facultatis Decano, & in Angusia natus est ex familia *Ketha*, vt Godefridus Tillot in Epistola ad Apocalypsin eius testis. Scripsit.

In Apocalypsin. lib. 1.
Fundationis chartas, & priuilegia monasterij sui collegit, & ab Alexandro Papa confirmari fecit. lib. 1.
Epistolas ad Scotos peregrinos in Germaniis agentes. lib. 1. seruantur Coloniæ, vt idem affirmat.

Electus est anno MLXI. florent VVigoruien. eo anno: quando obierit, aut quamdiu præfuerit haud certò dixerim.

VVILHELMVS FRASERIVS. 537.

VVILHELMVS *Fraserius* S. Andreæ Episcopus Regni cancellarius, & vnus è tribus septentrionaliũ partium administrator cum post exitum *Alexandri* III. tota successio in vnica filiola Regi Noruegię ex *Margareta* filia Alexãdri suscepta restasset, eaque etiam obijsset, ac sic nulli Scotorum certum esset quis deberet hæres designari. Scripsit.

De Iure successionis Regni Scotiæ. lib. 1.
Concordantias in Euangelia. lib. 1.

Florebat anno MCCLxxxvI. Hector Boeth. lib. xvI. in principio.

S. FOILLANVS. 538.

S. FOILLANVS iste diuersus ab ijs de quibus hoc libro actũ, cum *Helia*, & *Kiliano* S. *Lininum* ex Scotia peregrinaturum secutus omnium illius laborum comes, virtutum admirator, Martyrij spectator, Vita S. *Linini*, quam in Epitomen redegit Franciscus Haræus die XII. Nouemb. Martyris sanctissimum corpus in Pagum *Hansem* detulit, atque cũ socijs piè sepeliuit ibidẽ loci. Scripsit.

Acta Linini Magistri. lib. 1.

Flore-

Florebat anno DCXXXIII. colitur xxxi. Octob.

ROGERVS DE FEDIC. 539.

ROGERVS *de Fedic & amicus Io. Clericus, Dunkeldensis Epi.* vt est in Epistola *Vrbani* III. Pontificis ad Regem *VVilhelmum* apud Rogerum de Houeden lib. II. Annalium, & vt apparet in eadem causa cum Episcopo Dunkeldense ab Hugone Santandreano Antistite vexatus. Scripsit.

Super causa Dunkeldensis Episcopi ad Papam. lib. I.

Claruit MCLXXXII.

ROBERTVS DE FEDIC. 540.

ROBERTVS *de Fedic* in literis Clementis III. Papæ ad Iocelinum Glascuensem Episcopum Verona datis apud eundem Houed. pag. CCCLXI. videtur idem esse cum superiore, nam *& Clericus, & amicus Ioannis Dunkeldensis dicitur*, vt videri possit librarij error. Scripsit.

De Causa Dunkeldensis Episcopi ad Papam. lib. I.

Floruit anno MCLXXXII.

ANDREAS FORMAN. 541.

ANDREAS *Forman* Archiepiscopus primum in patria S. Andreæ XL. superatis *Ioanne Hepburne* Priore S. Andreæ, & *Gauino Duglassio*, cui Episcopatum Murrauiensem, quem prius possederat, concessit, tum Bituricensis in Gallia sedit numero XCI. Antonius Monchiacenus. Demochar. Tom. II. cap XXV. Regni regens creatus cum Duce Albaniæ in Franciam profectus fœdus antiquum renouauit, ci Gulielmus Manderston opera sua dedicauit. Scripsit.

Contra Lutherum. lib. I. meminit Eckius.
De stoica Philosophia. lib. I.
Collectanea Decretalium. lib. I.

Obijt anno MDXXI. cum Regni Regens creatus fuisset Anno MDXVI.

XVI. porrò in Decreto Gratiani Præsul Biturigum Patriarcha vocatur.

FLORENTIVS VOLVSENVS.

Hic locum suum habebit infra hoc opere, vbi de illo vide.

IOANNES FOGVS. 542.

IOANNES *Fogus* Monach. Cistertiēsis S. Theologiæ Doctor *Paulum Crau*, Bohemum genere, hæresim VViclefianam ac Hussitanam sceleste in Scotia seminare incipientem, eruditione ac vitæ continentia repressit, quare illo flammis consumpto hic *Mailrosē-sis* Cœnobio donatus à *Iacobo* D. Andreæ Episcopo. Scripsit.

Pauli Crau Bohemi examen. *lib.* 1.

De erroribus VViclefitarum, atque Hussitarum. *lib.* 1.

De Confessione auriculari. *lib.* 1.

Floruit anno MCDL. Boeth. lib. XVII. histor. Scot. pag. CCCLII.

IOANNES FORDANVS. 543.

IOANNES *Fordanus* cuius fuerit vitæ conditionis non deprehendi, suspicantur nonnulli monachum fuisse, vtcunque, vir fuit diligens in perquirenda gentis nostræ antiquitaté, & in scribendo valdè eloquens. Eius est.

Historia Scotia. *lib.* 1. Ingens volumen MS. in Bibliotheca Collegij S. Benedicti Cantabrigiæ in Anglia, quam diligentissimè, socijs iuratis, cancellis, clatrisq; custodiūt: eius ego lectione multùm adiutus optaui, sed in cassum luce donaretur.

Vixit anno MCCX. de eius continuatore dixi in Auctario.

THOMAS FORBASSVS. 544.

THOMAS *Forbassus* nobilissima ortus familia in Hispaniis clarissimum nomē adeptus, in variis Academiis bonas litteras professus. Eius sunt permulta, sed ego tantum vidi.

De Antiquis Hispaniæ habitatoribus. lib. I. Viderat Ioannes Camers, prodiit Lugduni.

Claruit anno MDII.

IACOBVS FORBASSVS.

IACOBVS *Forbassus* adolescens nobilis Scotia relicta, Parisios venit, inde Romam, amænitate ingenii claruit, Apices Iuris in Academia Perusina adeptus. Edidit. lib. . . .

Viuit adhuc Romæ.

S. FOTHADVS. 545

S. FOTHADVS *Ingeniosus, doctus, eloquens* ait Balæus, ab *Alpheo* Merciorum comite in Angliam missus ad *Elfritha* Reginam in Synodo Caluensi *Dunstanum* Cantuariæ Archiepiscopum argumentis ita superauit, vt ille senium excusaret, nec se posse huiusmodi dissertationibus vacare, eosque euersa domo, in qua disputatio instituta, interfici curarit, ita vir ingenii gloria inuincibilis; fraude nefaria extinctus. Authores sic tradiderũt Vincent. Bellouacensis, Antonius Archiepiscopus Florentinus, Ioannes Capgrauius, & Fabianus in Chronicis. Errat Gaspar Bruschius lib. II. de Archiepiscopis Patauinis: qui ad Stokeronium sexto supra Viennam milliari necatum prodit, ibi enim non *Fothadus* hic noster, sed Sanctus *Colmannus* peremptus, vt superius hoc opere ostensum. Scripta omnia temporis iniuria perierunt, extãt tantum

Pro coniugio sacro aduersus Dunstanum. lib. I.

Florebat anno DCCCCLXXXI.

FRIDERICVS. 546.

FRIDERICVS vulgò in Germaniis *Scotus* appellatus, magna claritudine vixit, & tam Philosophicis, quàm humanioribus literis eruditus multa scripsit, egò tantum vidi.

De occultis rerum causis. lib. III. Admirabile opus ex Aristotele, Plinio, & Æliano, vt plerumque collectum.

De Germania Antiquitate dissertatio. lib. 1.

Scribebat anno MDI. quando obierit, aut vbi potissimum floruerit in Germaniis, aut quo vitæ genere vsus, quia ipse in scriptis suis non meminit, ego non deprehendi.

FVLGENTIVS. 547.

FVLGENTIVS cognomēto *Audax* sub *Donaldo I.* Rege magnā ingenii fama vigebat, siquidem Rex ille *Septimio Seuero* Augusto, qui Eboraci in Anglia obiit, contempto, & religionem pietatemque amplexus Christianam æs, aurum atque argentum primus signauit, vsus fideli *Fulgentij* opera, qui scripserat.

De fide Christi lib. 1. quod opus vtinam hodie extaret, haberet certè Scotia, quo feruorem, & antiquitatem fidei receptæ ostentaret paucis Europæ Regnis cessura, permulta verò superatura. Meminit indiculus Anonymi.

De Romanorum iniurijs. lib. 1.

De Vindicanda libertate. lib. 1.

Orationes. lib. 1.

Epistolas. lib. 1. susceperat enim causam Britonum cōtra libidinem Romanorum defendendam, & suppetias non modo scriptis, sed gladio ei genti tulit missus à *Donaldo I.* Scotiæ Rege.

Ad Donaldum Scotiæ, & Thelargum Pictorum Regem, & proceres Britonum. lib. 1.

Obiit in acie grauiter vulneratus à *Septimio Seuero* Imperatore anno CCXI. Hūc stupidissimus bipedum nullo authore adducto Ioannes Pitseus *Anglum* non erubescit facere, cum *Scotus* suppetias à Rege suo destinatas in Angliam duxerit, vt suo sanguine eam à seruitutis contumelia vindicaret. Annales nostri, Scotichronicon lib. 11. cap. XIV. præclara sanè ab ingratissima bellua Scotis gratia relata.

FVGE-

FVGETIVS. 548.

FVGETIVS solo nomine mihi cognitus, nec quippiam illius ad me peruenit, præter.

De peregrinatione ad loca sancta. lib. 1. Erant enim Scoti huic vitæ generi valdè addicti, vt est in apparatu ad historiam Scoticam cap. IX. à me probatum, ac zelo quodam pietatis supra alias gentes accensi, vnus est qui vituperat Theodoricus Aniem, ipse ab Hirlandis deceptus, qui se Scotos, dum mendicantes orbē pererrant, mentiri solent.

Viuebat Anno MCLXII. quando obiit, aut quo vitæ genere vixerit non reperi. Sunt tamen, qui existimant monachum fuisse Benedictinum in Scotorum Cœnobio Ratisbonæ, sed haud temerè affirmarim. Liber prodiit Venetiis ex Iunctarum prælo, stylus est barbarus, vt ætati par.

IOANNES FRASERIVS. 549.

IOANNES Fraserius ex nobilissima familia Philorthia, rari, amænique ingenii Parisiis diu Philosophiam professus, cū gloria Harcuriani moderator, Abbas Nouioduni, aut Compēdii. In pio, literatoque otio consenuit. Eius sunt.

In vniuersam Aristotelis Philosophiam commentarii doctissimi. lib. 1.

Controuersiæ fidei. lib. 1. Vernaculè.

Epistola ad nobilem Caluinistam, qua illa singula controuersiarum capita mira breuitate, & doctrina incomparabili retractat, ac offert se in partes illius transiturum nisi vera sint, & solida Catholicorum fundamenta. Erroneæ verò, & sacræ scripturæ contrariæ Hæreticorum Scotorū imposturæ, ac doctrinæ. Lutetiæ prodiit. *lib. 1.*

Poemata. vario carmine. lib. 1.

Orationes eloquentissima. lib. 1.

Obiit Lutetiæ ipso Paschatis die, cum ipse mēse toto antea languens

optas-

optasset, eo die resurgentem assertorem humani generis corporis vinculo liber venerari, anno MDCV. sepultus ad D. Francisci.

IACOBVS FLAMINIVS. 550.

IACOBVS *Flaminius* nobilissima familia oriūdus, cuius autor *Robertus Flemein* ob detectum Cumeinii crimen maiestatis à Roberto Brusio Rege agris *Cummirnald* donatus est circa annum MCCCXX. Hector Boeth. lib. XIII. pag. CCCIV. in Gallis Lescaæ optimas artes felicissimo ingenio docuit, grecè, ac latinè eruditissimus. Scripsit.

Obseruationes in Theophrastum. *lib.* I.
Poemata elegantissima. *lib.* I.
Orationes Graecolatinas. *lib.* I.

Obiit ibidem loci anno MDCXII.

GVLIELMVS FOVLAR. 551.

GVLIELMVS *Foular* nobilitatem generis incomparabili virtute vel commendauit, vel superauit in Galliis, transmarinisq; aliisp rtibus diu versatus, græcę, ac latinę elegantiæ nobiliorum aliarum linguarum peritiam addidit. In patriam redux *Anna* Reginæ à secretis non minorem in aula prudentiam, quàm in studiis solertiam ostēdit, sed subirata, incertum quam ob causam Regina, officio deiectus nudum nomen vsque ad vitæ exitum retinuit orator grauis, historicus omniscius, poeta suauissimi styli, ac ingeniosissimus. Scripsit multa, in his

De memoria Artificiali cōmentarius accuratissimus. *lib.* I.
Anagramata. *lib.* I. mira facilitate, ac rara inuentione, quædam succurrunt, quæ adscribam. HENRICVS. IV. GALLIARVM REX. Ex quo IN HERVM. EXVRGIS RAVALLAC, aliud ęquali felicitate MARIA STEVARTA REGINA SCOTORVM. Vnde ille TRVSAVI REGNIS MORTE AMARA CADO. Ex Officio sancto Romæ dimissus, abiurata hæresi, cellæ suæ custodiæ superscripsit ALMA ROMA

MA. Inuersis elementis MALA MORA. Anagrammatis, etiam gentium ferè omniū mores exprefferat, vt GALLIA reddiderat ALLIGA: ficSCOTIA, SOCIAT. vertitur tum in fine Chartæ, vt implacabilem fibi Reginam irritaret ex DANISMERCA fecerat CANIS MERDA.

Poemata varij generis. *lib* 1.

Epigrammata *lib.* 1. & multa alia, quę habet edenda ornatiffimis moribus Adolescēs *Ludouicus* filius, tātarum virtutum, non tantum fanguinis hæres.

PATRICIVS FORBASSVS. 552.

PATRICIVS *Forbaſſus* Corfi Dominus ad Donam, & nunc, vt audio Epifcopus Aberdonenfis, vir candidis moribus, varia literatura, vtriufque linguæ peritus, fed has laudes educatio inter fectarios fuffocat. Scripfit varia, fed ad me pauculorū notitia peruenit. In his.

Commentarius in Apocalypſin. *lib.* 1. Vernaculè. Laudant multi, ego non legi.

Viuit adhuc Aberdoniæ, & opera cautè legenda.

IOANNES FORBASSVS. 553.

IOANNES *Forbaſſus* fuperioris filius, adolefcens bonæ frugis ac præclaræ indolis, fub patre educatus. Scripfit.

Latinam verſionem cōmentarij patris in Apocalypſin. lib. 1.

Viuit adhuc Aberdoniæ, & Theologiam profitetur, ingenti fpiritu vir, fi educatio non obeffet.

IOANNES FERRERIVS. 554.

IOANNES *Ferrerius*, & fi Pedemontanus in Infubria natus, tamen, quia res noftrates attigit hic locum habebit. Scripfit,

Appendicem Hiſtoriæ Scotiæ ad Hectoris Boethij hiftoriā. *lib.* 1.

Librum XVIII. & XIX. eiuſdem hiſtoriæ Hectoris Boethij publica-

blicauit,& dedicauit Iacobo Betonio Scotiæ Primati,posteà Cardinali.

Continuationem Pauli Æmilij historiæ Gallicæ,& alia. Claruit anno MDXXX.

S. F V L C O. 555.

S. *FVLCO, Fulchus, aut Fulchius, qui ex gente Scota oriundus*, inquit Constantinus Ghinius pag. LXXIX. *Placentiæ literis operā dans*, Canonicorum Lateranensium, ad S. Euphemiæ, habitum induit, Parisios missus studiorum ergo Theologicorum, ac Placentiam reuersus Præpositus Cœnobij sui factus, tùm Archipresbyter Cathedralis Ecclesiæ,& mortuo *Grimerio* Episcopus creatus, sed post sex annos, literis *Honorij III.* ad Ticinensem sedem vocatus singulari, vt prius, sanctitate præsedit, vt miracula fidem faciunt. Hæc ex Spelta in vita Episcoporum Papiensium,& Breuent. in historia, atque, etiam Iacobo Gualla in Sanctuario Papiæ, insuper officia vtriusque Ecclesiæ, ex quibus eadem Philip. Ferrarius iterum ordinis Seruorum Generalis de Sanctis Italiæ pag. DCLXXIV. qui sic narrat *Fulcus, seu Fulco natione Scotus*. vnde oritur dubium in historia, sitne hic vir sanctissimus *gente Scotus*, vt loquitur Ghinius, hoc est, ex familia *Scotorum* Placētina, an *natione Scotus*, vt habet Ferrarius? Vir ornatissimus, idemque historiæ Ecclesiasticæ callentissimus Petrus Maria Campus Canonicus Placentinus, censet eum non in Scotia natum, sed ex Illustrissima Scotorum Placentiæ gente,& ex multis actis, atque adeò testimonio ipsius *Fulchij* probat eum anno ætatis suæ tertio Placentiæ fuisse, vt vel illic natum oporteat, vel infantē Scotia efferri. Hinc patet quàm stupide Henricus FitzSimon Hirlandus Hibernum hunc sanctum fecerit, nec alia ratione, quàm quia *gente Scota natus*: Bulla *Honorij III.* de quo dicebam in Tabulario Ticinensi asseruata sic loquitur. *S. Fulconi Episcopo Papiensi.* Ego in Menologio pag. XXVII. perperam putaui à Ticinensi sede, ad Placentinam translatum, cum è contra à Placentina ad Ticinensem migrarit. Spiritu prophetiæ nobilitatur, nam cum paupertate parentum, suaque coactus cibum peteret, Ancilla mercatoris manum porri-

porrigens, *en do panem*, inquit, *vt nunquam Episcopus fias*, manum retraxit puer, ne ea lege panem acciperet, quod in sanctitatis omnē acceptum, nam ancillæ dominus ei quotidianum domi suæ, & perpetuum victum suppeditauit: & hoc sanè videtur Hirlandos induxisse, vt quia eum mendicasse compererant, suum facerent, quasi, quia omnes Hirlandi mendicant, omnes, qui mendicent, Hirlandi sint: & velim à v.cl. Cāpo scire, cum tā paupertina cōditione eū fuisse constet, quomodo gente Scotorū Placentina ortus sit, quę semper primo non nobilitatis solū, sed, & opū gradu habita? Sed hęc ex Campi historia breui edenda facile discam. Adscripta venio, quę per ornatissimum virum, & longè pijssimum Placētia accepi R.P. Bassanum Gattum Hieronymianę Eremi-Monachum, qui suauitate morum, & omnigena literatura, & familiam suam nobilitat, & Thomā Dempsterum deuincit, sunt autem ea.

Sermones ad populum dicti. *lib.* 1. MS. ad Dominicanos Placentinos, sed aiunt deperditos, librum tn̄ describit V.cl. Campus, in quarto, inquit, erant scripti, membrana columnatim diuisa, ad magnitudinem dimidiati Breuiarij.

Homiliæ ad Clerum Placentinum diuersis occasione, & tempore recitatæ. *lib.* 1. partim dum esset Præpositus S. Euphemiæ, partim dum Canonicus.

Ad socios Parisiis in die Paschatis. *lib.* 1.

Ad fratres suos cum rediÿsset à Schola. *lib.* 1.

Anno MCCX. creatus est Episcopus Placentiæ, viderit Fitzsimon Hirlandus, qua ignauia eum primum Placentiæ Episcopum faciat, aut quia mendicasse legitur, Hibernum cur facit? translatus ad cathedram Ticinēsem anno MCCXVII. depositus est Anno MCCXXIX. colitur die xxvi. Octob. Martyrologium Romanum, & laudati authores. Sacrum corpus est Ticini.

Nec immeritò Gulielm. Duglassius Scotia egressus in Italiā venit, vt dictū superius, suumq. Placētiæ ex antiquiss. Italiæ Vrbibus domicilium, fortunarumque suarum sedem fixit, eamq. posteris Patriam destinauit, qua ex Vrbe ortę sunt tot, tamq. Illustres Scotorum familiæ, vt circiter decem, & amplius nunc numerare liceat quę innumeris prope, & egregijs cœlitus aucta priuilegijs efflo-

 rescit,

rescit;fluuiorum Regi Eridano quā proxima,qui nauigationi aptissimus maximo est vrbi emolumento,cuius situs ad amœnitatē,& fœcunditatem natus, aeris temperies,cœlique clementia, effusa planities,collium frugibus refertorum multitudo non parum accolas reficit. Ad meridiem vmbrifero Apeninorum, aliorumque montium iugo recreatur: hic Ceres,hic Bacchus,hic Pomona luxuriant,quorum fructibus, & vt pullis, ouis, cæterisque gustatu idoneis frui,vtique gestiunt Vrb. squam plurimæ, Casco præsertim longè omnium præstantissimo,quem per diuersas Europę plagas mittit humanissimè;in ea varij aquæ sallæ putei, vnde non solum ad usum sibi necessarium salē hauriunt, quin,& Parmensi, & Palauicinorum dominiis abundantissimè suppeditat;eius in montibus,& ferri,& æris,huc,& illuc efferendi fodinę:collium fructus copiosissimi,oliuæ inter cæteros, quarū oleum ad annum prope accolis satis fit. Ad Occidētem Trebia amne alluitur,cui nomē peperit immortale cædes Romanorū ab Annibale accepta,qui variè diuisus p prædia molliter labitur,& lætiora pascua gregibus,& armētis nō ingrata producit,quò fit,vt carnibus nō insipidis vescantur accolæ. Cæterum,quæ vrbiū laus est nō vltima, & antiquitate familiarum,& nobilitate cum plerisque Italiæ Vrbibus de Principatu contendit, ex qua quam plurimi sancti homines, vt Gregorius X. de Vicecomitibus vir sanctissimus, de cuius Canonizatione nunc apud Sedem Apostolicam rogatu Placentinorum, & Aretinorum agitur, innumerique Heroes ad omnem omninò virtutum Christianarum politiam nati, non mediocriter Italiam ornant,& illustrant. Magnificus ædificiorum ornatus, quod publico sumptu pro Serenenis. Principibus constructū visitur palatium omnibus suis absolutum numeris,sapientum iudicio in Italia,forisue pauca paria uix habuerit. Hic amplissima Religionum Monasteria,ac præcipuè D. Augustini inter cętera memorabile: medio in foro amplissimi, ac immortali dignissimi memoria Principes Alexander,& Ranutius Farnesij æneis insident equis,quorum ars,& structura ad miraculum prope est opera Francisci Mochij Florētini,adeò,vt vix vniuersus terrarum ambitus magnificētius vmquam quid viderit: Vrbis circuitus ad quinq; milliaria extensus fortissimis cingitur mœnibus,&aggeribus. Ad Austrum Arx

muni-

munitissima vrbē tuetur reliquā. At ne longior, quā par sit videar infinitis, quæ supersunt, huius vrbis laudibus supersedeo, siquidē eas in Itinerario Italiæ retulit Capug. Franciscus Scotus Antuerpiensis Doctor, Frater Leander Alberti in descriptione Italię, & F. Iacob. Philippus in additionib. ad Doglionū in Amphitheatro Europæ, Locatus in historia laudatæ Ciuitatis, quæ Straboni lib. V. Vrbs fama celebris dic t. Plutarcho in Othone illustris, & florens ad quarumuis Vrbium collationem: apud Cornelium Tacitum audit vrbs potens opibus, & armis, cuius, & D. Ambrosius Epist. VIII. ad Faustum nobilitatem arguit, & antiquitatem eiusdē à nomine. Omnia tñ superat encomia, quo Greg. X. supra laudatus Patriam suam compellat, ille enim in ea quā, ad Placentinos ciues à cōsecratione sua scripsit, Bulla data Later. IV. Kal. Apr. Pont. sui anno I. sal. verò hum. MCCLXXII. ut positis odiis, & contentionibus vnanimes viuerent, vocat illam Ciuitatem dudum virorum præditorum virtutibus, & diuitiarum fæcunditate præclaram, claritate conspicuam, & ipsorum abundantia in conspectu oīum gloriosam. Narniæ itidē in Vmbria celebratur nobilissima, & antiquissima Scotorum familia Comitum sancti Viti, quę traxisse se originē à gente Scotica immediatè asseuerat, & gloriatur. Nunc verò maximè hanc familiam illustrat splendore, & auget decore vir nunquam satis commēdatus Eques Frater Syluester Scotus, qui hæres auitarum virtutum ad amplissima honorum culmina apud Illustrissimum, ac Reuerendissimum Vduardum Card. Farnesium est euectus. Ex hac stirpe prodijt Magnus ille quondam Vir Bernardinus Scotus è Castro Maliani Diæcesis Sabinensis, qui ex Clerico Theatinorum Regulariū à Paulo IV. primum Archiepiscopus Tranensis factus, postea ab eodem inter purpuratos Patres adscriptus, tum demum ad regendā Decessoris sui Fulconis Placētiæ Ecclesiam fuit missus, cuius virtutes in vita quantæ fuerint Roma, Placentia, & totus Orbis veneratur, & deprædicat.

Finis Libri Sexti.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER VII.

S. GALLANVS. 556.

S.*COLVMBAE* discipuli alijs eminentiores XII fuisse perhibentur, ex his *Scandalaus, Eoglodius, Totaneus, Moseferus, & Gallanus eo in Hiberniam transmittente* ait Hect. Boeth. lib. IX. hist. Scot. pag. CLXVII. Ioan. Leslæus lib. IV. pag. CLII. *Sedem statuentes in Iona Insula Scotorum, Pictorumque regione piis lustrando sudoribus, docendo, disserendo, scribendo, vtrumque populum optimis moribus, ac religione imbuerunt*, fuit ergo in Iona Insula Scotorum hic Abbas, cuius frequens apud S. *Adamannum* mentio in vita *S. Columbæ*, licet nomine sẽper corrupto, vt pro *Iona* legatur *Ioua* lib. I. cap. XII. *inter Iouam, & Ethicam*, & cap. XV. *ipse in Ioua Insula commanens, fratribus, qui ad præsens inerant, per omnia enarrauit*. Et cap. XXIII. *Sanctus in Ioua conuersans insula*: capite XXX. *cum sanctus in Ioua habitaret Insula vnum ex fratribus aduocans*, lib. II. cap *V. Cũ sanctus in Ioua demoraretur Insula*, cap. XIII. *Baitheneus à portu Iouæ enauigans*. & lib. eiusdem operis III. *Vir sanctus in Ioua conuersans Insula, remotiorem ab hominibus locum aptumque ad Orationem in salicibus quæsiuit*, cap XV. *dum vir venerandus in Ioua cõuersaretur insula*, & cap. XXVII. *In occidua Insula Ioua laborantes*. quibus omnibus locis corrigendum est *Iona Insula*. Est enim ad occidẽtem Scotiæ in Oceano Deucalidonio posita Sanctitate D. *Columbæ*, & monasterijs ab eo multis inibi erectis celebratissima, Regum etiam Scotorum sepultura nobilitata, qui honor à *Fergusio* II. Rege collatus, qui, & Abbatiam ibidem magnificam extruxit circa annum CCCCXXX. Salut. human. Boeth. lib. VII. histor. Scot. pag. CXIX. postea *Sconam* sepultura Regum translata, sed serius vti & *Pertham* cum medio tempore in monasterio *Doumfermelina ab Edgaro* I. oẽs Reges cõderen-

derentur. Scripsit verò hic *Gallanus.*

Acta magistri Columba. *lib.1.*

Exhortationem ad Monachos. *lib. 1.*

Floruit anno DCVI.depositus est anno DCXXIII.colitur die XI. Septemb.

S. GALLVS. 557.

S.*COLVMBANI* Scoti socij peregrinationis,siue sanctitatis discipuli à Gilberto Genebrardo in chronico pag. CCCCXLII. enumerãtur sancti,*Gallus, Ionas, Romarichus, Leodegarius, Argobastus, Amãdus,*& *S.VValerius Abbas,*vt ex Anonymi authoris scripto constat apud Surium Tom.II.die I.Aprilis.Ex his *Gallus* Scotus Anton.Demochar.lib.II.cap.XXXV.Ioan.Gualter.chron.chronicor.Tom.III.pag.DCCXCII.*S.Galli Scoti,& Eremita,concionatoris ad lacum Acronianum.* S. Ionas vita S.Columbani cap. XXX Bibliothec. Minorum Patrũ pag.*Gallus ex Scotia presbyter.* Magistro suo à Brunechilde Gallijs excedere iusso,ipse ibidem remãsit,Rhegino Abbas chron.Marian.lib.III.chronic.anno DCCCCXXXVII.*Monasteria sanctorum Scotorum sancti, Galli, & sancti Bonifacii igne consumuntur.* Vita eius luculenter scripta à VValafrido Strabo.Abbate Augiensi,apud Surium est tom.V. die XVI.Octob.quo die eius memoriã recolit Ecclesia.Franc.Maurolycus.*In Alemania S.Galli Abbatis natione Scoti,& Sancti Columbani discipuli in Sueuia quiescentis.* Plura Ioan.Trithem lib. III de Illust.vir ordin.S. Benedicti cap.LXXVI.Martyrol.Rom. *apud Arbonam in Germania S.Galli Abbatis discipuli Beati Columbani.*Monasterium splendidum ædificauit ad *Lidmiacum* flumẽ, seu *Acronianum* lacum,vt Bruschio placet, *contra Idola strenuè concionatus.*Cornelius Coruipolitanus lib.de Temporib.*S. Gallus è Scotia veniẽs apud Heluetios monasteriũ ædificabat.* Raphael Maphæus Volaterranus lib.XVI.de hoc Cęnobio, & oppido.Notkerus Balbulus in Martyrolog.XVI.calend. Nouembr. *Translatio corporis Sancti Galli,& dedicatio opiparę,& decentissima Basilica ipsius,quæ inter duos montes Cirrium,& VValtrammesberch constructa est, à meridie habens fluuium Steinaha ab Aquilone fluuium Nigraha, qui locus ex ipsius Beati nomine Sancti Galli*

mona-

monasterium cognominatur. Pergit deinde miracula ab eo perpetrata quotidie, enumerare, quę tu vide. Iodocus Metzlerus apud H. Canisium Tom. V. antiquarum lection. pag. DCCXXXVIII. *S. Gallus electus Dei famulus sub obedientia, & Regula S Columbani è Scotia veniens spretis nobilibus parentibus, mundique pompis vitam pauperum elegit.* Constantiensem Episcopatum recusauit, latinè, Scoticè, Germanicè, & Gallicè edoctus humaniorbus iuxta, & diuinis literis instructissimus, vnico verbo concludit ille, *quē meritò Alemanni suum Apostolum vocant.* Plura autē Anonymus in vita *S. Burchardi*, Marcellinus in vita *S. Suniberti*, Ionas in vita *Columbani. Theodorus* monachus S. Galli in vita *S. Magni* Rapertus Scotus, & Ekerhardus iunior ex eodem Cœnobio in lib. *Benedictorum* Ioan. Leslæus lib. IV. hist. Scot. Hartmanni versus penè prætereieram eodem Tom. V. antiquar. lection. pag. DCCL.

Hic domus, hac est patria creatus.
Fautor OTHMARVS BENEDICTVS *Abba*,
GALLVS *à* SCOTIS *veniens beauit.*
omnia nostra.

Præter eos, quos laudaui, Scotum facit Anton. Posseu. App. Sac. pag. DXXV Georg. Garnefelt. vit. Eremit. pag. CC. *S. Gallus Scotus Abbas apud Arbonam*, vide in *Columbanus* lib. III. & lib. XII. in *Macarius*. Scripsit multa, ex quibus hæc feruntur.

Super Euangelium, Ecce nos reliquimus omnia &c.
Sermo grauissimus. *lib.* I. Metzlerus loco laudato.
Conciones. *lib* I. Ekerhardus iunior.
Oratio de electione Ioannis Discipuli sui, & Diaconi in Episcopatum Constantiensem. Extat tom. VI. par. II. Bibliothecæ ss. Patrum pag. DCCXIII.
Gubernandi Ecclesiam forma. *lib:* I.
Monita salutaria ad VValmarum Presbyterum *lib.* I.

Obijt Arbonæ in festo S. Michaelis febre statim à concione correptus anno ætatis XCV. In Germanijs hæsit abeunte in Italiam Magistro suo anno DXVI. vt Rheginoni Abbati placet in chronico, manifesto sanè errore numeri. Melius Marianus Scotus anno DXC. claruit in Alemannia anno DCXXII. ait Sigiber. Gemblacensis, cellam suam ibi extruxit anno DCXXXI. vt loquitur

Herman

Hermannus Contractus in chronico ad eum annum, obijt deniq; anno DCXL. Cęsar Baronius, & alij post aduentum suum in Germaniam anno XXXVI. Denique versiculus ille elegans non est prętermittendus in Martyrologio Vsuardi, die iam sæpe dicto.

Qui Scotus natus, cum Sueuis collocat artus.

S. GERMANVS. 558.

S.*GIBRIANI* fratres septem cum non ex Hibernia, vt male Flodoardus hist. Rhemen. lib. IV. cap. IX vult. sed ex Scotia, vt infra hoc opere probabitur, secuti religiosam vitam in Rhemensi tractu duxerunt *Tesanus, Tresanus, Germanus, Veranus, Abranus, Petranus*, omnes sanctorum albo adscripti Molan. in Natat. ss. Belgij die III. Decemb. obseruat Georgius Coluenerius Theologus. Nec de S *Germano* quicquam comperi, ac nescio an aliquid scripserit. Claruit anno DIX. vide infra de Gibirino.

S. GERNADIVS. 559.

S.*GERNADIVS Episcopus insignis Christi dogmatis in Morauia concionator* ait Hect. Boeth. lib. X. hist. Scot. pag. CXCI. S. habitus Ioan. Leslæus lib. V. Vuion lib. III. lig. vit. pag. CCCCXVI. Eius sunt.

Enarrationes sacræ Scripturę. *lib.* 1.
Conciones piæ. *lib.* 1.

Florebat sub *Achaio* Rege tempore *Caroli Magni* Imperatoris anno DCCCXVIII aut circiter. Alius à *S. Gernadio* Murrauiense Episcopo, de quo infra, nam hic licet eodem tempore cum alio, diuersus tamen, & Brechinensem rexit Ecclesiam.

S. GIBIRINVS. 560.

S.*GIBIRINVS*, qui alijs *Gibrianus Scotus Rhemis in Cœnobio Beati Remigii multis claret virtutibus, & multo populi concursu frequentatur*, ait Anonymus Monachus in auctuario Gemblacensi ad annũ MCXLV. Rhemensem Epatum piè administrasse

ait

an Ioan. Leslæus lib. IV. hist. Scot. pag. CXLIV. at Demochares Tom. II. sactif. Miss. cap. XIV. Antistites Rhemenses enumerat omisso illo Hect. Boeth. lib. IX. histor. Scot. pag. CLVIII. *Gibirinus nostras, vir insigni pietate, qui Ethnicorum in Albione iniuriã declinans cum fratribus, ac etiam sororibus, quas eadẽ in Christo mouerat Charitas, transmisit in Galliam, vbi Rhemensem ciuitatem vita sanctimonia, & miraculis ornauit.* Flodoard. Presbyter lib. IV. histor. Eccles. Rhemen. cap. IX. *delata sunt ad Ecclesiam S. Remigii membra S. Gibriani à pago Catalaunensi, vbi peregrinatus noscitur, & humatus, aduenerant siquidem ab Hibernia in hanc prouinciam septem fratres peregrinationis ob amorem Christi gratia, hic scilicet Gibrianus, Tesanus, Tresanus, Germanus, Veranus, Abranus, Petranus cum tribus sororibus suis Franda, Promptia, & Possenna, eligentes sibi super fluuium nomine Matronam opportuna degẽdi loca, quorum hic Gibrianus sanctus sacerdos quendam vicum elegit ad habitandum Colla vocatum, vbi pluribus annorum curriculis sobriè, iustè, pièque viuens vsq. ad exitum vitæ bonum studuit certamen certare, cuius corpus primum dicitur iuxta aggerem publicum sepultum.* Vide, quæ sequuntur: iniurius est Flodoardus genti nostræ, dum sanctum hunc nobis ademptum Hibernis donat, falsò sanè, nam præter laudatos Sigibertus Gemblacen. *Gibrianus Scotus cum fratribus, & sororibus in Galliam peregrinatus vrbem Rhemensem vita, & morte sua illustrat* Tam celebris sancti nullam in Martyrologio Romano fieri mentionem mirum videri poterat nisi, & alii essent prætermissi. Meminit tamen Molanus in Addition. ad Vsuard. martyrologium Molan. die VIII. Maij, quo corpus Sancti translatum. Eius sunt erat multa scripta, sed extat tantum.

Epistola de Peregrinationis Bona. *lib.* I.

Florebat anno DIX vt Sigiberto visum, vel anno DXXII. vt Boethio placet.

S. GLACIANVS. 561.

S. *GLACIANVS, & ipse Antistes egregius non sine sanctitatis nomine, & opinione Doctor* ait H. Boethius lib. X. pag. CXCX. hunc in SS. Album relatum prodit Fordanus, sed quia non est ad manum

num

num eius historia, non succurrit à quo Pontifice, nec quo sæculo. Eius est.

Historia Scotiæ. *lib.* I. Catalogus Maiæ apud Iac. Cheynæum.

Fœdus inter Reges Scotiæ, & Franciæ. lib. I. laudat idem Fordanus.

De Episcopi officio. *lib.* I.

Florebat anno DCCCCXXX.

S. GILBERTVS. 562.

SVb *Alexandro* III. *Rege vixere viri, & vita sanctitate, & eruditione insignes*, ait H. Boeth. lib. XIII. hist. Scotor pag. CCLXXXV. & in his *Gilbertus Cathenensis Episcopus, postea in diuorum relatus numerum.* Et pergit porrò ibidē loci. *Tradunt aliqui Duthacum Episcopum sanctissimum regnante Alexandro* II. *vixisse asserentes eum diui Gilberti Cathanensis Episcopi fuisse præceptorem, sed alij longè hac tempora ipsum præcessisse scribunt.* Scripserat Gilbertus.

Exhortationes ad Ecclesiam suam. *lib.* I.

De libertate Scotiæ. *lib.* I.

Claruit anno MCCXLIX. vel anno verius MCLXXVIII. Polydor. Virg. lib. XIII. hist. Angl. pag. CCXXXIV. Indignor nullam huius in Martyrologijs mentionem fieri, cum tamen nemo æternitate dignior, vt qui libertatem Ecclesiæ Scoticæ tenera adhuc ætate contra impotentiam Præsulum Anglorum egregiè tutatus est coram *Hugone* Cardinale, qui Eboracum Conuentum Præsulum indicerat corrigendæ Apostolica authoritate Ecclesiæ Anglicanę finis porrò certaminis fuit, vt Scoti Archiepiscopis suis subessent. H. Boeth. lib. XIII. hist. Scot. pag. CCLXXIII. colitur die I. Aprilis. Kalendar. Adami Regij.

S. GERMANVS. 563.

S. *GERMANVS* alius ab eo quem supradiximus *Gibirini* fratrem, & diu post illum ad Euangelicum opus accessit, socius, & comes

mes S. *Eloquij*, cum eo vixit, & cum eo pręmium laboris æternam tęl citatem sortitus. Nolanus in natalibus, & ex eo Ghinius. 11 1. Decemb. pag. XCIX. *Eloquius ad Galliarum littora venit cum sanctis Fursao, Foillano, Vltano, Boethio, Mombolo, Adalgiso, Hottone, Helano, Tresano, Germano, Verano, & Columbano.* deinde per Saxoniam, & Galliam multas Deo animas lucrati, Cœnobium Latiniacum condiderunt. Nec de *Germano* exploro amplius, & cõiectura est ipsum post sanctissimam peregrinationem domum redijsse, ibique migrasse, nam duobus sanctis *Germanis* Scotis, oppidum, Ecclesia, monasterium in Scotia non longè Edimburgo, vno miliari à Setonia, dicantur, huic scilicet, & Synonymo *Gibirini* fratri: hic imago Virginis Deiparæ Lauretanę, & Bethlemitę: cladem Anglicam adhuc spirat.

Claruit anno CCLI. colitur IX. Iulij.

S. GAILBALDVS. 564.

S. GAILBALDVS seu *Gonnibaldus* Arnol. Vvion. lib. II. lig. vit. cap. LII. *Monachus, & discipulus S. Bonifacij Martyris Moguntini, & Ratisbonensis primus Episcopus, Doctor, & Prædicator insignis, tam honestate morum, quam scientia scripturarũ præclarus ad Christum multos sua prædicatione conuertit.* Ita Trith. lib. IV. de vir Illust. ordin. S. Benedicti cap. CCXX. Addit Ioannes Fordanus ex *Cœnobio Mailrosensi eum à Bonifacio euocatum incubuisse in Euangelij enunciationem.* Scripsit

De Constitutione suæ Ecclesiæ.	*lib.* I.
Epistolas ad Bonifacium magistrum.	*lib.* I.
Homilias.	*lib.* I.

Floruit anno DCCLXXX.

S. GOBBANVS. 565.

S. *FVRSAEVS cupiens se ab omnibus seculi huius, & ipsius quoque monasterij negotijs alienare reliquit monasterium, & animarum curam fratri suo Fullano, & presbyteris Gobbano, & Dicullo, & ipse ab omnibus mundi liber rebus in Anachoretica vitam finire dis-*

posuit

posuit. Verba sunt Bedæ lib. III. histor. Eccles. Anglor. cap. XIX. huius sanè commemoratio fit ab Ecclesia Peronensi, sed nescio quo die, nec Martyrologia meminere. Scripserat ille.

Acta Fursæi Magistri. lib. 1.

Epistolam ad eundem. quæ Peronæ diligenti veneratione, vt audio, custoditur, & plura in tabulis eiusdem Ecclesię. lib. 1.

Viuebat Anno DCL.

S. GAIVS. 566.

S.GAIVS à *Gadano* Danorum Rege Pictorum iniurias vlciscente cum numeroso exercitu Scotiam depopulante ob fidei Christianæ professionem, cum in Insulam *Maiam* fugisset, sacro loco incenso extractus, & diris pro Christi causa pœnis cruciatus temporariam hanc vitam æterna quiete permutauit, cultus religiosissima deueneratione in insula eadem, ac miraculorum gloria celebratus. H Boeth. lib. x. histor. Scot. pag. CCVI. Scripsit.

Conciones. lib. 1. quæ euerso sacro illo in *Maia* Insula Cœnobio ab hæreticis supererāt, nunc autē cum multis alijs piorum ingeniorum monimentis ferali *Knoxio* incendente exustæ.

Passus est anno. DCCCLXXIV. vide lib. 1. supra hoc opere in S. *Adriano*, erat enim ei comes Martyrij.

S. GLODIANVS. 567.

S.GLODIANVS eiusdem professionis, fugæ, meriti, martyriique socius vide lib. 1. in Adriano verba H. Boethii: communi etiam deuotione à vicinis gentibus frequentabatur. Author Anonymus de antiquitate Ecclesiæ Scoticæ. Eius refertur scriptum.

Pictorum Chronicon. lib. 1. quod Veremundus laudat.

Floruit anno DCCCLXXIV.

S. GVALTERVS. 568.

S.GVALTERVS *Dauidis* Regis F. contempto Episcopatu D. Andreæ monachum induit, & Abbas Melrosensis factus SS.

albo adscriptus est. Colitur die III. Maij. Molan. Addition. Vsuar. Vuion lib. III. pag. CLVI. & lib. VI. cap. XXIV. ex Leslæo, quem vide lib. VI. pag. CCXXIII. Scripsit.

Commentarium in Regulam Ecclesiasticam. lib. I.

Floruit anno MCLXX.

S. GVINOTHVS. 569.

S. GVINOTHVS Abbas Deiranus *Alexandro* III. Regi à Sacello, & sacris conscientiæ fuit, eruditionis mundanæ quidem callens, sed diuinæ sapientiæ cupidus magis obseruator, cum legatione ad Florentium Hollandiæ Comitem fungeretur, magno Regis dolore, sed longè maiore, ob in commoda, quæ postea euenerunt, Regni totius dispendio, vita functus, ac in patriam relatus, ingenti signorum gloria inclaruit, ab Episcopo Aberdonensi, eleuatus, S. sede Apostolica iubente extat officium IX. lectionum, & templa aliquot ei dicata.

Depositus anno MCCXXCVII. colitur die XXXI. Martij. Iacobus Cheynæus.

S. GVINOTHVS. 570.

S. GVINOTHVS Episcopus Regi *Etho* à sacris, cuius perditos mores cum ferre non posset, secessit ab Aula, sed eo in carcere extincto, à *Gregorio* Rege reuocatus, ei fuit à sacris confessionibus. Scripsit.

Speculum vitæ humanæ. lib. I. laudat Fordanus, sed non extat.

Florebat anno CCCCLXXVII. Colitur die XVII. Aprilis. Breuiar. Scotica. Templa illi pleraque in Scotia dicata.

S. GODRICVS. 571.

S. GODRICVS cognomento *Eremita* patrem habuit *Avvillardo* Matrem *Raduuennam*: in adolescentia mercaturam exercuit postea peregrinationem ad *S. Andreæ* Reliquias in Scotia, tum ad limina *Petri*, & *Pauli* Apostolorum Romam suscepit. Posteà totum

tum se diuinis consecrans prope Dunelmum, quæ tunc Ciuitas Scoticæ ditionis erat, Eremiticam vitam animosè præsumpsit, gloriosè sustinuit. Exinde terram sanctam peregrinus lustrauit, domumque in Scotiam rediens. S. Iacobum in Galitia adorauit, & in austeritate vitæ perseuerans monitus à S. *Cudberto* Scoto secundum in Palestinam iter feruentissimo pietatis affectu direxit. Hæc Matth. Paris in *Richardo* II. & Matthæus VVestmonasteriensis ad annum MCX. redux in Scotiam post sexaginta totos annos in Eremo toleratos S. Andreæ Episcopus fuit electus, & *Edgarum* Regem SS. *Malcolmi*, & *Margaretæ* filium quartum Sacro oleo vnxit, & qui ante Regem illũ nullus in Scotia vngi solebat Hect. Boeth. lib. XII. Ioannes Leslæus lib. VI. Ioannes Maior. lib. III. Histor. Magnæ Britanniæ cap. X I. ideò insulsissimè colligit Gilbertus Genebrardus in Chronologia ad annum MXCVIII. hũc Scotorum Regum fuisse primum, quasi sola coronatio, clypeo impositio, eleuatio, armorum traditio, acclamatio Regem apud varias gentes non faceret. Sed aliud longè mirandũ, vomicã illam impuram stoliditatis Ioannem Pitseum eum Anglũ, facere cum constet, vel Balæi magistri sui testimonio in Scotia natum, educatum, vitam Eremiticam duxisse, ad Episcopatum assumptum, vitam clausisse, sepultum, denique miraculis inclaruisse Leslæus loco laudato pag. CCXVIII. Scotichron. lib. VI. cap. XXIV. Vitam ipsius Nicolaus Benedictinus Dunelmensis congregationis Cluniacensis sexaginta annis post eius mortem conscripsit, quæ etiam Scotum fuisse euincit. Scripsit.

De vita, & visione Orni. lib. I. hoc opus dedicauit vir sanctus *Simeoni* Dunelmensi præcentori etiam monacho.

Meditationes in Psalterium. lib. I. habuit enim semper pœnes se, & secum tulit in peregrinationibus Psalterium Diui Hieronymi.

Hymnos de Sanctis. lib. I.

Paraphrasim in Iob. lib. I.

Flores scripturarum. lib. I.

Florebat anno MCX. vt dictum.

S.GER.

S. GERNADVS, 572.

S. GERNADVS alius à superiori licet Synchronos Episcopus Morauiensis *Alcuino, Clemente, Rabano, & Ioanne* ad Carolum Magnum ab *Achaio* Rege in Galliam destinatis Ecclesiã suam ille domi magna sollicitudine, pietate maiore rexit. Scripsit.

De vtroque testamento. *lib.* 1.
De tempore legis, & gratia. *lib.* 1.
De laudibus Deipara Maria. *lib.* 1. & alia, quæ scelestus Balæus Anglis attribuit.

Claruit anno DCCCXII. colitur templis Deo sub eius inuocatione vbique Regni erectis, & aris dedicatis, Die VIII. Nouembris Breuiar. Scotic.

S. GILLENVS. 573

S. GILLENVS Abbas peregrinationis *S. Columbani* socius ac discipulus indefessus per Britannias, Gallias, Germanias, & Italiam Ioannes Maior. lib. II. histor. Magnæ Britanniæ cap. VII. Scripsit.

Speculum vita humana *lib.* 1.
Epistolas ad fratres. *lib.* 1.

Viuebat anno DXL. nec plura de eo reperi.

S. GISIBARIVS. 574.

S. GISIBARIVS Presbyter, socius *S. Rudberti* Scoti, ac discipulus, de quo *S. Eberhardi* discipulus apud Canisium Tom. II. Antiquar. lection. pag. CCLII. VIII. *Calẽd. Octobr. Trãslatio S. Rudberti Episcopi, qua facta est ab Episcopo Virgilio, qui fuit* VIII. *ab illo cum quo transtulit, & duos Presbyteros eius S. Chunialdum, & Gisibarium quorum festiuitas, quia nullo die in anno habetur, eodem die nominatim in ipsa, ad quam translati Ecclesia, statutum est celebrari.* Scotos hos duos fuisse scribit disertè *S. Hartuicus* lib. de Synodalibus decretis apud continuatorem Fordani. Meminit author Anonymus vitæ *S. Rudberti* cap XVIII. Tom. VI. Antiquar. lection.

lection.quas H.Canisius publicauit. Scripsit.

Ad Boiarios homilias. *lib.* 1.

Claruit anno DCXXX.aut circiter.

S. GVNIFORTIS. 575.

S.*GVNIFORTIS* nobilissimo loco natus in Italia peregrinabatur *Theodosio* Mediolani agente, & ab infidelibus captus, sagittisq; confixus Ticini expirauit, vbi corpus duabus ei structis Ecclesiis magna miraculorum gloria asseruatur. Acta non uidi, sed publica fama *Scotum* facit. Colitur die XXII. Augusti. Martyrolog. Roman. Mombrit Tom. I. Scripta non extant.

Floruit anno CCCCXVII. aut circiter, plura in fratre suo germano S.*Gunibaldo*, cuius mentio sequitur.

S. GVNIBALDVS. 576.

S.*GVNIBALDVS* frater germanus *S.Guniforti*, peregrinationis socius, sed Martyrio prius honoratus, de quibus hæc sunt Iacobi Gualli I.C. verba in Sãctuario Papiæ. *Gunifortus Scotica gente natus, nobili genere, giganteòque corpore, cum apud eam Scoticam gentem magna fureret persecutio, sibique esset cordi pro Christo mori, & altum suę mentis arderet votum, potentia nobilis sua familiæ impediri veritus, cum fratre suo* Gunibaldo*; ac duabus sororibus perrexit in* Germaniam *vbi Christiani varijs tormentis occidebantur: vnde, vt eorum votum perducerent ad effectum, Christi fidei flamma incensi magno spiritu illam prædicabant. Tunc capiuntur, & supplicijs crudeliter cęduntur, vnde* Dei *virtute operante saluantur ipsi fratres, sorores verò genere, & forma speciosę, speciosiores fide, & Virginitatis Zelo, superata fęminea fragilitate, accedente etiam fratrum exhortatione, oculis, ac manibus in Cœlum intentis Christum confitentes cruentissima cęde martyrij palmam adipiscuntur quibus tam impiè peremptis,* Gunifortus, *Gunibaldusque inde discedentes superatis Alpibus, descendunt in Italiam ad Camaram vsque ciuitatem vbi etiam Christiani crudeliter mactabantur, tunc ibi ad populum fidem Christi alta voce tollere cęperunt, multos etiam quo*

poterant

poterant spiritu ad Martyrij coronam accendebant. Verum Gunibaldus captus cruento mactatur gladio. Totam deinde seriem Martyrij S.Guniforti subiungit, vt Mediolanum venerit, vt sagittis confixus fuerit, vt Ticinum diuino monitu deuenerit, vt in paupertinæ anus tugurio obdormierit, vt sacræ ibi reliquiæ asseruentur. Scripta interierunt omnia, siquæ reliquit.
Passus est martyrium anno CCC.CXVII.vt opinor.

B. GANFREDVS. 577.

B.*GANFREDVS* Scotus monasticum Cistertiensis ordinis habitum Altissiodori induit diligens *Petri Abelardi* auditor, vt ex Epistola ipsius didici, quę in Parecletensi in Tricassinis Cœnobio MS.asseruatur. Sed magistro suo genitalibus miserè detrũcato, & doctrina ipsius à plerisque damnata, ad D.*Bernardũ* cõfugit, sub cuius sanctissima Regula non mediocriter, & pietatis, & eruditionis famam auxit. Eidem sancto ab Epistolis siue, Notarius.
Eius sunt.

Prefatio in lib. III.*de vita S.Bernardi.* apud Suriũ Tom. IV.pag.CCLII. *lib.* I.

Contra Petrum Abelardum. *lib.* I. contra hunc etiam D.Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus Epistolã edidit, & volumen scripsit ad *Innocentium* II.D.Bernard. Errores singulos in tabula collocat Petrus de Pargamo, tandem damnata eius hæresis anno MCXXXIV.& impugnat vbique D.Thomas Aquinas, Sebastian.Medices in sũma hæresum pag. DLxxxII. Hunc tamen *Abailardum*, omnibus operibus nuper Lutetiæ publicatis, ab hæresis suspicione vindicat Petrus Ambrosius libellorũ supplicum Magister. Viderit qua fide.

In Apocalypsin Ioannis. *lib.* I.

Epistolarum ad diuersos. *lib.* I.quorũ, quædam, vt dixi, MSS.ibi extant, & apud Paulum Petauium, & laudat Arnoldus Vuion lib. I.lig. vitæ pag. LXXIX.

Floruit anno MCLX.

S. GOLGVS. 578.

S.GOLGVS vir religiosus discipulus *S.Columbæ*, ac monachus, meminit S.Adamannus lib.III.de vita S.Columbæ pag.XXIV.& lib.I.ait se de illo mentionem fecisse, sed interierunt, vt puto, quędam illius operis, neque enim vlla de Golgo primo libro verba in codicibus, qui extãt, nec alius quispiam, quod sciam, meminit. Putatur alicubi Monasterium apud Pictos rexisse. Scripsit.

Miracula Columbæ Magistri. lib.I.

Vixit anno DCVI.

S. GEREBERNVS. 579.

S.GEREBERNVS Scotus *S.Asaphi* Scoti discipulus, in extrema senectã, ac *S.Philani* socius, *presbyter vita religiosissima*, vt loquitur vita *S.Philani* in Scotichronico, & Breuiarium Dumblanense, more ei seculo vsitato patriã cũ magistro in VValliã relinquẽs, pfectus, inde in Hiberniã, vbi Reguli illius filiã *Dympnã* ad fidem conuertit, & ad Virginitatis perpetuo cõseruandæ votum faciendum induxit, & cum ea postmodũ ad libidinẽ ab incæstuoso patre suo carnali, & idolololatra inuitata esset suasit, sãctissimæ Virgini solum verteret, illa & puritatis conscia, & furorem Ethnici vitatura in Scotiam traiecit, & ad cellam *S.Philani* in Argadia latuit, sed idololatra insequente, eodem suo comite ac magistro *S.Gereberno*, in Belgium abnauigauit, vbi tandem cum eo Christo immolata per patrem illum suum idolorum cultorem, & igne nefando prurientem. Martyrolog. Roman.XV.Maij.Petrus Cameracensis relatus à Surio Tom.III.post hunc Molanus in natalib. ss.Belgij. ex quibus omnibus liquet Hirlandiam tunc, seu Hiberniam CC.annos post *S.Patricium* infidelem permansisse, adeoq; Regulos ipsos idolis immolasse. Sed ad *Gerebernũ* redeo, qui cum discipula sua in Brabantia martyrium perpessus, cum eadem meruit præmium cęleste. Scripsit.

Ad Dympnam institutionem. lib.I.
Pro vero Dei cultu. lib.I.

poterant spiritu ad Martyrij colorem accendebant. Verum Gunibaldus captus cruento mactatur gladio. Totam deinde seriem Martyrij S.Guniforti subiungit, vt Mediolanum venerit, vt sagittis confixus fuerit, vt Ticinum diuino monitu deuenerit, vt in paupertinæ anus tugurio obdormierit, vt sacræ ibi reliquiæ asseruentur. Scripta interierunt omnia, siquæ reliquit.

Passus est martyrium anno CCCCXVII. vt opinor.

B. GANFREDVS. 577.

B.*GANFREDVS* Scotus monasticum Cistertiensis ordinis habitum Altissiodori induit diligens *Petri Abelardi* auditor, vt ex Epistola ipsius didici, quę in Parecletensi in Tricassinis Cœnobio MS. asseruatur. Sed magistro suo genitalibus miserè detrũcato, & doctrina ipsius à plerisque damnata, ad D.*Bernard*ũ cõfugit, sub cuius sanctissima Regula non mediocriter, & pietatis, & eruditionis famam auxit. Eidem sancto ab Epistolis siue, Notarius. Eius sunt.

Præfatio in lib. III.*de vita S.Bernardi.* apud Suriũ Tom. IV. pag. CCLII. *lib.* I.

Contra Petrum Abelardum. *lib.* I. contra hunc etiam D. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus Epistolã edidit, & volumen scripsit ad *Innocentium* II. D. Bernard. Errores singulos in tabula collocat Petrus de Pargamo, tandem damnata eius hæresis anno MCXXXIV. & impugnat vbique D. Thomas Aquinas, Sebastian. Medices in sũma hæresum pag. DLxxxII. Hunc tamen *Abailardum*, omnibus operibus nuper Lutetiæ publicatis, ab hæresis suspicione vindicat Petrus Ambrosius libellorũ supplicum Magister. Viderit qua fide.

In Apocalypsin Ioannis. *lib.* I.

Epistolarum ad diuersos. *lib.* I. quorũ, quædam, vt dixi, MSS. ibi extant, & apud Paulum Petauium, & laudat Arnoldus Vuion lib. I. lig. vitæ pag. LXXIX.

Floruit anno MCLX.

S.GOL-

S. GOLGVS. 578.

S. GOLGVS vir religiosus discipulus *S. Columbæ*, ac monachus, meminit S. Adamannus lib. III. de vita S. Columbæ pag. XXIV. & lib. I. ait se de illo mentionem fecisse, sed interierunt, vt puto, quędam illius operis, neque enim vlla de Golgo primo libro verba in codicibus, qui extãt, nec alius quispiam, quod sciam, meminit. Putatur alicubi Monasterium apud Pictos rexisse. Scripsit.

Miracula Columbæ Magistri. *lib.* I.

Vixit anno DCVI.

S. GEREBERNVS. 579.

S. GEREBERNVS Scotus *S. Asaphi* Scoti discipulus, in extrema senecta, ac *S. Philani* socius, *presbyter vita religiosissima*, vt loquitur vita *S. Philani* in Scotichronico, & Breuiarium Dumblanense, more ei seculo vsitato patriã cũ magistro in VValliã relinquẽs profectus, inde in Hiberniã, vbi Reguli illius filiã *Dympnã* ad fidem conuertit, & ad Virginitatis perpetuo cõseruandæ votum faciendum induxit, & cum ea postmodũ ad libidinẽ ab incæstuoso patre suo carnali, & idololatra inuitata esset suasit, sãctissimæ Virgini solum verteret, illa & puritatis conscia, & furorem Ethnici vitatura in Scotiam traiecit, & ad cellam *S. Philani* in Argadia latuit, sed idololatra insequente, eodem suo comite ac magistro *S. Gereberno*, in Belgium abnauigauit, vbi tandem cum eo Christo immolata per patrem illum suum idolorum cultorem, & igne nefando prurientem. Martyrolog. Roman. XV. Maij. Petrus Cameracensis relatus à Surio Tom. III. post hunc Molanus in natalib. ss. Belgij. ex quibus omnibus liquet Hirlandiam tunc, seu Hiberniam CC. annos post *S. Patricium* infidelem permansisse, adeoq; Regulos ipsos idolis immolasse. Sed ad *Gerebernũ* redeo, qui cum discipula sua in Brabantia martyrium perpessus, cum eadem meruit præmium cęleste. Scripsit.

Ad Dympnam institutionem. *lib.* I.
Pro vero Dei cultu. *lib.* I.

Cæsus gladio Anno DCC. colitur XV. Maij.

S. GERESINA. 580.

S. GERESINA matrona ac Siciliæ Regina, natione Scota, soror. *S. Dariæ*, matertera *S. Vrsulæ*, mater verò *S. Adriani* Principis, & martyris, atque filiarum *Babilæ, Aureæ, Iuliæ*, & *Victoriæ*, soror itidem *S. Macririi* Episcopi, vt narrat Petri Catalogus lib. IX. cap. XXCVII. audita sanctarum vndecim millium Virginum peregrinatione ex Sicilia in Germanias aduolauit, vbi cum ijs passa, nunc Treuiris cubat in Cœnobio S. Matthiæ. Annales Archiepiscop. Treuiren. apud Ioan. Gualterium pag. MCDXXIX. venisse autem eam cum reliquis Coloniam Acta Archiepiscopat. Coloniensis loquuntur apud eundem Gualterium Chronico Chronic. pag. MCCLIX. nec vllæ aliæ de illa apud me memoriæ.
Passa est Anno CDLIV. colitur cum alijs die communi, XXI. Nouemb.

S. GERO. 581.

S. GERO si non Scotus, certè Scotici *S. Pantaleonis* Cœnobij Coloniæ Abbas, quod quidem Cœnobium *VVilhelmus Achaii* Regis Scotiæ frater, post expeditionem Longobardicam, sub signis *Caroli Magni* feliciter terminatam, in gratiam gentis suæ excitauit, cui *Gero* tanta continentia præfuit, vt maxima, & sanctitatis, & boni regiminis argumenta reliquerit, meminit eius historia inuentionis *S. Maurini* cap. VII. vt recitat Surius tom. III. plenius Gualterius V. cl. in actis Archiepiscopatus Coloniensis Pet. Bugianus *S. Gerion Abbas Scotus confessor*: error leuis, quasi idem esset, cum eo, cuius memoriam recolit Ecclesia X. Octobris, qui cum trecentis decem, & octo socijs Coloniæ passus, cum pęne inter ipsos sexcenti anni currant. Hic noster verò monasterium reparauit, Ecclesiam ornauit, claustrum magnificè decorauit, vt Acta loci testantur. Scripta perierunt.
Florebat anno DCCCCXC. colitur XIX. Martij. Iacob. Cheyn.

S. GISVALDVS. 582.

S.*GISVALDVS* confeſſor, ſocius ac diſcipulus S. Diſybodij, & cum eo ex patria egreſſus in Belgio ſubſiſtit ad mentē Diui Petri, vt ſupra lib. IV. dictum, & vita apud Surium teſtatur. Errat verò Ioannes Leslæus, qui in Fulda eos vixiſſe ſcribit lib. IV. pag. CLXI. nam diu poſt hos Dei viros depoſitos Fulda à Scotis condita: vt in ss. *Bonifacii*, & *Rabani* dictis hoc opere. Scripta interciderunt. Claruit anno DCLXIV.

S. GONORA. 583.

S.*GONORA* ſeù *Guanora* Arthuri illius celebris Angliæ Regis vxor, & viuens, & depoſita Deo accepta, capta in prælio à Scotis, Pictiſque, qui ad Humbrum *Arthurum* fuderant, in Scotia ſepulta Megylę duodecimo ab Alecto miliari, vbi etiamnum hodie tumulus viſitur, miraculis aſſiduis, ſectariis ipſis fatentibus, celebratus, nam quæcunque mulieres locum calcant, ſterileſcunt, quare ante paucos annos, cum frequentes eò fœminæ incontinentes cōfluerent, vt impune libidinari poſſent, nec vterum geſtare, quaſi bidental, cippus muro incluſus. Hector Boethius lib. IX. cap. XII. in verſione vulgari Iacobi Ballantini Theologi Sorbonenſis, vbi ſic. *Guanora tumulus tam religiosè aditur, vt mulieres illum calcare vereātur. putant enim calcantes reddi ſteriles, vt ipſa fuit*. Meminit Ioannes Lesleus lib. IV pag. CXLVI. Hic eſt ille *Arthurus*, de quo Gaufridus Monumetenſis tanta, ac tam prodigioſa commentus, vt meritò ironicè *Arthurius* dicatur, ille, ſi nugæ placent non finitimos modo *Scotos, Pictos*, & *Hibernos* ſibi ſubdidit, ſed, & *Islandos, Pomeranos, Lituanos, Ruſſios, Danos, Fin March os, Zelandos, Liuonos, Gothos, Armoricos, Flandros, Holandos, Brabantos, Morinos, Orcadianos, Britannos*, vniuerſaſque *Gallias* ſui iuris fecit, inſuper *Græcorum, Perſarum, Medorum* Reges vectigales fecit, deniq. ne quid ſolidæ gloriæ deeſſet, *Lucium* Romanorum Imperatorem ſub iugum miſit, & quis hæc Autumni ſomnia, & Mileſias faſcinationes ferat? cum à Scotis ille, Pi-

ctisque in Regno suo fusus,cæsus, ac in profluentem abiectus, ne cenotaphium quidem apud suos habet: scio confictum fuisse sub *Henrico* II.ruderetum ad Glastoniam erutum, huius Regis nomen præferens,vt in Belgis sectarius obseruat.

Hic iacet sep-
ultus inclytus
rex Arturius in
Insula Aualo
nia.

Cui hoc oppono,vt alia omittam,nũquam fuit moris apud Græcos, Latinosue,nomen loci sepulchrali cippo incidere,quasi id ipse lapis non indicaret?in hoc enim vitæ ordinem,nomen, cognomen, familiam,patriam,conditionem,ætatem,mortis causã,interdum hæredum substitutionem,cum alijs formulis comperimus expressa,nomen loci nunquam. Rectè Iscanus poeta.

Sic Britonum ridenda fides per secula multa
Arthurum expectat.

Migrauit ex hac vita *Gonora* in captiuitate Anno DXL. non est relata in sanctos,sed piè colitur,nomen sonat quippiam Northmannicum,nam *Gonora* vxor *Richardi* I.Ducis Normaniæ in gentis historia celebratur festiuitas die VIII.Ianuar. Consuetudo loci.

S. GVTHAGONVS. 584.

S.*GVTHAGONVS* vnus ex Apostolicis primitiuæ Scotorum Ecclesiæ concionatoribus, *Findochi* XXXI. Regis filius, frater *Donaldi* II. & *Crathlinti*, nepos Athirconis Regum, feruore Euangelij tactus patriam reliquit cum S. *Macra* sorore,& in Belgium traijciens Romanam concionabundus progressus,reduxque *aliquando apud Brugas in Knocke est conuersatus,& in Oestkirka sepultus*;ex lectionibus in Oestkirka Ioan. Molanus Natalib.pag. XXXVII.tum de cultu idem Theologus subdit. *B.Guthagoni corpus, Domino per eũ multa miracula faciente,de humiliore loco in capsam transtulit Gerardus Tornacensis Episcopus, anno MCLIX. Non. Iulii eandem capsam reuerenter ac deuotè aperuit,& visitauit Nicolaus Episcopus Tornacensis Suffraganeus die I.Octob. MCLXLIV. inuenitque*

in ea testimoniales Gerardi literas, pontificali ipsius sigillo munitas: reliquiæ conspiciuntur in muro per ferreos cancellos, Historia Scotica MS. apud Gilbertum Brunum pag. XCVI. vult illũ *relegatum à Rege patre propter fidei catholicæ professionem, in Flandriam migrasse ad dominum*, quod credibile non est, quod æuo illo omnes Scotiæ reges feruentes veræ pietatis cultores essent, potius inducor, vt credam à *Donaldo III.* tyranno ad mortem petitum, solum vertisse, hic enim, huius successioni hostis. Nihil operũ extat, nec quippiam scripsisse compertum.

Natus anno CCXLVIII. depositus CCXCIX. dies incertus, trãslatus III. Iulij. visitatę reliquiæ I. Octob. vt supra ex Actis probatum.

S. GHILLO. 585.

S. *GHILLO* famulus *S. Guthagoni* Principis, aut *Guidulphus*, vt Locrius, & Meyerus lib. V. Annal. & ipse Scotus, cum Domino Scotia egressus, cum eodem amore Christi peregrinus, cum eodem in Oestkirka depositus, *& qui eidẽ sancto adhuc viuenti,* verba sunt Molani loco laudato *familiarius adhęserat, ab eo iam defuncto auelli non potuit, qui etiam creditur post mortem miraculis claruisse: nam tempore Gregorii Curati dictę Ecclesię, qui postea in ordine Prædicatorum sanctè vixit, manum aridam, cuidam eius misericordiam imploranti restituit: vnde dictus Gregorius Metricũ scripsit.*

Contracto Ghillo scit opem conferre pugillo.

Et ipsius corpus in terra mansit. Huc usque ille. Simile omnino contigit in translationes *Margaretę* Reginę, vt alibi dictum, nã *S. Malcolmus* maritus ab eo auelli non potuit.

Depositus anno CCXCIX. colitur visitatio die cum alio communi I. Octob. Ex his apertum reor, non sine maximæ improbitatis nota, quosdam mendicitati innatos, hos duos Scotos sanctos suæ adscribere patriæ, cum nullus in Hirlandia Catholicus, aut Christianus, bonus, aut malus hęreticus, aut schismaticus, mas, aut fęmina, puer aut senex, qui veram pietatem profiteretur: denique cũ tunc, quidem ne nomen Christi ea in Insula auditum, imo ne multos, post horum martyrum depositionem, annos vlla penitus sit Euangelii mentio: siquidem, *S. Patricius* Scotus cum Hirlandiam intrauit

trauit, exploratum est altas idololatriæ tenebras sanctos conatus senis impediisse: & quod Hirlandorum traditio habet, ancillam Picticam Euangelium enunciasse in Hirlandia primam, id non nisi post *Guthagoni* migrationem annis XXXVI. scilicet anno sal. CCCXXXV. vt Cambdenus, Campianus ante eum, & vtroque posterior Ioan. Antonius Maginus, sed ista amentia Boiis numellis, & ergastulo relinquitur.

S. GRATA. 586.

S.*GRATA* Virgo Vrsulanarum vna, cum aliis passa, cum aliis coronata iacet Coloniæ, vt Ado Treuirensis autor.
Passa anno CDLIV. colitur die XXI. Octob.

S. GREGORIA. 587.

S.*GREGORIA* socia S. Vrsulę Scota Scotæ, è patria, in turma vndecim millium Virginum, egressa, Coloniæ martyrium meruit, ibique iacet. Adonis Martyrologium.
Passa iisdem anno, & die.

S. GOLVENEVS. 588.

S.*GOLVENEVS* Eremita Scotus patriam deserēs in Aremoricam, quę postea Britannia minor, recessit, seseque totum vitæ contemplatiuæ tradidit, sed diu virtus tanta latere non potuit, nam *S. Paulo* Episcopo Leonensi deposito, totius cleri, & populi concursu ad Ecclesiæ regimen vocatus ei successit, ita præter nostrates, scripsit Renatus Benedictus in vitis ss. Galliæ, Tabulæ illius sedis, Robertus Cęnalis de re Gallica lib. II. perioch. VI. Scripsit

Laudes multorum sanctorum. lib. I.
Rituale Ecclesiæ. lib. I.

Creatus Episcopus anno DC. colitur XXIII. Iunij. Vuion.

S. GVLIELMVS. 589.

S.*GVLIELMVS* Regis *S. Duffi* filius, pertæsus rerum humanarum vt facilius Deo deseruiret, Eremiticam vitam elegit, quam cū ali-

quan-

quandiu in Cranfurdiæ ericeto exercuisset, creber ad eum concursus omnis ætatis hominum, feruentem meditationem interrumpere visus est, ideò cum in Hiberniam contenderet, vento renitente in Hispaniam reiectus,& quasi Dei volnntate cò delatus sic enim interpretabatur, ad Carpetanos in Tarraconensi, Angli monitu, vocatus, seipsũ orationib⁹, vigilijs, alijsq. corporis maceratiónibus oblectãs, cælestia est assecutus. Extat officiũ nouẽ lectionum, è quibus ista desumpsi, ostẽditur cella non longe vrbe Regia Mantua vulgò Madrito,& sæpe Eremitæ ibi Scoti, vt retulit R.P. *Pantonus* sacerdos catholicus, qui diu eo in Regno moratus, sæpe eam Eremum visitabat. Scripsit.

Exercitia spiritualia. *lib.* I.

Obijt anno Dccccxxci. dies cultus incertus apud me.

S. GVALAFERVS. 590.

S.*GVALAFERVS* confessor,& Episcopus, hoc est Episcopali titulo vsus, ad liberiorem Euangelij prædicationem, *S. Rumoldi* Scoti comes,& discipulus, cum eo ex patria in Belgium adpulit, omnium laborum, vsque ad martyrium, particeps, Ioannes Domius in vita illius sancti: nec plura de eo mihi cõperta, Scotũ eum fuisse, vt & magistrum, prçter ea, quæ lib. xv II. infra habes, adde hic locum Arnoldi Mirmanni Theatro conuersionis gentium pag. xIII. vbi scribit, *Rumoldo autore Dauidis Scotiç Regis filio Machlinienses insertos Christo.*& hic *Dauid* non Rex Scotiæ, sed frater Regis *Ethfini*, vt in Veremundo,& çtate illa omnes Regiæ stirpis Reges vocati, vt lib. II. Apparat. Scot. cap. I. ostensum: adde elegãtem locum Rogeri Houedeni part. II. Annal. pag. ccccxxv. & res clara est.

Claruit anno DCCLxxIx. dies incertus.

S. GRVNDIBERTVS. 591.

S.*GRVNDIBERTVS* Scotus Episcopus, peregrinus in Gallia martyrium consummauit,& pretiosum corpus Rhemis honoratur, vt habet Historia Monastica, cætera apud me penitus ignota.

Tem-

Tempus,& ętas incerta dies cultus XXIX. Maij, Tabulæ Rhemenses.

GALDVS REX. 592.

GALDVS Rex Scotiæ XXI. *Dardano* succeſſit, ſemel Romana caſtra, quæ trans Bodotriã *Iulius Agricola* duxerat, noctu adortus, ſuo malo repulſus, deinde ab eodem *Agricola* ſtataria pugna fractus, Cn. *Trebellium* eidem cum ſumma Legati poteſtate ſuccedentem, triplici acie collata ſuperatum, totis Caledoniæ finibus exegit: hæc recentiores iuxta ac veteres rerum Scoticarum ſcripſere annales, quæ ergo amentia eſt ignobilis Pitſæi, qui pag. LXXI. illum ſuis adnumerat? ac in id Tacitũ laudat? tu lector tecum reputa, ego Taciti verba in Agricolę vita adfero. *Ad manus, & arma conuerſi Caledoniam incolentes populi, magno paratu, maiore fama.* poſt pauca ferocientis militis alacritas fremebat *penetrandam Caledoniam*, quam verè hæc de tuis Pitſee Britannis? ipſe *Galdus* ſeu *Galgacus* hæc ibi. *nam, & vniuerſi ſeruitutis expertes*, Britanni verò veſtri Pitſee iam à *Claudio* Cæſare iugum ferebat; pergit Galdus. *nobiliſſimi totius Britanniæ, eoque in ipſis penetralibus ſiti, nec ſeruientium littora aſpicientes, oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus.* ecce Galdus ne tuæ Britanniæ, Pitſee littora viderat; tum idem, *nos integri, & indomiti.* at tua Britannia lacera Pitſee, & domita, ſed hæc audi ab eodem ipſo *Galdo, oſtẽdamus quos ſibi Caledonia viros ſepoſuerit*, verè ad rem, licet verbo contumelioſus *Agricola*, cui Pitſeus, vt puto, fidem habebit *ÿ cæterorum Britannorum fugaciſſimi*, *ideoque tam diu ſuperſtites* Paulò poſt idem Dux, *imponite quinquaginta annis magnũ diem.* ergo tui Pitſee Britanni L annis ſeruitutis iugum tulerant, Caledonij cum *Galdo* intacta, ſed quia tu nec militi Romano, nec *Agricolę* Præfecto, nec ipſi *Galdo* credendum Pitſee exiſtimas, fidem ſaltem Tacito tam veraci ſcriptori haud quaquam abrogabis *quia exacta æſtate bellum ſpargi nequibat, in Horeſtorum fines ducit.* Vbi illi? Scoti te docebunt eſſe *Marniam*, & *Anguſiã*. Ex his pauculis fides Anglorum hodiernorum in aperto eſt, nec Scotiæ non ſuum decus conſtat. Scripſit *Galdus*.

Conciones militares. *lib.* I. Tacitus.

Epiſto-

Epistolas ad alios Britannos. *lib.* I.

Claruit hic rex anno XXCIV. quam verax sit Pitseus, Dio loquitur, & ex eo Xiphil. pag. CDxx11. *huius Insulæ* Britāniæ *paulo minus quam dimidia nostra est, quam Seuerus cum vellet in suam potestatem redigere, ingressus est in Caledoniam.* en Pitsee diu post *Domitianum* tui Britanni Romanis parebant, maior Insulę pars *Caledonijs* patebat, & eos aspernabatur: imo ad hos missi *Bassianus*, & *Geta* fratres Cæsaris filij, vt cum nostris fœdus ferirent, ibidem, & Herodianus lib. III. in fine. Hæc refellite, si potestis, Angli.

NICOL. GORDON. 593.

NICOLAVS *Gordonus* vir clarissimus, ætate adulta Pręmonstratēsem habitum sumpsit in monasterio *Saulset*, seu *sede animarum*, & cum in monastica virtute multum profecisset, Abbas *Tunglandiæ* creatus, sanctè, & piè præfuit, sed *Gulielmo Bel* ad Ecclesiam S. Andreæ assumpto, qui Decanus Dunkeldensis fuerat, hic noster monasterio suo extractus, Vicarius Episcopi Dunkeldensis factus, in ea cura obijt. Maximus verò omnium pænè præsulum conuentus DunKelden habitus, totoq; Regno clerus adscitus, hic scripsit.

Synodalia decreta. *lib.* I.
Collectionem constitutionum. *lib.* I.

Vicarius erat anno MCCCXXXIV. de obitu ignotum.

DONAT. GRANT. 594.

DONATVS *Grantus Bethleemita* inquit Adam VVodeshā apud Brunum, *in Scotia rectè sensit, vir benè sensatus in re doctrinali*. fuit hic Eremita ordinis S. Hieronymi ad fanum S. *Germani* in Scotia professus, & illi patres apud nostrates *Bethlemitæ* audiunt ab ea vrbe, quā humani generis assertor ortu suo tēporali sanctificauit, & postea *S. Hieronymus* Ecclesię Doctor incoluit: Ad eum illic sanctissimè agentem maximus toto orbe concursus monachorum, vt ipse proemio ad lib. VII. in Ezechielem, & ad Paulinum Epist. XIII. disertè scribit, & de Scotis nostris idem Epist. XV. ad

Tt Marcel-

Marcellam *flos quidam, & pretiosissimus lapis inter Ecclesiastica ornamenta monachorum, & Virginum chorus est, quicunque fuerit in Gallia primus, huc properat diuisus ab orbe nostro Britannus si in religione processerit, occiduo sole dimisso, quærit locum fama sibi tantum, & scripturarum relatione cognitum.* vt de se hæc dicta aut maioribus suis Britannis, Angli contendant, ego nõ video cur excludi debeat Scotia, sed de tota hac Hieronymiani monachismi præstantia, institutione, confirmatione ad sanctum Sepulchrũ latè vir eruditissimus Pius Rubeus Placentinus, eiusdem familiæ pater, S. Carpophori Prior in Commentarijs in res gestas S. Hieronymi, quos Comi editos lego dono, & munificentia V. cl. *Bassiani Gatti* Placentini, i. idem Hieronymiani monachi ad *S. Barbatiani* Bononiæ, cui, vt toti illi domui plurima me debere hæc attestatio loquetur. Sed ad *Grantum* redeo, qui ordinis sui per Scotiã prouincialis memoratur, ac multarum vtilium rerũ scriptor commendatur, & verò de *Bethleemitis* dolendum, qui cum sint antiquissimi, ab ipso S. Doctore instituti, vt videtur, incredibili dãnno pænè in tenebris delituerunt, nec vllum in Scotia Cœnobium eorum preter hoc vnum, mihi notum, nec ex isto, per tot secula, quispiam alius celebretur. Scripsit.

De VViclefitarum perfidia. *lib. 1.*
Contra Begardos. *lib. 1.*

Floruit anno MCCCLIV.

PAT. GORDON. 595.

PATRICIVS *Gordonus* Regius agens in rebus apud Polonos. Scripsit. *Lachrymas in funere Henrici.* *lib. 1.*
Viuit ad huc, vt existimo.

GVL. GVILD. 596.

GVLIELMVS *Guildus* Aberdonensis, Theologicis studijs non leuiter tinctus, vt nuper Roma admonet adolescens doctissimus ciuis meus Robertus Bodius, postquam honestis studijs per Gallias animum oblectasset, domum redijt, ac scripsit quædã, sed ego non vidi, in his. *De*

De Asino Balaam. lib.1.

Rediji Parisios, vt asserunt.

GREGORIVS. 597.

GREGORIVS Cœnobiarcha IV. Scotorū, qui sunt ad D. Iacobi maioris in suburbio Herbipolensi. Scripsit, vt audio.

Excerpta ex sanctis patribus. lib.1.

Præfuit annis X. vir pius, & doctus. Obiit an. MCCVII. Chronicon dicti monasterij editum à Trithemio.

GERARDVS. 598.

GERARDVS & ipse monasterij illius Scotorum Abbas IX. Scripsit, vt accepi.

Collectionem Canonum. lib.1.

Obiit anno MCCXLII. sedit annis VII. Chronicon dicti monasterij.

GILDAS ALDANVS. 599.

GILDAS *Aldanus* Cādidę casæ Episcopus inauguratus à *Thurstino* Eboracensi Archiepiscopo. Meminit Polydorus Virgilius mendaciorū loquacissimus lib. XI. histor. Anglicanæ. Scripsit.

De Ecclesiæ Scoticæ priuilegijs. lib.1. Eo opere impotentem Præsulum Anglorum insolentiam represserat, non confirmauerat autoritatem, vt ille vult.

Floruit anno MCX.

ALEXANDER GALLOVIDIANVS. 600.

ALEXANDER *Gallouidianus* KilKeldensis Ecclesiæ Pastor vir præter insignem probitatem rerum admirandarū studio incomparabili. Scripsit.

De Hebridum insularum natura, & arboribus Anseriferis. lib.1. hoc sanè genus auium arboribus in Scotia produci præter nostrates docuerit Ptolomęus, Mū-

 sterus,

ſterus, Æneas Syluius negat, mirantur alij vulgò *Cla Kis* dicuntur.

Florebat anno MDXII.

S. GILDAS QVARTVS 601.

S. GILDAS *Quartus* ad diſcrimen ab aliis, vt puto nominatus egregiã patriç operam nauauit, eoque nomine ab Anglis ignominiosè laceratur. Polydorus Virgilius alicubi *impoſtorem* vocat, & plauſtra conuitiorum apud ſcurrilis ingenii & ſummæ ignauię Lelandum, *ſplendidiſſimis mendacijs, anilibus fabulis, prodigioſa barbarie hiſt. e um* fędaſſe impudenti ore obiicit, & ta lis ſemper vobis, Angli, eſt, quiſquis patriæ ſuæ decus, & ornamentum quærit, & mõſtruoſas veſtras ineptias ingenii ſolertia refutat, & Carodocus Camber edito opere eum vindicat ſub annum MCL. Pitſeus, & alii. Scripſit hic noſtras *Gildas*.

Hiſtoriam Britanniæ. *lib.* 1. Polydor.
Breuiarium Gildæ. *lib.* 1.
De Mirabilibus Britanniæ. *lib.* 1.
De primis habitatoribus Britanniæ. *lib.* 1.
De Rege Arthuro. *lib.* 1.
De ſepulchro eius incognito. *lib.* 1. & alia.

Vixiſſe putatur anno ſalut. humanę DCCCXXIX. licet alii in aliud ſeculum reiiciant, ſed parum intereſt, qua ætate vixerit, modo bonum conſtet fuiſſe ciuem, & patriæ ſuę amantem. ss. Albo adſcriptus, colitur die XXIX. Ianuar. Vuion in Adiunct.

GOSFRIDVS. 602.

GOSFRIDVS *vir eximiæ religionis* Rege Scotorum David petente, *& Archiepiſcopo Gulielmo annuente Abbas eligitur ad locum in Scotia, qui Dunfermelin dicitur* ait Anonymus VVigornienſis in continuatione ad Florentium pag. DCLXIII. Scripſit.

Hiſtoriam Apoſtolicam. *lib.* 1. quæ, vt puto interiit. Meminit indiculus ſcriptorum. Scotorum Anonymi forte idem erit opus, quod *Abdia* Babyloniæ Epiſco-

po

po falsò attribuitur.

Flòruit anno MCXXVIII.

S. GELASIVS. 603

S.*GELASIVS* Diaconus sanctitate morum,& eruditione clarus, strenuè verbum domini popularibus suis prædicabat,cum Reliquiæ *S. Andreæ* Apost.in Scotiam,tum Pictlandiam ab *S. Regulo* delatæ sunt: scripta non extant, præter.

Homiliam de natiuitate Christi. *lib.* I. cuius meminit Fordan.lib. II.hist.Scot.

Florebat anno CCCLXIX. Hect.Boethius lib.VI.histor.Scot.pag.CV.

GILBERTVS. 604.

GILBERTVS cognomento *Carthophylax* Cathenesiæ Episcopus successor *Adami*,quem lib. I.hoc opere supra,impiè, crudeliterque necatum à Ciuibus ingratis ostendimus,vir magna apud Regem,& Clerum vniuersum autoritate,ob singulares animi dotes, morum continentiam,& non vulgarem in rebus sacris eruditionem. Scripsit.

*Collectionem priuilegiorum Regni Scotiæ lib.*I. quæ *Alexandro* II. Regi concesserāt piissimi Romani Pōtifices *Cęlestinus* IV.& *Innocentius* IV.quę hodie si extarent, non usque adeò in perquirenda patrię antiquitate cæcutiremus.

Canones omnium Scotiæ Regni Ecclesiarum. *lib.*I.

Successit interfecto *Adæ*,seu *Adamo* Antistiti anno MCCLV.H.Boeth.lib,XIII.Hist.Scot.pag.CCLXXXIII.Nomen ei ab officio videtur inditum *Curapalates* ,seu *Georgius*,Codinus lib.de Offic.Aul. Constantinopol.adeatur.

GVLIELMVS GREGORIVS. 605.

GVLIELMVS Gregorius cum bonas artes Lutetiæ didicisset adolescens è Collegio Montis acuti cum Collegis XXI.per *Ludoui-*

douicum de Ambasia Episcopum Albiensem, Carmelitanum habitum induit, in quo sancto vitæ instituto *Mariam* Reginam *Ludouici* XII. vxorem studiorum fautricem, inuenit cuius liberalitate in genium ostentauit Doctor Sorbonicus ingenti fama renunciatus Tolosæ Carmelitarum Cœnobiarcha, ac *Francisco* I. Regi à sacris Confessionum secretis. Edidit.

De duplici potestate. lib. I.
Elucidationes sententiarum. lib. IV.
Quæstiones Vesperales. lib. I.
Collectiones Sorbonicas. lib. I.
In Politica Aristotelis. lib. VIII.
De Animæ potentia triplici. lib. I.
De æterno Christi Regno. lib. I.
Summam Theologię sacræ. lib. I. Multa alia Balæus enumerat, qui in præsens non est ad manum.
Scholasticos in Dauidem commentarios. lib. I. Sixt. Senens. lib. IV. Bibliothecæ sanctæ.

Claruit anno MD. aut præter propter, magnum genti, ac ordini suo ornamentum, vbi obierit non comperi.

THOMAS GRAIVS. 606.

THOMAS *Graius* Aberdonensis matre *Elisa Dempstera* ex familia *MuresKia* nobili loco natus, vir sacris literis, & philosophicis instructissimus ab ineunte ætate D. Francisci familiã ingressus, Aberdonensi Cœnobio præfuit, tum cum Religio Catholica proh nefas! è Scotia eliminaretur, & hæreticorũ furori viriliter restitit scribendo, docendo, disputando egregiam causæ piæ nauaturus operam. Scripsit.

Admonitiones ad Nouatores. lib. I.
In vniuersam Aristotelis Philosophiam. lib. I.
Concordiam D. Thomæ, & Scoti. lib. I.
Epistolas ad Ciues suos. lib. I. quæ audio omnia in lucem emitti: ipse certè sedulò ante obitum correxit singula, ac disposuit.
In libros Sententiarum. lib. IV.

Obitii

Obiit Rothomagi anno MDCXVI.ætatis suæ an. CXXXVII.viuace adhuc memoria,ac stomacho habili,nec visu inefficaci,nulla corporis parte nisi pedibus in tanto senio debilitatus.

IOANNES GRAIVS. 607.

MArtyr *Ioannes Graius* Franciscanæ familiæ socius præualentibus domi hæreticorum viribus armata factione omnia possidente cessit furori, & in Belgiũ profectus,cum iam septuagenarius esset ab hæreticis nefariis *Geuziis* ad ipsum altare maius,ante sacram Eucharistiam,martyrio est affectus.Franc. Gonzaga p. I. pag. CIV.de orig.Relig.Seraph. scripsit ante egressum è patria.

Theologica quaadam. *lib.* I. sed non vidi.

Epistolas post excessum è patria. *lib.* I.

Excessit martyr Bruxellis in ipso Cœnobio suo anno MDLXIX.meminit Henricus Sedulius in Coroll Histor.Seraph.pag. DCXCII. Vitæ eius,Martyriique Acta,& modum fusius ex latina historia Martyrum Franciscanorum Italicè transtulit Daniel Perusinus, & à Theologis illius sancti ordinis probata,Cardinali Iustiniano inscripta.Errat tamen,qui illum è *Scotorum* familia oriundum putauit,qui *Graiorum* erat cap.XLI.infinitum populi Bruxellensis gemitum sequenti deinde capite XLII. exequitur,addens *infirmo cuidam, & graui morbo laboranti attactu eius sanguinis sanitatem restitutam.*cap XLIII.fusissimè Scotiam,Scotosque autor ille extollit,hanc tanquam parentem,altricemque doctorum, & sanctorum,istos pietate,& literis,patria sua dignissimos, totique orbi celebratos,& meritis suis notos.

S. GODELBERTVS. 608.

S. *GODELBERTVS* Presbyter Rhetor disertissimus, Philosophus Platonicę sectæ subtilissimus, Theologus memorabilis, nec Anglo Saxo,nec *Britannus*,sed *Scotus*,vt discere potuisset non ab Annalibus modo nostris,sed à magistro suo Balęo singularis *impudentia* Ioannes Pitseus:pręceptorem habuit *S. Sedulium* ad cuius imitationem Heroicum suum Poema,à Mundo creato vsque ad

Chri-

in eum ab Eboracen. Archiepiſcopo *Rogero* latę abſolutionē im-petrauit à *Lucio* III. Extat Epiſtola eiuſdem Pōtificis apud Houeden Annal. part. II. pag. CCCLI. Eidem deinde *Vrbanus* III. controuerſiam inter Epiſcopos S. Andreæ *Hugonem*, & Dunkeldē ſem *Ioannem* committit, vt ex literis cōſtat, quas habet Houeden. pag. CCCLX. ſed et *Clemens*. III. eandem ei cauſam denuò commendauit. Houeden literas producit pag. CCCLxxx. Eius ſtudio interiectis aliquot annis *Richardus*. I. Angliæ Rex Comitatum Northūbriæ Regi Scotiæ *VVilhelmo* in perpetuum poſſidendum tradidit Houeden pag. CDXIX. Idem S. *Alexandrum* Regem *S. VVihelmo* ex *Ermingarda* ſuſceptum ſacro fonte abluit. Houeden pag. CDXLIV. Idem verò author corruptus eſt in eodem CDL. die S. Patricij, videlicet *XVI. Calend. Aprilis feria* IV. *Iocelinus venerabilis Glaſtonenſis Eccleſiæ Antiſtes obiit apud Melgos, vbi ipſe extiterat venerandus Abbas, & ibidem in choro Monachorum ex Boreali parte Eccleſię ſepultus eſt*, ſed legendum eſt *Glaſcoenſis Eccleſiæ*, & poſt, *obiit apud Melros*. Scripſit.

De Tranſlatione Auguſtini Anglorum Apoſtoli. lib. I

Vt memorat Malmesburienſis lib. IV. cap. I. niſi alius ſit. Roma redijt MCLXXXI. Regem Baptiſmo abluit anno MCXCVIII. obiit anno ſequenti. Noſtrates de eo tacent, pręter Scotichronicon lib. IIX. cap. XXIV. XXXX. LX. qui officij eius meminit.

B. GAVFRIDVS. 611.

B. *GAVFRIDVS* Abbas Dunfirmelni Eccleſiam Scoticam ſui iuris facere totis viribus incubuit, quod & conſecutus non obſcure narratur à Rog. de Houed. Annal. part. II. pag. CCCXL. Scripſit.

Pro Exemptione Eccleſiæ Scoticæ. lib. I.

Floruit anno MCLXXV.

GREGORIVS. 612.

GREGORIVS Epiſcopus Roffenſis memoratur à Rogero Houeden annal. part. II. pag. CCCCXXVIII. An ſcripſerit ali-

quid, non reperi, certè nihil extat.
Floruit anno MCXCV.

GVLIELMVS 613.]

GVLIELMVS Scotus tertius sanctissimæ Trinitatis ordinis Generalis Minister Monachis suis Attrebati in S. Vincentij suburbio Cænobium obtinuit, cuius templum ab *Hugone* Vienensi Bisuntino Archiepiscopo consecratum præsentibus *Neapolitano* & *Claromontano* Cardinalibus Ferreol. Locrius chronico Belgii pag. CCCLxxxII. Scripsisse fertur

Super ordinis sui dignitate. lib. I.

Florebat anno MCCIX. aut forte serius anno MCCCXLVI.

SIMON GRAIMVS. 614.

SIMON Graimus honesto loco natus Edimburgi tædio vitæ solutioris, cui se diu mancipauerat vocanti tandem Spiritui sancto paruit, & religiosum *S. Francisci de Paula* habitum induit, diemque extremum magna pietatis opinione, dum patriç suæ prodesse vult finiuit. Scripsit plurima amænissimo ingenio nec vulgari eloquentia. In his.

Vale fęminis. lib. I.
De Contemptu Mundi. lib. I.
Anatomia humorum. lib. I.

Obijt Carpentoracti in itinere Scotico anno MDCXIV.

ROBERTVS GRAIMVS. 615.

ROBERTVS Graimus Monachus S. Benedicti, habitum in Mailrosiensi Cęnobio induit, sed tyrãnide *Eduardi* Anglicani Scotiam tùm dissidio Regum expositam ei prædam lacerantis exulare iussus, vt de plerisque aliis hoc opere diximus, in Bardeneiensi monasterio Anglicano diu vixit, & vt puto, obiit. Scripsit.

Super Scotiæ statu. lib. I. Versu *Deflemus patriam*, Scotichronic. lib. XV. cap. Li.

Inqua-

In quatuor Euangelia. *lib.* IV.
Concionis variæ. *lib.* I

Florebat anno MCCCXX. nunc falso Angli suum ciuem faciunt, & Grimmum riduculè vocant. In his est ignauissimus Pitseus,

BERNARDVS GORDONVS. 616.

BERNARDVS *Gordonus* Doctor medicinæ ac Clarissimus Monpelij professor, quo nec doctiorem Academia ea vnquam nec feliciorem in *facienda Medecina*, vt loquitur Paschalis Gallus ea ætas tulit. Scripsit plurima, in his.

Lilium Medicinæ. *lib.* I.
Antidotarium. *lib.* I.
Vulnerum Curatio. *lib.* I.
Rare in Chirurgiam obseruationes. *lib.* I.
Praxis medicinalis. *lib.* V. opus eruditis laudatissimũ.

Viuebat Anno MXCII.

GILBERTVS. 617.

GILBERTVS Monachus Benedictinus Mailrosensis, & Abbas in *Holy Ilande*, seu Insulę Sacræ, in qua nulli vnquam Abbates nisi Scoti, nec monachi, pertinens enim ab Antistitem Santandreanum, & est Scoticæ ditionis, fuitque semper, vt nonnulli Apostatam Balæum secuti Anglum fecerint, fuit D. *Bernardi* vitę sanctitate morumque probitate imitator, & admirator eximius, eloquentiæ etiam assiduus sectator. Scripsit.

In tria Canticorum capita suauissimos, & elegantissimos sermones octo. *lib.* I.

Obijt anno MCC. Arnold. Vuion. lib. I. lig. vit. pag. XLVIII.

DAVID GVTHÆVS. 618.

DAVID *Guthræus* insigni vir doctrina Cæsarij, Pontificijque Iuris in nascente Academia Aberdoniense professor reliquit.

Lecturas in Ius Pontificium. *lib.* I.

Singularia ex Iure Cæsareo. *lib. 1.*

Florebat anno MDXX Boethio æqualis.

IOANNES GRYSONIVS. 619.

IOANNES *Grysonius* Dominicani instituti socius, in Aberdonensi Academia præclarum nomen à bonis artibus meruit, triginta, deinde totos annos ordinis sui Prouincialis. Scripsit.

De miseria Religionem Catholicam in Scotia profitentium lib. 1.

De casu ordinis sui, & paupertate. *lib.* 1. literę sunt pænes R.P. Plodium Bononiensem, & extant in historia ab eo scripta.

Peruenit vsque ad annum MDLXIV. Meminit Hector Boethius in vita Gulielmi Elphinstoni lib. de Episcopis Aberdonensibus.

B. GVIDO. 620.

B. *GVIDO* S. Benedicti Monachus è Congregatione Turonensi, de qua multa in Apparatu ad Historiam Scoticam, vir fuit illius ætatis dignissimus, de quo audiẽdus autor Scotichronici lib. IX cap. XXVII. *Guido primus Abbas de Londoris cum ipsum locum à fundamentis extruxisset, & officinas magna ex parte perfecisset, & ferè per viginta octo annos monasterium strenuè rexisset, monachos superstites relinquẽs ordine, & Religione plenariè informatos omnes fratres de Charitate mutua exhortans, & a transgressionibus absoluens, & ab ijs absolutus, & osculatus inter verba collocutionis caput in manu fratris sibi assidentis reclinans, quasi dormiens hilari vultu quieuit in domino.* Scripsit

Ad Dauidem fundatorem lib. 1. fuit hic Comes *Huntintoniæ* Regis *VVilhelmi* frater qui bello Palestino feliciter confecto redux in patriam locum illum fundauit. Boethius lib. XIII.

Exhortationes ad fratres.

Creatus Abbas anno MCLXXVI. obiit anno MCCXIX. die S. Botulphi Scotichronicon loco laudato: quo die Ecclesia illa memoriam recolit.

PE.

PETRVS GRYNÆVS. 621.

PETRVS Grynæus adoleſcens ſocietati Ieſu nomen dedit,in qua cum pietatem eruditioni coniuxiſſet,clariſſimum ab ingenio nomen eſt adeptus.Edere,vt audio,parat

De Scotis ſanctis. lib.1.
De Scotis ſcriptoribus. lib.1.
De Scotis bello Illuſtribus. lib.1.

Viuit adhuc in Polonia, vt puto,aut Germania;ingens patriæ ſuæ decus tam claris ſcriptis allaturus;faxit Deus quam citiſſimè ſperatam famam edito opere conſequatur.Ego lubens in hoc agone ſuperati optem,cui in votis hoc vnum ſemper erit patriā ornari, & vitam merentibus,longa temporum iniuria ſepultis,redonari, quod non ab alio magis ſperandum,quam à Grynæo.

IACOBVS GORDONIVS 622.

IACOBVS Gordonius Marchionis Huntlæi patruus in Societate Ieſu annis L.vixit,magna ab ingenio parta fama,qui nihil publicè priuatimque omiſit,quo hydram hæreſeos peſtiferam in patria naſcentem alter Hercules conficeret,hoc ille vnicum à Deo tot laborum præmium exoptauit, vt fidem Catholicam vigentem in eo Regno videret,huc immenſam ſcribendi, docendique ſollicitudinē retulit,vt populares ſuos à tenebris impietatis in apertam Euangelij lucem pertraheret. Incredibilem illius pietatem, & eruditionem in Scotia præſente Rege exhibitam cū hæreſeos confuſione habet Io Boterus Relat.part. III.lib.I.pag.LVIII.Incidit ea Sathanæ profligatio in annum MDXCIV.*Henrici* IV.Galliarum Regis causā Romæ animosè egit,multaque de Eccleſiæ Gallicanæ priuilegiis diſſeruit:ſcripſit verò ſumma eruditione multa opera,ſed ego tantum vidi.

Summam Caſuum Conſcientiæ. lib.1.
Theologiam poſitiuam. lib.1.
Controuerſiarum noſtri ſeculi. Tmo.1.
Controuerſiarum. Tom.II.

In

Viuit adhuc, & de prauo in fidem catholicā affectu mihi suspectus & nollem tantas dotes tam vili contagio supprimi.

IOANNES GRAIVS. 625.

IOANNES *Graius* Hadintoniensis, Parisiēsis Theologus, & vt puto, D. Francisci Frater. Scripsit multa, in his.

De figuris Bibliorum. *lib.*1.

Super Sacramentis. *lib.*1.

Carmina varia. *lib.*1. Extat Epigramma apud Henricū Villot Belgā Athenis orthodoxis pag. CCxxxix. quod præfixum *Thesauro Theologorum* Ioannis Picardi Franciscani, dignum est, quod apponatur.

Quis rogo, tàm nitidus, superas tam cultus in oras,
Summaque Doctorum venit in ora liber?
Hesperius, Gallus, Germanus, & Italus, Anglus,
Armenius, Scotus, Persicus, Indus, Arabs.
Cui tam multigenam soli licet esse Ioannis
Picardi hoc virtus, Ingeniumque facit.

Floruit anno MDiii.


ROBERTVS GRIMVS. 626.

ROBERTVS *Grimus* quis fuerit, aut vbi vixerit, qua vitæ conditione, non deprehendi. Hoc tantum certò constat scripsisse.

In omnia Euangelia. *lib.*1. Autor Bibliothecæ Classicę pag. CCLXXIV.

Viuit adhuc in Germanijs.

Finis Libri Septimi.



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER VII.

S. STEPHANVS HARDINGVS. 627.

S. *STEPHANVS Hardingus non minus pius, quam doctus ordinis Cistertiensis iecit fundamenta* ait Balęus, longaque Religionis ergo peregrinatione suscepta, in Cęnobio à se erecto Cistertiensi non sine sanctitatis opinione obdormiuit. Plura de eo Vincentius Belluacensis lib. XXVI. speculi cap. I. I. vita *S. Bernardi*, & vita *S. Roberti*, quam Odo Abbas Molismensis describi curauerat. In sanctorum numerum relatus memoratur ab Ecclesia die XVII. Aprilis Martyrolog. Roman. & Baron. qui non ad manum. Ex eo Arnold. Vuion lib. III. pag. CXXXVII. *Cisterȳm Gallia S. Stephani Abbatis, qui primus Eremum Cisteriensem incoluit, & S. Bernardum cum socijs ad se venientem latus excepit, quorum fętu monasticam obseruantiam restitutam, in posteros feliciter propagauit.* Annus autem quo S. Bernardum excepit numeratur MCXII. Multis Sigebertus Gemblacēsis chronico ad annum MCVII. Edidit.

Chartam Charitatis.	*lib.* 1.
Vitę monasticæ ritus.	*lib.* 1.
Exhortationes ad suos.	*lib.* 1.

Claruit anno MXCVIII. vel MCXXII. latè Malmesbur. lib. IV. hist. pag. LXXI.

S. HEBREDVS. 628.

S. *HEBREDVS* colebatur religiosa pietate à Pictis, & Britannis Meridionalibus ante aduentum *Augustini*, *Melliti*, & *Iusti* Ioan. Leslæus lib. IV. *Tres doctrina, & pietate præstantes viri natione Scoti, Hebredus, Dunstanus, & Conuallus, quorum memoria etiā hoc nostro æuo apud Scotos magna celebritate colebatur.* Scripsit,

Contra externas cæremonias.	*lib.* 1.

Ad

Ad Ecclesias Pictlicas. *lib.*1.

Vixit anno DC.Leslæus ibidem pag. CLIII.in Aidano Rege.

S. HELANVS. 629.

S.*HELANVS ex Scotia* teste Sigeberto, cum fratre suo Germano *S.Gibriano* profectus mira sanctitate Campaniam Galliæ illustrauit. Molanus ad Vsuardũ die VI.Octobris *In vico, qui vocatur Buxiolus depositio S.Helani Presbyteri, & Confessoris.* Acta Ecclesię Rhemensis apud Galesinium eodẽ die. An aliquid scripserit, non comperi.

Viuebat anno DIX.quo Scotia egressus.

S. HARRVCHVS. 630.

S.*HARRVCHVS* sanctissimis moribus Benedictinæ familiæ, *Pattoni, Tanconi, & Cottila* familiaris ac successor, Abbas primum Amarbaricensis, mox Episcopus Verdẽsis. Alber. Crantzius lib.1. Metropol. cap. XXI. Gaspar. Bruschius in Catalogo, & alij. Ioan. Gualterius V.cl.Tom.1.chronici chronicorum pag. MXXCV. *Patto Tanco, Cortila, Harruchus, sancti Scoti, & sub Harrucho Patto, & Tanco in diuorum numerum rulati.* Scripta omnia interierunt pręter.

Institutiones Catechumenorum. *lib.*1. quæ nuper alicubi in Gallia, vt audio, prodierunt, ad me tamen non peruenerunt.

Floruit anno DCCCXXXI. sanctorum albo adscriptus Arnold. Vuion lib.II.lig. vit. pag. LV. vide Crãtzium fusè differentem, & Ant. Democharem tom. II. sacrif. miss. cap. XXIV. cẽlitur die XV. Iulij, Mart. Angl.

S. HELIAS SOLITARIVS. 631.

S.*HELIAS* à vitæ austeritate *Solitarius* vocatus, *vir prudens, & religiosus gente Scotus* ait Marianus. Fuit Abbas Scotorũ Coloniæ, vt viri docti probant ex Trithemio lib. III. de viris Illust. or-

ex n.S. Benedicti cap.CCXLI. & Sigeberto Gemblacen.chron.ad annum MXXVII. *Florebat hoc tempore Ecclesiastica Religio per Abbates nominabiles: in Francia quidem, & Burgundia per Odilonem Cluniacensem pietate insignem, per Gulielmum Diuionensem in austeritate reuerendum: in Lotharingia per Richardū Virdunensem piagrauitate, & graui pietate discretum per Poponem Stabulensem, per Heliam Coloniensem per Osbertum, & Stephanum Leodicensē, per Bernonem Augiensem* Idē S.Pantaleonis, & S. Martini simul Abbas periclitatus est vocante in iudicium eiusdem Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo, vti à Mariano Scoto proditum chronic. lib.III.anno MXXXIV. *Propter Religionem destructam, disciplināque nimiam, & propter aliquos Scotos, quo secum habebat Helias Scotus Abbas, qui Monasterium S.Pantaleonis, & S.Martini pariter in Colonia regebat, Piligrinus Coloniensis Archiepiscopus inuidiosis viris instigatus Heliam Abbatem voluit expellere, & omnes Scotos monachos, quos secum habebat Helias Scotus Abbas statim cum de Aula reuertisset, dixit cum cæteris Scotis, si Christus in nobis peregrinis, est nunquam viuus ad Coloniam veniet, Piligrinus, & ita Dominus compleuit.* Pleraque edidit, sed omnia periere præter opusculum vnicum.

De Scotorum Peregrinorum Innocentia ad Imperatorem.

Florebat in Germania anno MXXVII. Sigebert. in discrimen vocatus ab Archiepiscopo Coloniensi anno MXXXIV. Marian. obiit II. Eidus Apr. il. anno Salut. MXLII. eodem autore, & præter rerum Coloniensiū scriptores, meminit Ioannes Maior lib. II. hist. Scot.cap. XIII. Arnol. Vuion. libro III. pag. CXXXIII. Magnæ prudentiæ, & sanctitatis eum vocat, colitur die XII. April. Vuion.

S. HIGBALDVS. 632.

S.HIGBALDVS, siue *Higebaldus*, aut *Hucbaldus* Beda lib. V. cap. III. Vuion. lib. III. lig. vit. pag. CDXVII. Abbas primum Lindissæ insulæ, ac mox Episcopus: vtriusque probata apponam testimonia, quod Abbas eò loci fuerit ex Beato Marcellino liquet in vita S. Suniberti capit. tertio apud Surium Tom. III. *Audierat quod in prouincia Lindissæ esset monasterium Bearnense, cui præfuit Abbas Higbaldus, vir mansuetissimus, & sanctissimus, in quo*

multi

multi sancti Patres, ex Hibernia, Scotia, Anglia regulari institutione insignes pietatis, & charitatis opera diligenter obseruantes, die, noctuque indesinenter in magna pœnitentia Deo seruirent. Erat autem natione Scotus. Episcopali eundem dignitate ornatum est in confesso. Florent. VVigornien. *Higebaldus Lindisfarnensis Episcopus obiit, pro quo Egbertus electus.* Tota hæc Antistitum successio Scoti erant. Sedit hic numero xi. sub quo decretum, vt quia prædones insulam infestabat, ss. corpora in continentem trāsferrentur, ait Gulielmus Malmesburiensis. Eius sunt.

Monastica vita Regula.	*lib.* 1.
Expositio Psalterij	*lib.* 1.
Homilia ad fratres.	*lib.* 1.

Obijt anno Salut. DCCCIII. nescio an idem sit cū *Hucbaldo*, de quo Trithemius lib. II. de viris Illust. ordinis S. Benedicti cap. XLIX.

S. HIMELINVS. 633.

S. *HIMELINVS* memoratur à diligentissimo Ioāne Molano addition. ad Martyrolog. Vsuardi die x. Martii. *In Vissenaken iuxta Thenas in montibus S. Himelini Confessoris qui natione Scotus, & Beato Rumoldo carne propinquus, præfato loco febre pestilenti tactus, diem obijt mirificante domino eius obitum multis signis, & miraculis* Pet. Cratep. de ss. German. pag. LXXXVI. *S. Himelinus confessor, & natione Scotus.* Scripsit.

Precandi formulam.	*lib.* 1.

Floruit circa annum DCCLXXV. vti inf. lib. XVI. habetur. non est adscriptus Diuis, sed tamen oppidum *fanum* S. Himenini vocatur. Molan. Indic. ss. Belgij. pag. XXXVIII. vbi Scotum vocat.

S. HILDVLPHVS. 634.

S. *HILDVLPHVS*, seu *Hidulphus*, Vuion lib. III. pag. CCXXI. monasticæ vitæ professor celebri sanctitatis fama extra patriā peregrinatus claruit. Laur. Surius Tom. VI. die VII. Nouemb. ex Au-tore vetusto Anonymo. *Cum Dagobertus Rex ad Regni Frācorum gubernacula sederet, sanctus Florentius cū Beato Arbogasto, Theo-*

dato, & Hidulpho è Scotia venerũt in Alsatiã. Porrò hic frater *S. Eberhardi* S Episcopi Ratisbonensis, Pet. Cratepol. ss. German. pag. xxcv. velut alij, & forte verius præceptor. Scripserat.

Epistolas ad populares. *lib.* I.

Quo tempore aut vbi loci vixerit post assumptos ad Pontificatum *Florentium*, & *Arbogastum* haud facilè dixerim, nisi sit Treuirensis Archiepiscopus ss. albo adscriptus ad diem xI. Iulij addition. ad Martyrologium Vsuardi. Molan. *à Pipino Caroli Magni* patre inauguratus Trithem. lib. III. de vit. Illustr. ordin. S. Benedicti cap. CC II. qui *Archiepiscopum*. vocat Petr. Cratepolius, & Arnoldus Vvion lib. II. cap. XXXII. vbi eum tria monasteria ædificasse ait. Claruit anno salut. DCLXXV.

Alius ab isto est *Hildulphus*, qui *Annoni* Archiepiscopo Coloniensi successit, vt Monachus Sigebergensis habet lib. II. vit. *S. Annonis* cap. VII. eum *Hildolphum* vocat Marianus Scotus lib. III. anno MLXXVII. quo anno Archiepiscopus ille renunciatus.

S. HVNALDVS 635.

S.*HVNALDVS* Scotus, & S. Columbani Scoti discipulus, cui ille opera sua dedicauit, vt ex præfatione liquet.

Suscipe Hunalde lubens, & perlege mente serena
Dicta Columbani fida te voce monentis.

Claruit anno DLII. depositus in Luxouio, dies incertus.

S. HIERO. 636.

S.*HIERO* seu *Iero* à Petro Galesinio in Martyrologio, & à Ioanne Molano in Indice ss. Belgij, & in Addition. ad Vsuardum die XVII. Augusti celebratur, sed illi nõ sunt ad manũ. Arnold. Vuion lib. III. lign. vit. pag. CCLXXI. *In Hollandia Monasterio Edmunda S. Hieronis Presbyteri, & Martyris, hic è Scotia Euangelicæ prædicationis causa eò profectus dum ad suscepti muneris vigilantiam attentus homines è tenebris ad lucem reuocat à barbaris securi percussus per martyrium abijt ad dominum.* Multis de eo tractat Petrus Cratepolius in Episcopis Germaniæ *Zeronẽ* male vocat Ioannes Geerbrandus à Leidis Carmelita lib. I. chron. Belgici cap. IX.

sed

sed melius ad historicæ veritatis fidem Renerus Snous lib. IV rer. Batauicar.pag. XLIX. *Eminētem sacerdotio Hieronem rapere, Scotia oriundum, ac nobili prosapia, præditumque singulari doctrina.* Rursus lib. V.pag.LVI. *Nothbodo* diues admonetur, vt *S.Hieronis* sepulturam latentem indicet, sed re, quasi somnio, neglecta, iterū cum minis terretur, vt gloriosum corpus reuelet, sed dū adhuc non paret, equos amittit, qui ad Sancti tumulum immoti perstant, quare Theodorico Comiti Hollandiæ nuntiata, decenter eum humeris suis suppositis transferendum curat, & Egmondæ cum S.Adelberto cōdendū curat, *sic vrna vna*, inquit author, *ambos habet, quos patria vna viuos iunxerat*; ex eodem illo Molano Constantinus Ghinius pag.LVII. *In Holandia S.Hieronis presbyteri, & Martyris Scoti.* Scripsit.

Sermones multos ad Hollandos. *lib.* I.

Exhortationes ad fratres Egmundanos. *lib.* I. vbi sepultus miraculis claruit licet alii prope *Egmundam* in Castello *Norvvih*, sed locus ille martyrii fuit, sepultum velint.

Passus est anno DCCCLVI. Monasterium *Egmunda* totius Hollandiæ opulentissimum D. *Adalberto* Scoto sacrum, Patrum memoria ab insanientibus hæreticis ita subuersum, vt vix hodie rudereta supersint.

S. HELIAS. 637.

S.*HELIAS* socius laborum ac discipulus S.*Leuini*, cum ex Scotia secutus in Belgium, operam præclaram rei Christianæ nauauit, & cum *Foillano*, & *Kiliano* sanctissimi viri magistri sui corpus post martyrium illud illustre in pagum *Hauthem* sepeliēdum detulit. Vita S.*Leuini*, quam in Epitomen coarctauit Franciscus Haræus die XII. Nouembris. Scripsit.

Passionem Leuini magistri. *lib.* I.

Peregrinabatur anno DCXXXIII. XI. Nouembr. Ioan. Domins.

S. HADROVS. 638.

S.*HADROVS* Scotus Abbas in Belgio coætaneus S. *Forannano*, vt in eiusdem sancti vita patet, & ferè semper vsu receptum, vt

Scoti

Scoti sancti, aut limina Apostolorum, locáue sancta Dominicæ passionis visitaturi, discipulos secum ducerent, & vitæ suæ testes, & gloriæ participes, vsque adeò verum est, quod in Theatro conuersionis gentium scribit Arnoldus Mirmannus, *Scoti, & Anglisiue Britanni crebrò olim, dum aut terram sanctam, quam dicimus, aut Apostolorum limina visitarent, passim Euangelium prædicando seruiebāt.* ex horū numero *Hadrous* noster, sed vbi substiterit, aut vbi depositus sit, aut denique, quid scripserit inexploratum.
Claruit anno DCCCXXCII. Molanus, Ghinius, alii: dies incertus.

S. HELANVS. 639.

S.*HELANVS* Scotus vnus eorum, qui cū s.*Eloquio* Scotia egressi *per Saxoniam, & Galliam multum populum domino lucrati:* Alius ab eo, qui s.*Gibirini* frater à Flodoardo Rhemense numeratur: cū eodem s.*Eloquio* prædicatione finita, beato fine quieuit in VValciodorensi Cœnobio. Ioannes Molanus Nat.ss. Belgii, & ex eo Ghinius pag. XCIX. scripta perierunt.
Claruit anno DCLI. dies cultus ignotus.

S. HETTO. 640.

S.*HETTO* seu *Otto* Scotus S.*Helani* socius, & collega, S.*Eloquij* discipulus, Apostolico spiritu afflatus, in Germania inferiore, & Gallia Euangelium concionabundus annūtiauit. Molanus. Ghinius locis laudatis, & vita S. Eloquii.
Claruit anno DCLI. colitur CCIII. Februar. vita *B. Osualdi* Carthusiani, ille vir sanctus è Belgio huius reliquias in Scotiam intulit.

S. HERMANNVS. 641.

S.*HERMANNVS* Scotus, vt existimo, monachus Benedictinus saltem, quod negari non potest, professus Coloniæ in monasterio s. Pantaleonis, quod Scotorum ea ætate, & diu antea fuerat, nisi fallit loci chartularium, & acta, ex quibus Conradus Monachus in vita S. *VVolphelmi* apud Surium tom. II. Vuion, & alii.
Claruit

Claruit anno MLX.colitur die XXII. Aprilis & XV. Februar. Martyrol. Carthusian.

S. HILVVARIS. 642.

S.*HILVVARIS* virgo Scota,cuius mentio in vita coætaneæ,& æqualis suæ S.*Odæ*,vt ex vetustis scriptoribus obseruat Molanus, nec verò alibi de ea quicquam compertum,nisi vna cũ *Odda* Rhodæ quiescere,& ut loci patronam honorari.

Claruit anno DCCXIII.colitur die XXIIX. Nouemb. Acta loci.

S. HONESTVS. 643.

S.*HONESTVS* presbyter, confessor,& præceptor *S.Firmini* primi Episcopi Ambianensis, vt supra Ghinius pag. LXIIX. *Ambiani in Gallia,S.Firmini,primi eiusdem ciuitatis Episcopi, & martyris, qui ex Hibernia partibus ab Honesto presbytero literis eruditus*.Petrus lib.VIII.cap.CXLX.*cum esset adhuc puer traditus est in disciplinam Honesto presbytero sacris literis imbuendus,pro Honesto iam sene,prædicationis officium supplens*.vterque vult *S.Firminum*, & eius educatorem.S.*Honestum* in Hibernia ortũ,quò loci pro Scotiæ ea parte,quæ montibus,& syluis horrida Oceano occiduo alluitur,ut in Martyrologio Romano die XVI.Decembris,vbi Ecclesia in Hibernia ponit *Aberdoniam* nostram,nec verò in Hirlandiam hæc quadrare possunt,cum diu post sanctos istos in idololatriæ tenebris delituerit,nam senex erat *Honestus*, dum puer esset *Firminus*,& hic passus anno ætatis LXIV.salutis ccc.ut plusquã cc.anni numerentur inter huius depositionem,& primam primulamque Hiberniæ conuersionem,quæ per S.*Patricium* Scotum facta,& LX.annis vix perfecta:atque etiam si fabellis anilibus illius gentis credamus,inter senectutem *Honesti*,& mulieris Pictcæ piã in Hibernos operam, anni sunt plusquam centum; quomodo igitur Hiberni *Honestus*,& eius alumnus *Firminus*, cum primùm per ancillam Pictam Christus ijs inuotuerit?fraudes sunt suffuciæ, & fuit *Honestus* splendidum primitiuæ Scotorum Ecclesię iubar, nulla enim ea ætate Christiana Hibernia præter Scotiã.Scripsit.

Insti-

Institutionem cleri. lib. 1.
Ad Gallia Episcopos. lib. 1.

Claruit anno CCLIII. colitur in monasterio S. Mariæ in Insula Trai le XX, Septembris, ubi reliquiæ eius. Et hic Canonicus Regularis.

S. HVGO. 644.

S. HVGO *Prior de Maia vir magnæ sanctitatis, & abstinentiæ*, inquit Scotichronicon lib. X. cap. XXVI. Canonici ordinis ornamentum patria Dumblanensis traditur, & habitū in Scona induit. Scripsit.

Pro regimine claustri. lib. 1.

Depositus confessor anno MCCLXIX. colitur die II. Ianuar. Scotichron. extat officium.

ADAM HANGALISIDE. 645.

ADAMVS *Hangalisside* secundus Prior Carthusiæ Scotorum in valle uirtuosa, *qui diu, & sanctissimè in ordine transmare stetit, & religiosissime se gessit: successit Osualdo, & præfuit decem annis* Scotichronicon lib. XVI. cap. XIIX. Scripsit.

Quædam Spiritualia. lib. 1.

Claruit anno MCDLX. Beatum eum habet uita per Hugon. Stuartum scripta.

GEORG. HEPBVRN. 646.

GEORGIVS *Hepburnus* Dominicanus Deidonēsis, vnus eorum qui tum Prouincialis Scotiæ esset, monasticam disciplinam, exemplo potius, quam præcepto restituit, summa literatura, nec minore zelo, acris iudicii, firmæ memoriæ, ut semel dicam, uir tantus describitur, quantum illa ætas, literis melioribus sepultis, ferre poterat. Scripsit.

Collectiones Theologicas. lib. 1.
Ad fratres pro reformatione. lib. 1.

Claruit in Scotia anno MCCCXXIV. Hect. Boeth.

GEORG.

GEORG. HEPBVRN. 647.

GEORGIVS *Hepburnus* alius ordine temporis uitæque cōditione ab eo diuersus, quippe Decanus Dunkeldensis, filius *Baronis Halis* vir *Sapiens* inquit Brunus Albas pag. XLIIX. turrem altam, munitissimamque ęre suo erexit, ne præsidiis suis careret Ecclesiasticus ordo, insuper in eadem sua Ecclesia solenne sacrum, in perpetuū, hora XI. celebrandum, censu constituto, in sacello Deiparæ Virginis instituit: sæuiente annonæ angustia maximas erogauit in pauperes impensas: quotidie chorum frequētabat, etiam si amici operam exposcerent: *Ioanni Adæ* Theologo Dominicano, & Prouinciali, ordinis sui emendationem molienti, impiger adfuit, & ijsdē patribus, ad D. Andreæ, ære suo, claustrum fundauit, dotauit, & concessit. Scripsit egregium volumen.

De vtroque statu Ecclesiastico. *lib.* I.

Floruit anno MDII. quo obijt, sepultus in eodem, quod diximus, sacello.

IAC. HERRIS. 648.

IACOBVS *Herrisius* Prior in Tungland ordinis Præmonstratensis, vir eximius in Theologicis studijs versatissimus, nec secularium literarum expers, Doctor Sorbonicus, conuentū suum ruiturum reparauit, aream exteriorem quadrato lapide strauit, claustrum muro circunducto extendit: Concilio Cōstātiensi adfuit. Scripsit.

De validitate traditionum. *lib.* I.

Pro Georgio Merchiarum Comite. *lib.* I.

NATHAN. HVNTER. 649.

NATHANIEL *Hunterus* Dornensis presbyter Theologus, *S. Reuoci* curio, turbata Catholicæ fidei puritate, & hęrese præualente, cum amplius resistere non posset, solum vertit, ac primum Brugas se contulit, inde in Italiam descendens, Archiepiscopo Mediolanēsi in paucis charus, literarium otium nactus, vsque ad vitæ finem, magna ęstimatione egit, vbi multa scripsit, vt erat

vir exercitatissimus, in manus meas venit è typis Venetis Iunctarum opusculum.

De causis Hæresis apud Scotos. *lib.* III.

Exilium passus anno MDL.

IOAN. HVRREY. 650.

IOANNES Hurrey Aberdonensis poeta patria lingua elegans, & disertus, autor Heroici illius poematis, quod tanti faciunt.

De Penardo, & Laissa. *lib.* I.

Viuit adhuc, & suos studio honestat.

GILBERTVS HVNT. 651.

GILBERTVS Hunt D. Bernardi habitum induit Lutetiæ, & rara ingenii fama claruit. Scripsit.

Lecturas Theologicas. *lib.* I.

Replicationes Scholasticas. *lib.* I.

Scribebat anno MCCCXLIII.

NICOLAVS HEBRON. 652.

NICOLAVS Hebron, seu Hepburnus, seu Hexbron sub D. Francisci Regula sobriè, & piè diu vixit, sanctæ conuersationis, & eruditæ. Scripsit.

Enarrationes Euangeliorum Quadragesimalium. *lib.* I. quæ Germanica lingua prodierunt Coloniæ.

Enarrationem lamentatoriam in psalmum LXXVIII. Francisc. Gonzaga part. I. de orig. Relig. Seraph. pag. LXXXVIII. Henricus Villot Belga Athenar. Orthodoxar. pag. CCLXXVII. eum *Guardianũ Conuentus Brulensis Prouinciæ Coloniæ, & Generalem Commissarium Cismontanũ* vocat, eiq. opera alia ibidem loci assignat

Paradoxa Theologalia. *lib.* I.

Conciones in Euangelia Quadragesimalia. *lib.* I. aliud à precedenti opus.

Enchiridion locorum communium. lib.1
De tribus votis, & obedientia Religiosorum. lib.1.
Monas sacrosancta Euangelicæ doctrinæ contra Franciscum Lambertum Aunionensem Apostatam. lib.1.
Methodus concionandi. lib.1.
Epistola ad Minoritas. lib.1.
Monotesseron Passionis Domini Nostri Iesu Christi lib.1.
Optima Apologia. lib.1.
Veteris vitæ emendatio. lib.1.

Vixit anno MDLII.

SAMSON HAYVS. 653.

SAMSON *Hayus* Monachus Gulielmita Parisijs, quem ordinem, ab habitu *Albapallia* vocant, cum ex Scotia studiorum ergo eò se contulisset, religioso voto se lubens obstrinxit, & magna eruditionis, nec minore pietatis fama floruit. Scripsit verò.

Theologiæ Scholasticæ Theses. lib.1.
Sorbonicas Conclusiones. lib.1.
De ordine suo. lib.1. quod opus laudatur à Ioanne Marques Augustiniano cap. de Antiquitat. ordin. sui. §.XI. Ego sanè non vidi.

Viuebat anno MDIV. vt aiunt, si ita est, ergo ille ordo in Scotia fuerit, nam in hic patria monachum induerat.

THOMAS HENDERSONVS. 654.

THOMAS *Hendersonus* IC. sui æui clarissimus, Edimburgensis Proprætor, morum elegantia conspicuus. Scripsit, vt est amæni ingenij plurima, sed ego tantum vidi.

Gesta sui seculi. lib.1.

Viuit adhuc in patria.

H V G O. 655.

HVGO Episcopus Sanct. Andreæ sedem illam abiurare, & Dunkeldensem transire coactus à *Rollondo* Dolensi Antisti-

te, & *Seluano* Rieuallense Abbate, vt narrat Rogerus de Houeden Annal. part. II. pag. CCCLII. Extant *Vrbani III.* Epistolę super ea controuersia ad *VVilhelmum* Regē, & ad *Iocelinum* Glascoen sem Episcopum apud eundem pag. CCCLXI. & *Clementis III.* decretum ad Glascuensem, & Aberdonensem Antistites recitatur in eodem pag. CCCLXVIII. ad vltimum gradu Ecclesiastico deiectus, & sacris interdictus Romam concessit, & absolutione, clementissimi Pontificis commisseratione, impetrata, ex peste cū tota familia ibidem loci interiit. Idem pag. CCCLXX. Scripsit.

Pro causa sua ad Apostolicos. *lib.* I.

Mota ei controuersia anno MCLXXXII. Obijt MCLXXXVIII. mense Augusto, silent Historiæ nostrates.

HVGO. 656.

HVGO Abbas de Neubotle memoratur in literis *Clementis* III. super negotijs *Ioannis* Episcopi S. Andreæ Roger. Houeden. Annal. part. II. pag. CCCLXIX.
Floruit anno MCLXXXVIII.

B. HEREBERTVS. 657.

B. *HEREBERTVS* Glascuensis Episcopus memoratus à Rogero de Houeden lib. II. pag. CCLXXXIII. Scripsit.

De Sumerledi motu, & pœna. *lib.* I.

Claruit anno MCLXIV.

B. HERBERTVS. 658.

B. *HERBERTVS* Prior Coldinghamiæ exemptionem Scoticarum Ecclesiarum ab Eboracensi impetrauit. Scripsit, vt est apud Houeden pag. CCCXI.

De Pactis Eboraci initis. *lib.* I. meminit Fordanus. MS.

Claruit anno MCLXXV.

HARTMANNVS. 659.

HARTMANNVS sub *S. Columbani* Regula *S. Galli* in Heluetiis monachus, vir pius, & Poeta clarus cum ipso Cœnobiarcha Gallo ex Scotia veniẽs eò loci subſtitiſſe creditur innuit, ipſe quodam epigrammate.

Inde Columbanus noſter Pater, atque magiſter
Alpibus excurſis, aerÿſque vÿs.
Hic aderit præſens, alacriſque ad gaudia tanta
Agmina coniunget conſociata ſimul.
Coniunguntur ei celebres, greſſuſque fatigant
Tres quoque Francorum, Scotigenę pariter.

Inter illuſtres illius ordinis viros cẽſetur, & nuper eius edidit in Tomis Antiquarum lectionum Henricus Caniſius

Epigramata varia.	*lib.* 1.
Poemata varia.	*lib.* 1.

Floruit anno DCLXX, ſub Conrado II. Imperatore, & *Ferguhardo* II. Scotiæ Rege.

HERVÆVS. 660.

HERVÆVS nobili familia ortus, quæ etiamnum apud noſtrates viget in aula Anglica diu vixit, primuſque Bangoræ Epiſcopus ſedit, ſed eam *ſedem ſpe maiorum diuitiarum reliquit*, ait Gulielmus Malmesburienſis, *cauſatus, quod ſibi, & VVallenſibus non bene conueniret.* Ei ſucceſſit *Dauid* Scotus, de quo ſupra hoc opere ſuo loco, ille verò aliò translatus, ſed haud facile eruere quęnam illa fuerit Eccleſia. Franciſcus Godvvinus pag. DCLXIII. putat eum fuiſſe primum Elienſem, Epiſcopum, ſed falsò, nam à Bangorenſi in Anglia Cathedra ad Lexouienſem in Normania, Rege Angliæ volente tranſiuit. Docet Epiſtola MS. S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Henricum I. Regem. *Henrico ſuo kariſſimo Domino gratia Dei Regi Anglorum, & duci Normanorum, Anſelmus Archiepiſcopus fidele ſeruitium cum orationibus. Mandauit mihi dignatio veſtra per electum Epiſcopum VVintonien*

ſem

sem, vt sibi scriberem, vtrum Domnus Hernaus Episcopus Baxcoronensis posset cõstitui Episcopus in Ecclesia Luxouiensi hoc vtiq. facile fieri non intelligo. Sicut enim nullus Episcopus sacrari debet alicuius Ecclesię sine consensu, & consilio Archiepiscopi, & aliorum Episcoporum totius prouinciæ: ita qui consecratus est Episcopus, non potest constitui in alia prouincia Episcopus Canonicè sine cõsilio, & assensu Archiepiscopi, & Episcoporũ eiusdem prouinciæ cum Apostolica autoritate, nec sine absolutione Archiepiscopi, & Episcoporum, in qua sacratus est, qua absolutio fieri nequit sine magna, & communi consideratione, & consilio eorum sine quibus consecrari, vt dixi, nõ possit. Omnipotens Deus dirigat vos in hac & in alijs actionibus vestris. Amen. Hæc de illo ab Anselmo, qui licet translationi ipsius videretur aduersari, tamen Rex eum consecrari voluit, Autor Robertus Cenalis.

In Epistola illa manifestus error, nam Ecclesia *Luxouiensis* celebris in Burgundia Abbatis est à s. *Columbano* Scoto, vt dixi, structa, quæ & *Lussedium* vocatur à vetusto scriptore in vita s. Eligij Nouiom. Episcopi lib. x. cap. xxi. producit Surius Tom. vi, Lexouiensis sedes in Normania Rothomagensi suffraganea, & tamẽ idem error in Iuone Carnotẽsi Epistola CL III. ad Gilbertum *Ebroicensem* Comitem. *Quod de Luxouiẽsi Ecclesia benè incæpistis*, Corrige de *Lexouiensi* Ecclesia. Idem iterum Epist. CLIV. *Luxouiensem Ecclesiam per violentiam Anglici Regis inuadat*, eodem modo corrigendum. Et cap. CLVII. *In Ecclesia Luxouiensi paternitas vestra cognoscere poterit.* Totus contextus conuincit de *Lexouiensi* intelligendum. Sed & apud Petrum Venerabilem *Episcopus Luxouiensis* mendosè scriptum notat Franciscus Iuretus, quantum temporis Ecclesiam rexerit, non deprehendi neque vbi obierit. Scripsit. *Epistolas ad Henricum Regem Anglię. lib. 1.*

Floruit anno MX.

IOANNES HEPBVRNVS. 661.

IOANNES Hepburnus *s. Andreæ Prior, multo dignissimus, cuius ciuiles res gestæ, atque sacra digna sunt, quas perpetuis posteritas extollat laudibus*, ait Hect. Boethius lib. XVI. histor. Scot. pag. CCCXXXIII. Parisijs Iuuenis studuerat, & scripserat.

De Venatione Poema elegantissimum. lib. 1.

Obiit Andreopoli anno MDI.

HENRICVS CÆCVS. *662.*

HENRICVS quidam à Natiuitate cęcus, rara tamen ingenij felicitate Homerus alter, patriam linguam supra ætatem suam ditauit. Scripsit operosum, & grande opus versu vernaculo.

De gestis Gulielmi V. Vallasij. lib. x. huic filio *Gulielmi*, *ab Eldeslie*, nepoti *Adami à Ricarton* ingens gloria, & famæ æternitas cessit, quod libertatem oppressæ patriæ sola sui virtute restituit, tyrannide Anglorũ multis præliis excussa, & cum proceres in seruitutem vltrò ruerent, vnus tam potẽti Regi, ac factioni resistere ausus, armis inuictus, ac sola inuidia debellatus.

Viuebat Anno MCCCLXI.

IACOBVS HARRISONVS. *663.*

IACOBVS *Harrisonus* in aula Anglicana aliquandiu vixerat, nam *Eduardo Semaro* Somersetensiũ Duci, Regis minoris auunculo, ac Regni administratori opus inscripsit quo Scotos, & Anglos ad mutuã concordiam hortatus, grauiter de vtriusque Regni viribus, & ex bello incommoda ex pace emolumenta pertractat, Titulus operi *De duorum Regnorum vnione. lib. 1.*

Claruit anno MDXLVII.

EDVARDVS HENRISONVS. *664.*

EDVARDVS *Henrisonus* antecessor, & professor Regius Bituricensis Franc. *Duareni* Collega in illius Academiæ grata memoria, etiamnum hodie viuit, vigetque vir humanioribus literis instructissimus solis *Papinianis* ĩ Iuris cognitione inferior. Scripsit

In Titul. X. lib. II. Institution. Iustinian. de testamentis Bibilioth. Iurid. *lib. 1.*

Librũ de iurisdictione pro Doctore suo *Eguinario Barone* contra

contra *Antonium Coueanum*. Alia n on vid'.

Plutarchi Commentarium Stoicorum contrariorũ latinitate donauit, ex Franc. Duareno dedicauit. Lugdun. MDLV. Claruit anno MDLXXI. meminere eius cum laude Elenchus Iurisconsultorum. Ioan. Nenizanus, Ludouic. Gomesius, Ioan. Fichardus. Ioannes Baptista Ziletus. Io. VVolfgangus Freymonius.

HENRISONVS. 665.

HENRISONVS *Eduardi* filius aduocatus in Senatu Edimburgensi Scotico, familiaris admodum commendante virture *Iacobo Stuarto* Regni Cancellario, Araniæ Comiti. Edidit.

Apologiam pro patre. lib. 1. Pictauij.

Obijt Edimburgi Anno MDXCVII.

ALBANVS HILLVS. 666.

ALBANVS Hillus *Medicus nobilissimus, optimus, atque in omni literarum genere maximè versatus* ait Bibiliothecę medicę autor et repetit Bassianus Landus fuisse Scotum, & gentilē suum *Robertus* Hillus, qui philosophiæ professor Monspelij obijt, asseruit li bde peregrinatione sua. Hic Scripsit.

In Galenum permulta. lib. 1.

De Anatomia Galeniana. lib. 1.

Incertum quo seculo floruerit.

HVNIBERTVS. 667.

HVNIBERTVS clarum suæ gentis nomen Gallijs, Germanijs, Italiaque lustratis. Edidit.

Chronicon Scotorum. lib. 1. Index Anonymi.

Floruit anno DCCXXX.

PATRITIVS HAMILTONVS. 668.

PATRITIVS Hamiltonus, & si illustri loco ortus nomen tamen in hac nomenclatura nõ inueniret, nisi ad perpetuam nominis insa-

infamiam etiam æternis addicti pœnis à sanctis Ecclesię Doctoribus nominarentur, sic hæreticorum Catalogum contexuit *Epiphanius*, & alij eū secuti. Hic ergò adolescens XXIII. annorum *Marpurga*, quam *Philippus* Hessorum Princeps Academiam fecerat, primus professor, In Scotiam redux cum execrandi dogmatis virus, quod in Germania nefariè hauserat, domi vomere inciperet, hęreseos Andreœpoli damnatus, ad stipitem religatus vltrice flamma pœnas pependit. Laudat *Franciscus Lambertus* Auenionensis in præfatione operis sui in Apocalypsin, sedet ipse eiusdem veneni potor, & sectæ hæreticus. Scripsit verò hic.

De lege, & Euangelio. *lib.* 1.
De fide. & operibus. *lib.* 1.
Locorum communium. *lib.* 1.

Exustus est pridie kalend. Mart. anno salut. human. MDXXVIII.

S. HERMANNVS. 668.

S. *HERMANNVS* vnus ex ijs est patribus, qui Pelagij insanientis audaciam eo in Regno repressit, docet Epistola, cuius hæc est Epigraphe Tom. III. Concilior. in Decretis Honorij. I. cap. XIX. *Dilectissimis, & sanctissimis Thomiano, Columbano, Chromano, Dimano, & Bathano Episcopis, Chromano, Hermannoque, Laustrano, Stellano, & Segiano Presbiteris, Sarano, cæterisque Doctoribus, & Abbatibus Scotis, Hilarius Archipresbyter, & seruans locum sanctæ sedis Apostolicæ, & Ioannes Diaconus, & in Dei nomine electus item Ioannes Primicerius, & seruans locum sanctę sedis Apostolicę, & Ioan. seruus Dei, & consiliarius eiusdem Apostolicæ sedis.* Sequitur deinde Epistola ipsa, ex qua liquet eos Romam dedisse literas, quibus & Arriani perfidiam accusabāt, ne in Scotia spargi inciperet metuebant, item de Paschatis obseruatione doceri cupiebant. Scripsit ergò *Hermannus* presbyter.

Epistolas ad Hilarium Seruantem locum sanctæ sedis Apostolicæ, & alios de Pelagiana hæresi. *lib.* 1.

Viuebat anno DCLXVI. nomina hæc corrupta magna ex parte supra hoc opere ostensum.

S. HEREBERTVS. 668.

S. *HEREBERTVS* Scotus *S. Bonifacij* Germaniæ Apostoli discipulus, ex eorum, vt puto, numero, qui ex Britannia ab illo euo-

cati sedulam operam ad gentium Germanicarum conuersionem nauarunt, alios enim secum sanctus ille duxit, alios, Romæ ordinatus & in Frisiam à *Gregorio II.* cum Apostolica autoritate destinatus, patria ad se acciuit: ab eodem Episcopus Frisingensis inauguratus primus illius sedis antistes fuit magna pietatis, eruditionisque opinione. Meminit Ioan. Trithemius lib. IV. de vir. Illustribus ordin. S. Benedicti cap. CCXXI. Scripsit.

Epistolas ad Bonifacium. *lib.* I.

Officiarium suæ Ecclesiæ. *lib.* I.

Floruit anno DCCLXXX.

FRANCISCVS HAMILTONVS. 669.

FRANCISCVS *Hamiltonus* Scotorum D. Iacobi Maioris in suburbio Herbipolitano Abbas, vir pius, & literatus, magno labore Monasterium illud Scotis ademptum per *Laurentium* Episcopum Orientalis Frāciæ Ducem, & Bullam Alexandri VI. Pontificis in Teutones iure illius transmisso anno MCDXCIX. Scotorum nationi iterum concedente Illustrissimo *Iulio* Episcopo Herbipolensi, præsentibus Ecclesiæ Cathedralis Canonicis quorum liberalitate *Embricho* Episcopus illud olim, fundarat anno MCXL. Scripsit.

Orationem de Reformatione monasterij Scotorum Herbipoli. *lib.* I. habita est coram *Iulio* Episcopo, Principe Orientalis Franciæ, & cæteris optimatibus. Prodijt Herbipoli. *Ioannes Busæus* Soc. Iesu Presbyter in præfatione ad opera Trithemij.

Controuersa[s] fidei capita, & alia multa, quæ posteritatis memoriam merentur. Sed ego non vidi.

Floruit anno MDXCV.

IOANNES HAMILTONVS. 670.

IOANNES *Hamiltonus* S. Andreæ Archiepiscopus frater *Iacobi* Arraniæ Comitis, & Ducis castri Heraldi, quòd religiosis esset subsidio, Reginæque dignitatem strenuè tueretur, à perduellibus Re-

g'c'dii suspectus, ne in iudicium quidem more patrio vocatus, inaudita causa suspensus, & necatus. Sola accusationis vmbra, sacerdotem in sacra cõfessione id ex pœnitente quodã audiuisse, quod pro ingenio suo hæretici finxerunt. Huius fatum tanto sanè Principe indignum G. Buchananus falso epigrammate, nimiũ factioni perduellium addictus perstrinxit.

Restis Hamiltonum necat, ensis vt ante Betonum.

Fuit hic magna in Reginam afflictam charitate, & veluti vnicum insanientis hæreseos impedimentum. Scripsit.

Rationes cur Regina Scotiæ non deberet se fidei Elizabethæ Anglicanæ committere. *lib.*i. Anonymus Gallicè scriptor de Martyrio *Mariæ Stuartæ* Reginæ Scotorũ capita dissertationis ipse recenset, quibus nihil doctius aut argutius.

Extinctus est impiorum manibus, & pietatis victima concidit anno MDLXXI. vide G. Cambdenũ, & Iacobum Augustũ Thuanum lib. LI. historiar. pag. DCCCXXXII.

S. HILDEBERTV 671.

S. HILDEBERTVS Scotorum Archiepiscopus, docuit *Caium Sedulium* seniorem, plenè Petrus lib. xi. cap. LXXI. Scripsit.

Epistolas ad varios. *lib.*I.
De felici Ecclesiæ statu. *lib* I.
De persecutione fidelium. *lib.* I.
Poemata sacra. *lib.* I

Hic postea in Galliis Cenomanensis Episcopus, ac mox Turonensis Archiepiscopus, vt est apud Gulielmum Malmesburiensem lib. IV. pag. LXXV. scripsit præter laudata opera, & in his.

De concordia veteris, & noui sacrificij. *lib.* I. versu eleganti, laudat Anton. Monchiacen. Demochares. tom: III. cap. XXXVI. pag. cxvII.

De Roma versus suauissimos. *lib.* I. *venusta facundia* ait idem Malmesburiensis in alia editione est, *vetusta facundia*: apponã quosdã, vnde Itali, Germani, Franci hauserunt.

Par tibi Roma nihil, cum sis prope tota ruina,
Quàm magni fueris integra, fracta doces.
Longa tuos fastus ætas destruxit, & arces
Cæsaris, & superum templa palude iacent.
Ille labor, labor ille ruit, quem dirus Araxes
Et stantem tremuit, & cecidisse dolet.
Quem gladij Regum, quem prouida iura Senatus,
Quem superi Regum constituere caput.
Quem magis optauit cum crimine solus habere
Cęsar, quam socius, & pius esse socer:
Qui crescens studijs tribus, hostes, crimen, amicos,
Vi docuit, secuit legibus, emit ope.
In quem dum fieret, vigilauit cura Priorum,
Iuuit opus pietas, hospitis vnda locum.
Materiam, Fabros, expensas axis vterque
Misit se muris obtulit ipse locus.
Expendere duces thesauros, fata fauorem,
Artifices studium, totus & orbis opes.
Vrbs cecidit, de qua si quicquam dicere dignum
Moliar, hoc potero dicere, Roma fuit.
Non tamen annorum series, non flamma, nec ensis,
Ad plenum potuit hoc abolere decus.
Cura hominum potuit tantam componere Romam,
Quantam non potuit soluere cura Deûm.
Confer opus, marmorque nouum, superùmque fauorem,
Artificum vigilent in noua facta manus.
Non tamen aut fieri par stanti machina muro,
Aut restaurari sola ruina potest.
Hic superùm formas superi mirantur & ipsi,
Et cupiunt fictis vultibus esse pares.
Non potuit natura Deos hoc ore creare,
Quo miranda Deûm signa creauit homo.
Vultus adest his numinibus, potiusque coluntur
Artificum studio, quàm Deitate sua.
Vrbs felix, vel si Dominis vrbs illa careret,
Vel Dominis esset turpe carere fide.

Nemo

Nemo vnquam cultius Romę maiestatem adumbrauit. Alius est ab isto *Hildebertus Ostro-francus Dux,& Episcopus Moguntinus,qui scripsit ss.vitas*,vt in catalogo testium veritatis docuit Gulielmus Eisingrinius Spirẽsis,eodemque in argumẽto versati præter eos, quos hoc opere sparsim nominaui.

Flaualdus. Monachus Rhemensis.
Albertus. Abbas Lobiensis.
Arnodulphus. Abbas.
Andreas. Bambergensis Abbas xxxvii.
Heroldus. Monachus Spirensis.
Diemon. Monachus Hirsangiensis.
Bruno. Monachus ibidem loci.
Ernestus. Abbas Zvvifaltensis.
Berchtoldus. Abbas Campidonensis.
Erckenbaldus. Episcopus Argentoratensis.
Gilbertus Folioth. Episcopus Londinensis.
Gulielmus Thorney. Anglus.
Lambertus de Legia.

Quos ideò laudaui,quia ex iis multa potes petere, quæ labores hosce meos,& confirmare,& augere non vulgariter possunt,nec tamen mihi eos videndi vnquam copia fuit.

Celebratur,& alius *Hildebertus* Abbas Blandiniẽsis,qui contra fautores Cæsaris,decretis Pontificum,de imaginibus habendis adhæsit.Meier.in Annalib. Flandr.Autore,sed multis post nostrum seculis.

Floruit anno CD.sedente Romæ S. Innocentio I.Scoto,Imperante Theodosio meminit Trithemius.

ARCHIBALDVS HAMILTONVS. 672.

ARCHIBALDVS Hamiltonus nobili loco natus,nobiliori fama in Galliis claruit,Lutetiæ bonarum artium Professor, Sorbonicus socius,ad D.Quintini Canonicus,vbi haud leue pietatis argumentum exhibuit,nam cum vrbis illius Prætor subiectus,petiisset ab eo sacrũ sibi celebrari,maluit,& sacerdotii iacturam,& supellectilis direptionem pati, & exilium subire,quàm contra decretum

cretum Ecclesiæ quippiam admittere. Romæ magno loco à Pontifice *Gregorio* XIII. habitus, maiore à suis popularibus, quos in fide labantes non mediocriter confirmauit, publica cum *Knoxio* disceptatione habita, quã ita, & vi veritatis, & eloquentia depressit, vt non pauci, hæresi damnata, in Ecclesiæ gremium redirent. Scripsit.

Dialogum in controuersia fidei, quem Th. Smetonus apostata impugnauit *contra Catholicam causam*, alia patri *Tyrio* edenda reliquit: An prodierint ignoro. *lib.* I.

Obiit in Vaticano, ædibus à S.D.N sibi assignatis anno MDXCIII.

ARCHIBALDVS HAMILTONVS. 672.

ARCHIBALDVS *Hamiltonus* in Insulis Scoticis natus, celebri fama Parisiis docuit, Auditorio ingenio suo digno. Scripsit.

De Philosophia Aristotelica. *lib.* V.

Venit Lutetiã anno MDXXXI. Acta nationis Germanicæ ad DD. Cosmi, & Damiani asseruata pag. CLXXIV.

ALEXANDER HAMILTONVS. 673.

ALEXANDER *Hamiltonus* Glascuensis, Lutetiæ etiam in Luxoueo professor magnam sui ab eruditione singulari excitauit expectationem, & impleuit auditorum florente Academia, vota. Scripsit.

Orationes. *lib.* I.
De Illustribus viris familia sua. *lib.* I.
Vrbis Glascuensis Encomium. *lib.* I.

Docebat Lutetiæ anno MDLXXVI. Eadem acta pag. CLXIII.

IOANNES HAMILTONVS. 674.

IOANNES *Hamiltonus* Dumblanensis, & ipse Parisiensis in Nauarro, Barbarano, & Cardinalitio professor ingens gentis suæ decus, Poeta elegantissimus, Orator priscis conferendus. Scripsit.

De laude Academiæ Parisiensis. *lib.* I.

Pro-

Profitebatur Anno MDLXXVII. acta eiusdem nationis pag. CLXIII. vigetque inter doctos etiamnum nomen.

IOANNES HAMILTONVS. 675.

IOANNES *Hamiltonus* alter Sant-Andreanus, licet prius public doctoris munus subierit, tamen posterius priori obiit, insigni ini vtraque lingua eruditione, nec minus hebraicæ, quàm græcæ, & latinæ peritus. Docuit in Becodiano, & Plessæo, demum Sorbonicus socius in Collegio Nauarræo vixit doctiorum doctissimus, vt Claudius Minos dicere solebat. Scripsit.

Præfationes solemnes.	*lib.* I.
De eruditorum prærogatiua.	*lib.* I.
Locorum è Thalmud versio.	*lib.* I.
De Rabinis.	*lib.* I.

Venit Parisios anno MDLXI. Acta eadem pag. LXXXIII.

IOANNES HAMILTONVS. 676.

IOANNES *Hamiltonus* iste omnes sui seculi eruditos incomparabili virtute, & ingenii felicitate longè prætergressus, nobilissimo loco ortus, *Thomæ Hamiltoni* Scotiæ Secretarij, Comitis Mailrosiæ ac Senatoris Regni cōseruatoris frater Lutetię Philosophiā docuit, tum DD. Cosmi, & Damiani in eadem Academia Parochus, socius Sorbonicus adiuuantibus *Busiço le Clerc*, & *Buchero* Doctore Theologo omnes Regni ordines in caput *Henrici* IV. Regis, nondum adhuc Catholici concitauit, nescias feruentiori pietate, an viriliore animo, cum ipse armatus muros cōscenderet, singulos hortaretur, è pulpitis fulminaret. Meminit Satyra Gallica illa ingeniosissima, licet parum pia, cui titulus *Catholicō Hispanię* cuius autor Ioannes Passeratius ferebatur, sed soluta Parisiensi obsidione, & Rege *à Clemente* VIII. Pontifice interuentu *Gordonij* Iesuitæ Scoti absoluto, ipse Bruxellas concessit, *Bucherus* Tornacum, *Brusiçus* in Cimbriam. Noster verò post aliquot annos desiderio salutis suorum ciuium motus in Scotiam traiecit, & à perfidis proditus, à Sathanę ministris captus, ac iussu Regis Londinū

per-

perductus in turrim conіectus. Eius extant multa, sed ego paucissima vidi, quorum hiapices sunt.

Philosophia Aristotelica Epitome. *lib.* 1.
Orationes Rectoris. *lib.* 1.
Conciones ad Populum Parisiensem de officio subditorum in Principes suos. *lib.* 1.
Controuersia Religionis. *lib.* 1.
Admonitiones ad Ministros. *lib.* 1. Vernacule.
Tractatus de Regali corporis Christi in Eucharistia presentia, Item vernacule. *lib.* 1.

Obiit Martyr subarcta in turri Londinensi custodia anno MDCX. vno solo crimine ad missso reus, quod furente plebiorum factione clarissimum, & literatissimum *Barnabam Brisonium* Senatus Parisiensis præsidem, & tot scripsit celebrum nullius compertum criminis in Lautumiis passus sit strangulari, & cadauer cõtumeliis affectũ publico suplicij theatro in sacri ordinis dedecus æternam suffigi. Erat sanè paulò in rebus fidei ardentior, nã, & *Foulerium* virum domi no bilem flagris cædi imperauit, & alios præpostera pietate offendi, cætera tamen si causam religionis demas, mitissimo, & moderatissimo ingenio fuisse perhibetur qui plura cupis, lege Ludouici Ceruini Regii in Senatu Parisiensi aduocati forensem de eo actionem.

PATRITIVS HVMÆVS. 676.

PATRITIVS *Humęas* equestri dignitate à gentelicio patrimonio *Poulnartius* vocatus magno ingenio, pręclaro euentu Poeticen Scoticam adornauit, Regi non magis claritudine familiæ, quàm moribus suauissimis, & rara eruditione, charur. Scripsit.

Cantiones Scoticas. *lib.* 1.
Carmina amatoria. *lib.* 1.
Odas Regem. *lib.* 1.
Satyram in Alexandrum Montgomerium. *lib.* 1. & alia quæ ad manus meas non venerunt.

Obiit anno MDCXI.

IACOBVS HALDENSTOVN. 678.

IACOBVS *Haldenstoun* sacræ Theologiæ Doctor, ac Decanus, S. Andreæ Prior, hæreticæ prauitatis Inquisitor, *seuerus in corripiendo, mansuetus in miserando, liberalis in exponendo, affabilis in colloquendo, & pronus in compatiendo*, ait Scotichronicon lib. VI. cap. CLVII. cui hoc Epitaphium posuerunt.

Qui docui mores, mundi vitare fauores,
Inter Doctores sacros sortitus honores,
Vermibus hic donor, & sic ostendere conor,
Quod sicut ponor ponitur omnis honor.

Scripserat ille, vt ex dicti Cœnobij Bibliotheca apparebat.

Contra Lolardos. lib. 1.
Processum contra Hæretices. lib. 1.
De Priuilegiis Claustri sui. lib. 1. nam cum Abbas Calcoensis publico Regni ordinum conuentu se cum Priori S. Andreæ præripere vellet, Prior lato decreto, ei prælatus, & omnibus Regni Abbatibus. Ita S. *Colūba* cum esset tantum Abbas, omnibus Hiberniæ Episcopis antepositus, Scotichronicon lib. VI. cap. XLIX.

Obijt XVIII. Iulij anno MCCCCXLIII.

HONORIVS. 679.

HONORIVS monachus Benedictinus celeberrimi Cœnobii de Cupro, tum Brechinensi Epō Vicarius, vt in Scotichronico, vir suo seculo literatissimus. Scripsit.

Linguarum Orientalium synopsin. lib. 1.
De lingua Hebraica. lib. 1.
Dictionarium Hebraicum. lib. 1.
Paraphrasin in vniuersum testamentum vetus cum repertorio. lib. IX.
Chronicon Rabbi Salamon. *lib.* 1. Commentarium scilicet de Rebus Romanorum latinitate donauit.

Florebat anno MCDLII.

HENRICVS. 680.

HENRICVS Monachus Benedictinus, & Prior Calcoensis, græcè, latineque doctissimus, diu in Gallijs, Germaniis, Italiaq; hæsit, *Politiano*, & *Marsilio Ficino* familiaris, vt illius Epistolæ testantur. Scripsit vt in Scotichronico habetur, & extant in Bibliotheca Medicea.

De Beata Virgine versus græcos. *lib.*1. Florentiæ publicauit, & *Laurentio Medici* inscripsit.
Palladium Rutilium de Re Rustica. Scoticè vertit. *lib.*XIII
Synopsis herbaria. *lib.*1. editum Lugduni.
Excerpta è Columella, & Varrone. *lib.*1. est MS. Bononiæ in interiori Bibiliotheca Dominicanorum.

Floruit anno MCDXCIII.

HVGO. 681.

HVGO *Michaelis* Scoti auditor, mox Carmelitani ordinis illustre Sydus, omnium suo sæculo mathematicorum doctissimus Atrense Cœnobium diu rexit, & scripsit.

De Indicijs Natiuitatum. *lib.*1. MS. In Petauiana Bibliotheca.
De coniunctione Planetarum. *lib.*1.
De reuolutione certa Stellarum. *lib.*1.
De XII. Domibus Cælestibus. *lib.*1.
Pro Astrologia. *lib.*1. prodijt.
Apologia pro se. *lib.*1.

Floruit anno MCCCXLI. vltimum opus MS. In Petauiana hac epigraphe, *Hugonis Scoti Apologia*.

GVLIELMVS HAIVS. 682.

GVLIELMVS *Haius* Gaureanus eruditissimus suo tempore Parisiis professor, Edidit.

In Statium Papinium notas. *lib.*1.

In

In Quintiliani declamationes, obseruationes magni ingenij, & vtiles. lib. 1.

Docere incepit anno MDLXII. Acta nationis Germanicæ pag. XCIX.

GVLIELMVS HAIVS. 683.

GVLIELMVS *Haius* alter à laudato in Gallijs bonas artes didicit, &, vt puto, in Aremoricis docuit, eius in manus meas venit.

De longaua, & stabili permanentia Regni Scotiæ. Oratio historica. lib. 1.

Obiit Edimburgi, vt audio, magno suorum desiderio, anno MDXCI. erat enim, vt nobili loco, ita ad Musas nato ingenio.

EDMVNDVS HAIVS. 684.

EDMVNDVS *Haius* nobili loco ortus, Societati Iesu nomen dedit, in qua vnicum sibi perpetuò scopum posuit, patriæ suę prodesse, & Ecclesiam promouere, ideò multas in Scotiam peregrinationes obiuit, & parum abfuit, quin Geneuam copiis admotis interceptam, hæreticis eriperet, vir omni vita laudabilis, & syncerę fidei. Scripsit.

Theologica quadam. lib. 1. quæ vide apud Ribadineiram Catalog. Soc. Iesu pag. XLIX.

Obiit in Allobrogibus annò MDCVIII.

IOANNES HAIVS. 684.

IOANNES *Haius* ex familia *Dalgattia* nobilissima eiusdē Societatis socius, magnam in omni literaturæ genere ingenii laudem consecutus, edidit multa, Ego vidi tantùm.

Theologica quadam apud eundem Ribadineirā Catalogi pag. CXXI. lib. 1.

Librum P. Diechi de Torres de Rebus Peruanis latinum fecit. lib. 1.

Literas de Iaponensis Imperij mirabili mutatione latinitate do

te donauit. *lib.* I.

Disputationes in Theologia Bibliothec.classic.autor pag. CCCXXXVII. *lib.*I.

In Bibliothecam Sixti Senensis obseruationes. lib. I. Bibliothecæ classicæ pag.CCCIV.

Obiit anno MDXCVIII.

ALEXANDER HVMÆVS. 685.

ALEXANDER *Humæus* vir literatissimus, Glascuensis scholæ moderator, edidit multa, ego tantum vidi.

Bellum Grammaticale. *lib.* I.

Grammaticam latinam. *lib.* I.

Viuit adhuc in Scotia.

DAVID HVMÆVS. 686.

DAVID *Humæus* nato ad Musas ingenio, cultissimus Poeta, scripsit multa, sed ad me venerunt pauca: in his sunt

Poemata varia. *lib.* I.

Laudes patriæ. versu. *lib.* I.

Aduentus Regis in Angliam versu. *lib.* I.

Contra Episcopos, vernaculè. *lib.* I.

Apologia ministrorum Vasconum, vernaculè. *lib.* I.

Viuit adhuc in Scotia.

GVLIELMVS HEGATVS. 687.

GVLIELMVS *Hegatus* Glascuensis omnis politioris literaturę omniumque humaniorum scientiarum peritissimus, varia ac rara lectione fœcunda memoria, summo iudicio, & nomen celebre acquisiuit ac gloriosius meruit: nihil enim arduum, quod ille solertia non assequatur, ad hæc mores suauissimi, grauitate festiua conditi, Pictauii primum bonas artes docere orsus, Lutetiam venit, ac in Lexoueo clarum nomē adeptus, Diuionem in Burgundiam vocatus docuit, dum Iesuitæ patres scholam eam sibi vindicarunt,

carunt,inde iterum Parisios redux profiteri cæpit,denique Burdegalam accitus,sedem Musis,ac Mercurio in Aquitanico Lyceo fixit:multa,& elaborauit,& emisit ego à suauissimo ipsius conuictu à viginti penè annis diuulsus,pauca vidi,in his.

Poemata græca. *lib.* 1. In ea ei lingua nihil ignotum & memoriter penè Poetas omnes recitare solet,ac eorum scholia stastam frequēter excutere,vt Athenis natus videri possit.

Epigrammata latina acutissima. *lib.* 1.

Orationes eloquentissimæ. *lib.* 1.

Epithalamium Henrici IV.*& Mariæ Mediceæ Franciæ Regum.* *lib.* 1.

*In Ausonium commentarios vberes post Vinetum,& Scaligerum,*ac *criticos.* *lib.* 1. dicitur emittere, vtinam! Viuit adhuc cum suauissimo suo *Balforeo*,& communes Musas colit.

IACOBVS BONAVENTVRA HEPBVRNVS. 688.

IACOBVS *Hepburnus* nobili loco natus,dum in Oriētem linguarum gratia contenderet, Auenione, *D. Francisci de Paula* ordini nomen dedit, ac *Bonauentura* vocari voluit: multa pietatem,& eruditionem ostendentia conscripsit, quædam emisit, nonnulla continet in scriniis. Ego vidi.

Dictionarium Hebraicum. *lib.* 1.

Dictionarium Chaldaicum. *lib.* 1.

Grammatica Arabica. *lib.* 1.

Commentarij in quosdam Psalmos. *lib.* 1.

R. Salomonis F. qui dicitur Keter *Malcuth*, id est *diadema Regni* in latinum vertit, *lib.* 1.

R. Abraham Aben Ezra librum de Mysticis numeris vertit in latinum. *lib.* 1.

Eiusdem librum alium de semptemplici modo interpretandi sacram scripturam vertit *lib.* 1.

Canticum Iosephi Hysopæi, quod dicitur Kaaras *Keseph seu* τρύβλιον ἀργυροῦν, *vel Scutella argentea.* vertit. *lib.* 1.

Sipher

Sipher Kacabbola R. Abraham leuita F. Dauid vertit quē librum vertere volebat, & latina ciuitate donare *Gilbertus Genebraedus*, sed mors præuenit.

Epitomen chronicorum Romanorum. *lib.* 1

Gesta Regum Israelis Incerto autore. *lib.* 1.

Varias Rabbinorum Epistolas. *lib.* 1.

Commentatores Rabbi Quinbi in Psalterium. *lib.* 1.

Synonyma, quæ in Biblijs habentur. *lib.* 1.

Simmus Tebillim idest Psalmorum ministerium. *lib.* 1.

Hæc ille secularis latina donauerat ciuitate, & monastico habitu sumpto plura transtulit.

Sepher Iezira. artis Cabalisticę principia *lib.* 1.

Historiam Iudith. *lib.* 1.

R. Salomonis F. Atar, & R. Isaac Leonis. *lib.* 1.

Commentarios in Decalogum. *lib.* 1.

Libellum de obitu Acaronis, & Moysis. *lib.* 1.

Chronica Moysis legislatoris. *lib.* 1.

Librum Tobiæ. *lib.* 1.

Librum Eldad de tribu Dan. *lib.* 1.

Parabolas Sandabar, in quo gesta VII. *sapientum* *lib.* 1.

Prouerbia L. discipulorum. *lib.* 1.

Librum Henoch. *lib.* 1.

Saare HiaZZedele idest porta Iustitiæ, *lib.* 1.

Officium B. Virginis, & hymnos hebraicos fecit. *lib.* 1.

Schema LXXII. Idiomatum, quia Beata Virgo dicitur tot annis in viuis fuisse, & ille numerus discipulorum est Christi, & S.R.E. Cardinalium, & tot mysteria in nomine Dei.

Induit Monachum Auenione anno MLXIX. vixit Romæ in Cœnobio Gallico ss. Trinitatis ad montem annis v. priuatus, VI. sequētibus annis libris Oriētalium linguarum in Vaticana Bibliotheca præpositus. Obiit Venetiis hoc ipso anno MDCXX. quo hæc scribo, ineunte Octobre; eò se contulerat, vt opera quædā Siriaca, Hebraica, & Chaldaica in posteritatis ornamentum, & compendium vulgaret. Meminit cum honore eius Comes Vincētius Blācus Patritius Venetus in opere de literis in Manubrio cultelli S. Petri.

GVAL-

GVALTERVS HIRDAEVS. 689.

GVALTERVS *Hirdæus* ad Musas natus summa ingenij gloriâ Rhetoricam docuit Tolosæ in Squillano, tum peregrinatione Romã suscepta, Cenomanis Philosophiam est professus. Eius sũt.

Excerpta Politica ex Dione.	*lib.* 1.
Nota in Aristhenetum.	*lib.* 1.
Compendium Philosophiæ.	*lib.* 1.
Orationes græca ac latina.	*lib.* 1.
Poemata varia.	*lib.* 1.

Viuit adhuc Andegaui, & bona fruge, secundaque fama, vt audio, Philosophiam docet.

IOANNES HAKERSTONVS. 690.

IOANNES *Hakerstonus* vtramque Palladem insigniter coluit, & miles fortis, & Doctor eruditus, turmas in Sueuia, Gallia, ac Belgio, varia sorte, magna semper fortunæ indulgentia duxit, Comitis Boduelii partes contra Mettellanum Cancellarium secutus bonis omnibus exutus ac decreto publico proscriptus ad arma rursus rediit militaremque ferociam lenitate studii condiuit, ac temperauit. Scripsit.

Poemata cultissima.	*lib.* 1.
Epigrammata acutissima.	*lib.* III.
Arma an literis præstent.	*lib.* 1.
Bellum domi an foris gerendum.	*lib.* 1.
Iudicium de Poetis latinis.	*lib.* 1.

Tãtus vir nuper dicitur Londini inedia periisse, fato haud dubie illa indole indigno, sub annum MDCXV. obuiam mihi factus paulo ante obitum ad ædes Regias VVestmonasterii, quæ Cardinalis Vollsei fuerunt, cumque nomine proprio appellassem, tantum in vestitu squallorem, & in vultu maciẽ misertus, ille ad me. Quid facis, inquit, hic, cælo, solòque musis, & virtuti auersis? Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum, inter hæc, & similia peruenimus ad Ianum geminum, Mercatorum ea statio, ibi quidẽ Cambium

bium dicta, à Gallis Bursa, instante meridie ad prandium ei condixi, sed ille læto, & renitenti vultu, conditionem, inquit, accipere non possum, teneor enim Sacramento nullius vnquam, nisi meas mensas aditurum, sed si non erit tibi ingratum, hospitiolū meum in vicinia est, quò si placet concedamus. E uestigio illum secutus venimus in Gurgustium illiberale, & ipse mihi sellam humilem, & stramineam porrexit, &, vt sederem, inuitauit, ipse sibi càdurci titubantis, ac malè firmi spondam assumpsit, tum ad me stupore defixum conuersus, hęc mea sunt, inquit, & est ista sedes senectuti, & hisce canis reseruata, explicauit deinde mantile rusticum, ac ex parietina arcula protulit panem secundum, & cepe, hæc sunt, ait, fercula quibus te, & charum, & veterem amicum accipio, non, quia tu alia non merearis, sed ego meliora non habeo. His ego multis iam annis vitæ reliquias protraho, & sunt sanè dulciora, quàm magnatum mensæ parasitica arte conciliatæ: post hæc surrexit, & aquam fictili exemptam poculo fagino propinauit, non refero reliqua, quæ ille mira vultus grauitate protulit, & ego intentus non sine lacrymis excepi. Qui legit hæc, clarissimi viri memoriā mecū honorabit, & quantum iniquitati temporum in virtutem liceat, secum perpendet, & mirari desinet Socratis parcimoniam, aut Epicuri abstinentiam: pecunias aliquot mutui nomine accipere recusauit, quòd se soluendo nunquam futurum præ fortunę acerbitate intelligeret, dono tamen aliquas sibi concedi passus est.

HVMFREDVS. 691.

HVMFREDVS monachus Italus in Scotia ad S. Andreę reliquias deuenerandas venit, & substitit, in Prioratu eiusdem sancti curam adeptus, Cellariusque factus. Scripsit

Ad Henricum VVarlavv historia pignorum sanctissimi Andreæ. lib. 1.

Vixit anno MCDXXXV.

HONORIVS. 692.

HONORIVS Pisanus *Archidiaconus Laudoniæ* ait vita S. Filani, *S. cōuersationis, Ecclesiam Dei scriptis suis adiuuit, Hæreses oppugna-*

pugnauit,sed ego nihil ipsius vidi.

Viuebat anno MCCC.vt Epistola *Mauritij* Abbatis probat.

RICRARD. HVNGFOD. 693.

RICRARDVS *Haingfordus* Anglus socius *S.Ioan de Pottoc* Episcopi S. Andreæ designati,cum eo in Scotiã venit,cum eo Scotia expulsus,cum eo Romæ multos annos, ad expeditionem causæ,hæsit,demum cum idem cum Rege in gratiam redijsset,Ecclesiæ Dunkeldensi admotus,hunc sibi vicarium constituit: qui scripsit.

*Vitam Ioannis de Pottoc. lib.*1. extat ea rudi stylo exarata.

Viuebat anno MCXXCIX.

GVL. HACAT. 694.

GVLIELMVS *Hacat*,seu *Hacket* operam strenuã Senẽsibus nauauit,inter duces sui æui militari industria comparandus,vt ex actis publicis præiudicatis simę vir diligentiæ Celsus Cittadinus ostendit,vxorem duxerat ex nobili Petrussiorum familiã,qua extincta,& bello haud quaquam ad vota finito,mœrore confectus obiit,eius ego vidi MSS.

Relationes de bello Senensi. *lib.*1.

Vixit anno MDLX.

IAC. HACKET. 695.

IACOBVS *Hacket* ludimagister Nevvnarki ad Trentam scripsit pro patria.

Contra Thomam Neuilium. *lib.*1.

Videtur vixisse anno MCDL.

IOAN. HVTTEN. 696.

IOANNES *Huttenus* presbiter curio Diuæ Virginis ad niues Aberdoniæ ante Hectorem Boethium scripsit,vt ipse testis.

De Murthlacensis sedis translatione. lib. 1.
Vita S. Palladij Apostoli. lib. 1.

Claruit anno MCDLXII.

EDVARD. HVENSIS. 696.

EDVARDVS *Huensis* Prior Benedictinus Scotus Cõcilio Constantiensi cum Thoma Dundranensi interfuit, & scripsit.
De concilij bono. lib. 1.

Obiit anno MCDXLI. Brunus.

NICOL. HARTVS. 697.

NICOLAVS *Hartus* Protonotarius Apostolicus natione Scotus, rei Ecclesiasticæ indefessus scrutator, laudator à Marcello Corcyrensi. Scripsit.
Caremoniale. lib. 1.

Annus incertus.

DAVID HERRIS. 698.

DAVID *Herris* nobili loco oriundus Toparchæ gentis adfuit, cum Eboraci pijssimæ ac Christianissimæ Reginæ *Maria* causa contumeliosè, ac summa in Deum, in homines iniuria, examinata. Scripsit ad Ioannem Leslęum Episcopum, ego opus vidi.
De bona Regina causa. lib. 1.
Regibus in Reges ius non esse. lib. 1. tacitè *Buchananus* perditus mordet.

Floruit anno MDLXX. obijt in Germanijs.

HIMBANVS. 699.

HIMBANVS Monachus curio S. *Makkessagi* in Liuinia loco, qui dicitur *Ecclesia portus* prope *Menteth* comitatum, deinde ad paræciam *S. Ernani* translatus in Argadia, qui locus vulgò à sancti incolatu *Killern* audit. Scripsit apud Ferrerium.

Ernani vita. *lib.* 1.

Vixit anno MCCIV.

HENR. HOLMENSIS. 700.

HENRICVS *Holmensis* Scotus Prior secundus illius monasterij, quod *S. Dauid* Rex in Cumbria erexit, dixitque *Holme*, vel *Holmecultrain*, nam idem sunt, licet errore quodam in Apparatu contrarium sit pag. LXXII. Hic autem socius *S. Aluvini*, vt in Martyrologio S. Crucis habetur, nec certo affirmarim Scotum esse, cum Richardo Meritoniæ Abbati opus suum dedicet, quod inscribit in Indice Cuprensi.

Textura temporum. *lib.* 1.

Vixit anno MCXXX.

ELIZA HADINTONIA. 701.

ELIZA *Hadintonia* sāctimonialis, ac poetria insignis, è qua multa *Thomas Letrmonth* hausit, non modo è scriptis eius, sed etiā à consultatione, hęc cum esset beatissimę virgini addictissima, fertur multa vtilia, & cælitus vidisse, & humiliter aperuisse. Scripsit.

Rythmos Vaticinales. *lib.* 1. quos hæretici ingenti piaculo, patrum memoria, exusserunt.

Vixit anno MCCXXCIV.

H E I N A. 702.

HEINA, & ipsa virgo ad Bernicum velata, cuius circunfertur opus.

Hymni ad sanctos. *lib.* 1.

Tempus incertum.

Finis Libri Octaui.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER IX.

S. INNOCENTIVS. 703.

S. *INNOCENTIVS I.* Pontifex, Albanus, Anaſtaſius, Platina, Sabellicus, alij omnes pæne Itali hanc nobis inuident gloriam: at noſtrates Annales, & in his Ioannes Leſlęus lib. IV. hiſtor. Scot. & Gilbertus Genebrardus Gallus in Chronologia *Scotum* faciunt, certè enim eo ſeculo *Albionem*, ſeu *Albaniam* magna pars ſcriptorum Scotiam vocabat, præſertim noſtratium, vſque adeò, vt in prælijs gentili voce exclamarent *Albani Albani*. Roger. Houedenus Annal. part. I. pag. CCLXXVII. Richard. Virus Anglus libr. II. hiſtor. Anglic. pag. CLXII. *ſed à Scotia, ſub nomine Albaniæ, Pontacus vocat Innocentium primum Pontificem Maximum Albanum ſiue Scotum*, & Arnaldus idem ille Pontacus Burdegalenſis aliis rationibus Scotiæ cũ aſſerit. Quid Põtificatu geſſerit, ſigillatim in Cæſar Baronius in immortali Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ opere exquirit, quem ego non exſcribo. *Arcadium*, & vxorem *Eudoxiam* excõmunicauit, Nicephor. Calliſt. lib. XIII. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. XXXIV. eam etiam, quia contumacem de gradu Imperij lata ſententia, niſi ab exilio reuocaretur *Ioannes Chryſoſtomus* deiecit autore Georgio Patriarcha Alexandrino, Godofredo Tilmano interprete.

Martyrem facit Martyrologium Romanum die XXVIII. Iulij, inquit Franc. Maurolycus *ob Conſtantiam*, eumque ſecutus Ioannes Molanus in Additionib. ad Vſuard. at nihil tale Romanum Martyrologium cuius hæc ſunt. *Romæ paſſio S. Victoris Papæ, & Martyris. Item Romæ S. Innocentij Papæ, & Confeſſoris.* Huius ætate cruenta bella in Europa geſta, nam in Gallijs *Valens* combuſtus, & in Alpibus *Argobaſtus, Eugeniuſque* à *Theodoſio* Hiſpano ſuperati, necatique, & Rauenna fædè expilata, cui excidio diuinitus Innocentius

tius noster subtractus, & Roma ab *Alarico* expugnata, diruptéque magno Christiani nominis ludibrio. Plura apud scriptores vetere, qui omnes affatim laudãt excepto vno Scozimo Ethnico, qui in ipsum, & quoscunque alios Christi nomen professos cum vesania debacchatur. Adeũdi D. Hieronymus Epist. ad Demetriadẽ. Paul Orosius lib. vii. cap. XXXIX. Scripsit multa, in his sunt.

De Iudæis, & Monachis leges, seu Regula Franciscus Ioãnettus cap. XL. Et mentio cap. *Canones*, distinct. L. in decreto Gratiani.

Cõtra Pelagium, & Cœlestinum hæreticos, & Cataphrygas decreta. *lib.* 1.

Epistolæ in quibus sanctitatem ipsius miratur Basilius. Petr. Galesinius in Martyrologio die dicto, extãtque in Bibliotheca Vaticana ad eundem D. Basilij Magni Epistolæ MSS.

De omni Ecclesia Constitutum. *lib.* 1. Notkerus Balbulus, & Rabanus in Martyrologiis suis die dicta.

Decretũ Occidentalium & Orientalium Ecclesiarum contra Pelagianos. *lib.* 1. Idem, vt puto, est opus licet vario nomine. Gennad. lib. de vir. Illustr. cap. XLIII. & citat illud decretum Diuus Augustinus lib. de Gratia cap. XXX. XXXI. Et alii.

Creatus Pont. post *S. Anastasiũ* I. q. fuit anno sal. CDII. *Honorij* August. VIII. obiit verò anno CDXVII. *Honorij* Imperatoris XXIII. Alii perperam.

S. IOANNES. 704.

S. *IOANNES* cognomento *Magister*, siue *Scotus*, vir fuit magnæ fortunæ varietate iactatus, & festiuissimo ingenio, maximeque libero, aut, vt loquitur VVestmonasteriensis, *perspicacis ingenij, & facundiæ singularis, qui patria relicta Carolum Caluũ adijt, magna ab eo dignatione susceptus, indiuiduus comes fuerat, & mensæ & cubiculi.* Marini Papæ ad eundem Carolũ Epistola, *multæ* cum *Scientiæ* nominat. Giselbertus, siue quisquis est autor libri, qui inscribitur Altercatio Synagogæ, & Ecclesiæ, cum coætaneum mul-

tis

tis extulit laudibus. Richardus à S. Victore lib. I. exception. cap. IV. *Theologiæ Christianæ inventorem* celebrat; hoc est, vt puto, primus græcas latinis literas Theologicis enodandis coniunxit, primusque mysteria Arabibus Græcis ac Latinis communia fecit fidei. Ipse ex Francia in Angliam trāsiit ad *Ælfredum* Regem, & *Meldunt* pueros erudiēs, ab iisdem graphiis, seu *S. Cassianus* alter graui, & acerbo tormento interiit. Anton Sabellic. lib. I. Ennead. IX. pag. DCXXV. *Scotus vir diuinarum literarū sapientissimus, suorum assectatorum fraude perge stylo confossus; nec causa tam impiæ cædis traditur.* Quidam, quod corruptos iuuenū mores argueret. Hect. Boeth. lib. X. histor. Scot. pag. CCXLV. Alii quod de Eucharistia eos doceret posse scilicet sub vna tantum specie sumi, Giselbertus loco laudato. Errant non leuiter Palmerius, Gesnerus, Simlerus, & Petrus Crinitus lib. XXIV. disciplin. honest. cap. XI. qui hunc *Ioannem* cum *Doctore subtili* aut *Ioanne Airigena*, aut etiam *S. Ioanne*, qui sequitur confundunt. Hic certè infinitis miraculis clarus, ex humili sepultura in Basilicam maiorem translatus, sanctorum albo adscriptus est, licet à Martyrologio Romano absit. Aræ sepulcri hos versus Sanctitatis indices inscripserunt autore Gulielmo Malmesburiensi lib. II de gest. Anglor. cap. IV.

Clauditur hoc tumulo sanctus Sophista Ioannes
Qui ditatus erat iam viuens tempore miro.
Martyrio tandem Christi conscendere Regnum.
Quo meruit, sancti regnant per secula cuncti.

Aliter idem Epitaphium transcripserent alii.

Clauditur hoc tumulo sacer ille sophista Ioannes,
Qui dotatus erat dum vixit, dogmate miro.
Martyrio tandem Christi conscendere regnum.
Quo meruit, viuet cum sanctis secula cuncta.

De gente eius Roger. de Houeden. part. I. pag. CCXL.
Sunt qui Athenis studuisse contendant, & non *Caroli Calui* gratia floruisse, sed *Ludouici* Imperatoris, à quo maximis muneribus inuitatus, Legatus ad *Alarudum* Regem missus, summa ingenii claritudine vixerit, quod si verùm est, duos eo nomine celebres, in ό. & tres non lōgà ætate dissitos fateri oportet, quod, & forte verum est. Eius sunt. Περὶ φυσικῶν μερισμάτος, *De Rerum naturalium diuisio-*

*diuisione.lib.*1. quod opus cautè legendum, nam ex mira ingenii subtilitate, rerumque ingenti varietate, nonnulli ansam reprehendendi arripiētes, hęretico af-finem ausi sunt criminari. VVestmonast.

*Diui Dionysij librum de diuinis nominibus latina ciuitate donauit. lib.*1. quos cum aliis operibus eiusdem in latinum transtulit Ioachimus Peronius Benedictinus anno MDLVI. cuius tñ versio longè isti est inferior.

Eiusdem libros *de Hierarchia Cælesti*, in latinum transtulit. *lib.*1. Marini Papæ Epistola, & Ælfredus Rex in scriptis suis non semel. Hos libros *Ludouico Imperatori legati Michaelis Imperatoris inter cætera munera obtulerunt* ait Sigibert. Gemblacensis chron. ad annū DCCCXXIV. id opus non solus *Ioannes* noster tradu xerat, sed et Anastasius Bibliothecarius, circa idē pene tempus. Bapt. Platina in *Ioanne IX*.

*Quædam nostræ religionis acutissimè disputata composuit. lib.*1. ait Platina ibidem.

Excerpta siue *Defloratio Macrobiana. lib.*1. nam in fine libri *de differētia, & Societate* Gręci, *Latiniq. uerbi hæc* habentur *Explicita defloratio de libro Ambrosij Macrobij Theodosii quam Ioannes carpserat ad discendas gręcorum verborū Regulas.* Isacius Pontanus, Ioānes Opsopæus, & Petrus Pithæus de hoc nostro Ioanne intelligendum putant.

*Aristotelis Moralia de secretis secretorū, siue de Recto Principum Regimine, è Græco in Chaldaicam, Arabicam, & latinam conuertit lib.*1. Nauclero autore apud Gilbertum Genebrardum Chronologiæ pag. DXLIV.

Vrbanitate mira fuisse perhibetur, duo eius Apophthegmata id testabuntur, vnum mordax sanè, & nimia libertate falsū, Regi enim inter epulas petenti *quid inter Sotum, & Scotum interesse putaret?* Respondit, *Mensam:* Notam infamiæ à se in Regem retorquens. Alterum tres illi pisces vna in paropside oblati sunt, vt partiretur cum duobus aliis clericis, mensa, etiam Regis exceptis, Piscium autem duo grandes erant, hos sibi asseruans pusillæ staturæ homun

cioni

cioni, tertium minimum duobus ingentis staturæ clericis obtulit testiuè dictitans, *Vtrobique duos magnos, & vnum paruum ea in diuisione, seruata recta proportione reperiri.*

Viuebat anno DCCC. Gesner. in Bibliotecha, vel multo serius anno DCCCLXXXIII. VVestmonasteriensis eo anno in Angliam venisse scribit. Vel anno CMIV. sub *Gregorio* Scotiæ Rege vel sanè anno DCCLXXIII. Verner. Roleuinchus in fasciculo temporum eo anno. *Ioannes Scotus doctissimus in Franciam venit, & rogatu Ludouici Hierarchiam Dionysii de græco transtulit in latinum, & post à discipulis cõfossus stylis, moritur, & nota, quod sæpius libri Dionysii translati sunt.* sub *Nicolao I.* Pontifice illum ponit. Plurium certè Scotorum eo nomine insigniũ multitudo magnam in ætate huius discrepantiam induxerunt, videantur supra *Ioannes Airigena, Ioannes Duns.* & infra *Ioannes Mailrosius* nam, & hic, & omnes illi, imò, & qui proximè sequitur S. *Ioannes* apud scriptores vetustos indifferenter sumuntur pro eodem, cum tamen, & vitæ genere, & scriptis, totoque vitæ cursu, atque adeò multis seculis ætate distinguuntur. Miror Illustrissimum Robertum Bellarminum lib. de Scriptorib. Ecclesiast. *duos tantum Ioannes Scotos claros, nec plures eo nomine*, tradidisse. Et magis miror Bernardum Lutzenburgum in Catalogo hæreticorum, eius librum *de Eucharistia in Concilio Vercellensi* damnatum scribere, ideòque & ipsum inter hæreticos collocare, librum certe eius damnatum scribit S. Lanfrancus lib. de Eucharistia contra Berẽgarium; mirũ, inquam, cum causa martyrii à quibusdam assignetur, doctrina sana de sacrosancta Eucharistia, & ipse inter sanctos repositus, quam lõgissimè ab hæreseos opinione absit Hect. Boeth. loco laudato, & alii.

S. IOANNES. 705.

S. *IOANNES* alius à descripto, studiis, ætate ac vitę professione, fuit enim hic noster monachus sub Regula D. Benedicti educatus, vt fertur, in Anglia in Monasterio Malmesburiensi. Ioan. Trithemius lib. III. de vir. Illustrib. ordinis S. Benedicti cap CCXII. ac postea Episcopus Mykelenburgensis, seu Melrelburgensis, seu Magnopolensis, seu Suerinẽsis. Democh. lib. II. cap. XXXV. Matth.

Ser.

Ferchius V.cl.ordinis Seraph.socius in vita Scoti cap.III.S.*Ioannes Scotus Monachus Episcopus Mykeleburgensis, seu Magnopolitanus.* Arnold. Mirman.Theat.conuers.gent.in chron. chronicor. *Mechelburgenses primum Episcopum habuerunt S.Ioannem Scotũ Martyrem*,ex Munstero id asserit Ioannes Gualterius vir diligentissimus, & doctissimus. Malè hunc cum superiori confundunt ,& in his ipse etiam Hect.Boethius,cum alter hunc præcesserit multis annis,nec alter Episcopi officio functus reperiatur. Vterque certè sanctorum albo adscriptus , licet sileant Martyrologia: hic colitur IV. Eidus Nouembris . Albert. Staden. Chron.ad annum MLXVI. Helmoldus Chron.Sclauor. lib.I.cap.XXIII.Krantz lib. IV.metrop.cap.XLIII.an aliquid scripserit,nescio , & si scripserit, opera non extant.

Floruit sub *Henrico* IV. Imperatore Anno salut. MLX. Idem Trithemius vel anno MLXVI. Arnold. Vuion.lib.III. ligni vitæ pag. CCCLXVI.post eum LXXXIV,annis sedes vacauit.

S. IONAS. 706.

S.*IONAS* Monachus D.*Columbani* discipulus,& in Gallica , Britannica,Sueuica, Italicaque peregrinatione indiuiduus comes ac socius, Bibliotheca Patrum Min. Ioan. Gualterij chron.chronic.pag. DCDXCI.*Ionas Monachus,& discipulus S.Columbani natione Scotus vir studiosus,eruditus ac scientia clarus,& non minus eruditione , quã sanctitate insignis* ex Trithemio ait Balæus, alius ab illo quem Ecclesia veneratur die XXII. Septembris Petrus in Catalogo lib.VIII.cap.CVI.item ab eo cuius memoriã recolit Ecclesia XXIX. Martii; erat enim ille martyr sub Sapore Rege Persarum cum *Barachisio* Vsuardi Martyrologium.Et tamẽ in sanctorum relatus numerum. Arnold. Vuion lib.II.cap.LXX. hunc cum omnes Scotum faciant cum Ioanne Leslæo lib. IV.pag. CLVI.Cardinalis Bellarminus lib.de scriptorib. Ecclesiast.Anglum , vel Hibernum facit,nulla,quod sciam,ductus ratione nisi forte Anglorum, Hibernorumq. relatione nimis patriæ suæ laudibus etiam cum gentis nostræ præiudicio, fauẽtium. Sed ego dabo vindicias,& ciues meos, fremat licet,& frendat Inuidia,reposcam. Eius sunt.

Vita S. Attalæ Scoti. lib 1. *Edita à Iona Scoto Abbate* ait Laurentius Surius tom. 1 1. die x. Martij. eadē tom 1 11. Beda, & alij.

Vita S. VVlfranni Archiepiſcopi Senonum rogatu Præſulis Taruennæ Baini, & Abbatis Fontanellæ. lib. 1. apud Surium Tom. ii. die xx. Martij.

Vita S. Euſtaſii Abbatis Luxouienſi. lib. 1. refert idem Surius Tom. 11 die xx1x. Martij Beda Tom. 111. Ioannes Molan. additionibus ad Vſuard. Martyrologium *Euſtaſii vitam Ionas Scotus diſcipulus eius ſcribit*, dubito an verè, nam *Columbani*, vt monui diſcipulus fuit, & *Euſtaſii* condiſcipulus verius, quàm diſcipulus.

Vita S. Bertulphi Abbatis Bobienſis lib. 1. recitat Surius lib. 1 v. die x 1x. Auguſti. Bed a Tom. 1 1 1.

Vita S. Columbani Magiſtri ſui. *lib.* 1. ad *VValdebertum, & Bolenum Abbates Bobÿ, & Luxouÿ* extat apud Suriū Tom. v 1. vbi ille cap. 1. *Patris Columbani, qui noſtris floruit temporibus, hiſtoriam texere aggredimur.* Errāt ergo, qui eum diſcipulorū Columbani diſcipulum vocauerunt.

Claruit anno DCxxx. quando obierit non reperi, & neſcio, an idem ſit, qui, vt Baronius docet ad XXIII. Decembris Not. in Martyrolog. *Claudÿ Taurinenſis monſtra refutauit*, & exiſtimo non hunc noſtrum, ſed Aurelianenſem eum fuiſſe, vide ſupra hoc opere in *Claudio.*

S. IVDOCVS. 707.

S. *IVDOCVS* Canonicus Lateranen. ut Zacharias Vicentinus putat ex Ioane di Nigra Valle Bibliothecario Apoſtolico in chronicis Ep logo x111. cap. x 11x. Regis Scotorum filius de, quo Hect. Boethius in præfatione ad lectorem præfixa hiſtoriæ Scoticæ. *Plurima à me omiſſa fateor, partim rerum ignorantia, partim indiligenti earum indagione præſertim in familÿs, & viris Illuſtribus, qui ex noſtra gente fuere; nobiſque ingentem attulere ſplendorem, quales Sedulius, Leuinus, Iudocus, VVillebrordus, Rumoldus, Martinus hiſtoricus plerique alÿ, enumerandis.* Cuius Regis fuerit filius ha-

cte-

ctenus non deprehendi, & video Anglos eũ ſibi vendicaſſe: quin, & Galli. Suum faciunt Vuion lib. II. pag. DII. Belforeſt. Annal. Francic. lib. I. cap. XXXV. XXXVI. Stephanus Luſignan. Corona IV. cap. VI. & fauentiores illis, quàm oportuit ſcriptorum nonnulli recentiorum. In his Ioannes Molanus addition. ad Vſuard. die XIII. Decemb. *In pago Pontino S. Iudoci Confeſſoris filii Regis Brittonũ. & peregrini.* Eadem Franciſcus Maurolycus Martyrolog. eo die qui addit, & *Eremitæ.* B. Marcellin. in vita S. Sun berti cap. IV. Anachoretam facit, *& ad conuertendum incredulos in ſolitudine diu vixiſſe, & S. VVinoti* (voluit *VVinoci*) *fratrem fuiſſe*, ait vide librum vltimum huius operis, vbi *Sanctũ VVinocum* Scotum fuiſſe idoneis teſtibus eſt probatum, & ſi verum eſt, quod à S. Marcellino iam proximè ſupra laudato proditur, SS. *VVinocum & Iudocum fratres eſſe*, qui vnum Scotum fuiſſe probauit, & alterum ex eadem gente non inficiabitur oſtendere. Simpliciter Martyrologium Romanum die iam dicto *in pago Pontino S. Iudoci Confeſſoris.* Vitam eius plenè deſcribit Florentius Abbas à Surio relatus Tom. VI. ſecundæ editionis, qui quia ad manum non eſt, certiora adferre non poſſum. Multa etiam de hoc inuenies apud Vincentium Belluacenſem lib. XXIV. hiſt. cap. CLXV. CLXVI. Petrus in Catalogo lib. I. cap. LXV. ſed nec ij apud me, vti nec Ioãnis Leſlæi Scotica hiſtoria, qui de *Iudoco*, & pleriſque aliis multa cognitu neceſſaria, tu eos adi mi lector. Felici in Ephemeridib. Belforeſt. in Coſmographia, vbi de Armorica. Robert. Cænalis lib. II. de Re Gallica perioche VI. VVandelbert. Prumien.

----- Iudoch pariter celeriſque ſacerdos,
Egregiè Oceani cedunt cui ſæpe procellæ.

Ita lego antea peſſimè mutatis literis.

Vidoch pariter celeriſque.

Huic Rudolphus Agricola votiua carmina dicauit.

Regia progenies, veterum ſtirps clara Britannum.
Ecce nitet rutila Iudocus luce per orbem
Ingens quale micat Sydus.

Interiectis deinde aliquot.

Maxime Confeſſor tibi nos debere fatemur,
Quodcunque hoc vita eſt.

Scripsit. *De Anachoretica vita.* *lib.*1.

*De contemptu mundi. lib.*1 & alia enumerata à Balæo. Obiit anno DCLIII. Sigibert. Gemblacen. in chronico ad eũ annum *Iudochus Regis* Britonum *filius, spreto Regno, & mũdo peregrinus, & Eremita in pago Pontino requieuit in Christo.* Eadem Ioan. Trithem. lib. I. Compendii Annal. Francicorum pag. LV. in actis Clodouæi Regis. Structum ei monasterium prope Hesdinum, quod nunc *Dommartinense* dictum, primum habuit Abbatẽ S. *Milonem* postea Morinorum Episcopũ anno Mxx. Ferreolo Locrio autore.

S. IOANNES. 708.

S. *IO. Scotus Discipulus S. Galli Abbatis I. Monachus in Scotia, deinde in Monasterio Sangallensi, electus est Eps Constantiæ XI. et cum per aliquot annos in magna sãctitate præfuisset, migrauit ad Dominũ.* ait Arnol. Vuion. lib. II. lig. vitæ cap. XXXIX. id etiam scribunt Ant. Demochar. Tom. II. de sacrificio Miss. cap. XXXV. Francisc. Belforest. in Cosmographia, & alij plerique. Scripsit.

In Psalterium florilegia. *lib.*1.

Creatus Antistes anno DCL.

S. IOANNES. 709.

S. *IOANNES* cognomento *Scotus*, sed gente Anglus, electus Episcopus S. Andreæ graue dissidium exercuit cum Rege *VVilhelmo*, super quo multum curæ sumpserunt PP. *Alexander* III. *Lucius* III. *Vrbanus* III. *Gregorius* VIII. *Clemens* III. vt ex eorum literis patet, & ex legatione *Rollandi* Dolensis Episcopi electi, & *Seluani* Abbatis Rhieuallensis, meminit multis Rogerus de Houeden part. II. Annal. licet historici nostrates ad vnũ omnes sileant. cum octo annis exulasset, à Rege reuocatus Episcopatu DunKeldense donatus est, vt latius in historia illius Ecclesiæ aperio. Eius plurima ferantur, sed paucorum apices ad me peruenerunt. In his

Epistola ad Pontifices super controuersia cum Rege. *lib.*1.

De Iure Ecclesiastico. *lib.*1.

Submissio causa sua. *lib.*1.

Appellatio ab interdicto. *lib.*1.

Disceptabatur causa eius anno MCLXXXIII. obiit in *Neubottil* Cœnobio,

nobio,& miraculis claruit anno MCLxxxviii. Scotichron.lib. vi.cap.*XXXIX*.

S. ISENGERVS. 710.

S.*ISENGERVS*. Verdensis Episcopus vii. vnus ex eorum *Scotorũ* numero, quorum præclaram in bello,& pace fidem remuneratus est *Carolus Magnus deuictorum Saxonum honores,& dignitates in eos conferendo*, vt narrant historici Francici,& præ aliis Philippus Belforest.lib.1 historiæ Carolor. Hic laudabilis Præsulis partes obiuit, magnamque sibi ab integritate morum laudẽ meruit. Vide Albert.Crantz.lib.11.Metropol.cap.*XXX*. & Suffrid Petr.lib.1.origin.Saxon.cap.XV. Scripsit.

Ad suam Ecclesiam. *lib.*1.

Vixit anno anno DCCCXXX.sanctorum albo adscriptum fuisse docet Arnold. Vuion.lib.11.lig.vitæ cap.LV.ex Crãtzio lib.1. Metropol.cap.XXI*X*.quem vide.*XX*I.Martij colitur.

S. INANVS. 711.

S.*INANVS* Confessor sanctissimè vixit celeberrimus legis Christianæ Doctor,post peregrinationes Romanam,& Hierosolymitanam in Scotia ad *Vruinum* obdormiuit,cuius loci patronus est,& ante furiosam Hæreticorum Ecclesiarum demolitionẽ miraculorum gloria,maximo pii populi concursu frequentabatur. Scripsit.

Locorum Sacrorum nomina. *lib.*1.MS.in Bibliotheca Archiepiscopi Pisani Bonciani.

Homilias ex S.Scriptura. *lib.*1.

Epistolas. *lib.*1.

Floruit anno DCCCXXXIX.*sub Kennetho* I. Rege;colitur die XVIII. Augusti. Gilberti Bruni Collectanea.

B. INGENOCVS. 712.

B.*INGENOCVS* vnus ex *S.VVinoci* Scoti sociis peregrinationis & discipulis. Anonymus in vita eiusdem sãcti apud Suriũ tom, vi.die-

VI.die VI.Nouembris. *Habuit in consortium suscipiendæ peregrinationis coniuratos in Christi Sacramenta tyrones. Quadanocũ videlicet, Ingenocũ, & Madocum genere quidem spectabiles, & vita probabiles.* Nec plura de illo. Beatum vocat Henricus Costerius in arbo e Bertiniana, & Ferreolus Locrius chron. Belg. pag. LXXX. Scripsit, vt nonnulli putant.

De actis VVenoci Magistri. *lib.* I.

Claruit anno DCXCVIII.

IACOBVS. 713.

IACOBVS I. *Roberti* filius, qui & ipse *Roberti* I. ex *Mariotta* nepos primus sceptrum in Stuartorum familiam intulit, dũ in Galliam contenderet à prędonibus, vt nonnulli volunt, aut ab *Henrici* IV. Anglorũ Regis ministris, quod verius est, captus patri ingentem mœrorem attulit, quo victus tertium post diem audito nuncio obijt. Erat is, cũ caperetur à classe Anglicana, natus XII. annos Polidor. Virgil. lib. XXI. histor Anglican. ad finẽ. Verba Hectoris Boethij ex lib. XVI. histor. Scot. pag. CCCXL. apponam. *Placuit captiuum obseruare, beneuolentia tamen Regis adhibitis pædagogis omni ex parte probissimis, doctissimisque, qui cum liberaliori disciplina instituaeretur, nec, vt in proprijs fit aulis per adulationem corrumperet vr, in tantam morum enasit probitatem atque omnium bonorum disciplinarum eruditionem, vt in vna qualibet sola exquisitè versatus videretur; ense cum altero dimicare, & hasta ad vnguem certare sic callebat, vt si luctantem vidisses, athletam dixisses, in choreis, saltationibusque leuissimus, promptissimus, maximeq. habilis erat: musicam exactè tenebat, ac quicquid illi arti affine est, citharam pulsabat appositissimè atque id genus vtebatur instrumentis peritissimè. Iam verò humaniores artes, grammaticam, oratoriam, poeticamque, vt tùm temporis, eximiè nouerat, in lingua vernaecula tàm ornata faciebat carmina, vt poetam natum credidisses: latine verò vt tum mos erat, temporis iniuria incondita quidem, attamen grauissimis referta sententiis conficiebat, vt facile appareret, si meliores adhibiti præceptores fuißent, qualis euasurus tum fuisset: Physicès autem arcana comperta cuncta habebat: Theologiam ac ius sic, vt nulli*

cedere,

cederet, ea omnia octodecim annis quibus in Anglia captus erat vnica Henrici Regis cura addidicit, dumq; ibi ageret in summa Anglorum ob omnigenam illam eruditionẽ fuit admiratione. Quamobrem non in captiuitatem forte fortuna incidisse videri debuit, sed Deo ducente in maximam, quæ mortalibus in terra contingere posset, felicitatem. Octodecim eum in Anglicana custodia annos egisse Boethius vult, alij decem tantũ, & in his est Polydorus Virgilius lib. XII. qui addit. *Tanta vera gloriæ cupido, Iacobum cepit, vt nihil post hac antiquius habuerit, quàm bonas literas passim docendas per viros doctissimos pretio accitos curare.* Eadem alij.

Persolutis C. Mille marcis ad suos remissus, tumultuantes se absente seuerè excepit, ac seditiones sedauit. Scripsit multa in his.

Leges æquissimas.	*lib.* 1.	Ioan. Leslæus.
Super vxore futura.	*lib.* 1.	Balæus.
Cantilenas Scoticas.	*lib.* 1.	
Rythmos latinos.	*lib.* 1.	
De Musica.	*lib.* 1.	Boethius.

Captus est anno Mccccvi. Redemptus ad suum regnum rediit, vxore secum ducta *Clarentij* ducis priuigna. Anno MCCCCxxiv. occisus Perthi à coniuratis indignissimè. Anno MCCCCxxxvi. sedente in Petri Cathedra *Eugenio* IV. Imperante *Alberto* Francorum Rege *Carolo* VII. Et haud temerè vllius Principis mors tã seuerè perduelles vindicauit. Sepultus ad Carthusianos in suburbano Perthano, quod ipse ædificauerat.

IACOBVS. 714.

IACOBVS II. Superioris F. centesimus secundus à *Fergusio* Regnũ inijt, quod supplicio de seditiosis sumpto pacatum reddidit, & scripsit. *Edictum pacificatorium.* *lib.* 1.

Bombardæ dissilientis ictu in Roxburgi obsidione interiit xxiv. Regni sui anno, Seruatoris uero MCCCCLX.

IACOBVS. 715.

IACOBVS IV. *Iacobo* III. patri ab optimatibus Sterlingi occiso successit, diu felicissima administratione Regnum suum administrauit,

uit, sed tùm deinde in Francorum gratiam qui grauiter ab Anglis infestabantur exercitu conscripto Angliā ingressus, collatis signis ad Floddum vicum dum incautius in hostem contemptu periculi fertur, non destinato ictu perimitur. Scripsit pleraque, vt eo æuo Principes literas amabant afflictim, sed extat tantùm, quod sciam

In Apocalypsin. *lib.* I. Bibliotheca. Classica pag. CXI.

Regnauit annis XXV. Mors incidit in annum MDXIII.

IACOBVS, 716.

IACOBVS V. patri in acie cæso successor renūciatus laudabili principatu gesto FaKlādiæ moritur. Cuius Epitaphium hoc traditur:

Si Rex, si iuuenis miserandum funus obiui,
Quid doleo? minime, quippe Iacobus eram.
Hac pater, hac atani subierunt fata Iacobi,
Tam dira infelix omina nomen habet.
Vt minus infelix hoc tantum exulto Iacobus,
Hæres nullus erat tùm mihi, cum caderem.

Erat illi amænissimum ingenium, quod ab eo poemata relicta testantur, quorum ego tantum vidi.

De Chorais Rusticis FakirKēsibus Epos vernaculè. *lib.* I. quo nihil ingeniosius, aut Græci, aut latini ostentare possunt. Obiit anno MDXLII.

IACOBVS. 717.

IACOBVS VI. *Iacobi* V. ex *Maria* Franciæ Dotaria Scotię Regina nepos, genitus *Henrico Stuarto* Darlio *Matthæi* Leuoxiæ Comitis F. In cunis coronatus, cessione per nefas, & uim à matre tū sub custodia detenta, per factiosos extorta, his florentissima illa regna tam multis seculis, tam multo vtrinque fuso sanguine concurrentia inuincibili pacis studio coniunxit, *Britāniæque* titulū *Magnæ*, depositis Scotiæ, & Angliæ appellationib. nūmo percusso cū hoc elogio FACIAM EOS IN GENTEM VNAM, afsūpsit. Oīa opera in unum corpus collecta, & digesta latinitate donauit Cl. V. *Thomas Reidus* Aberdonensis, pueritiæ meæ scholasticæ collega.

quæ

quæ quia nondum vidi, te eò lector remitto.

Natus Edimburgi die XIX. Iunij post horam IX. æquinoctialem anno salutis MDLXVI. Angliam iure hæreditario ingressus anno MDCII. Obijt Londini anno MDCXXV. die VI. Aprilis.

IOSINA. 718.

IOSINA Rex Scotorum nonus, *Therei* frater, *Reutheris* Regis VI. F. iustus, & pius Princeps, fœdus cum Pictis, & Britonibus pepigit, Berigonij Rex inauguratus, ibidē excessit. Scripsit verò vt accepi. *De virtutibus herbarum* *lib.* I. Paschalis Gallus Villofanensis in Bibliothecâ medica, & alij meminère.

Claruit anno Mundi III. MDCCCXXVI. ante natū humani generis assertorem anno CXXXVII. Annales omnes nostrates concordes anno Regni sui XXIV. à fundato Scotorum in Albione Regno, anno CXCII. Finnano filio Regnum reliquit.

EVTYCHIVS IRLANDVS. 719.

EVTYCHIVS *Irlandus Ioannis* ex fratre nepos, in municipali Pictonum Curia Senator. Scripsit

In leges libr. plures cuius eruditionem commendat Scæuola Sammarthanus lib. I. Epig. vbi eum, & Adamum Blacuodæum Consiliarios Regios vocat.

Irlandum nostri, Blacuodæumque Senatus
Rara duo, atque suis lumina digna locis.
Hunc Scotum, Scotóque illum de Patre creatum
Ius sibi dicentes Pictonis ora colit.
Vnde fit, hoc geminum sub eodem tempore nobis
Mittat, vt Arctoo Scotus ab Axe decus?
Num quòd barbaries nobis hoc horrida bellum
Inferat, & medio iactites arma foro?
Has sibi suppetias à gente accersit amica,
Ne sibi cum desit Gallia, victa cadat.

Obiit, vt puto, anno MDCI.

GVLIELMVS IARDANVS. 720.

GVLIEL. *Iardanus* in Merchia, vicino Angliæ Comitatu in Scotia natus, in Scotia educatus, D. *Dominico* se mancipans, missus Oxoniam, vt Institutio Academię illius præferebat ex decreto Concilii Viennensis sub *Clemente* V. vt sæpe dixi. Ibi *Iardanus* incredibili studio Theologiã capessens, omnes sui seculi facilè post se reliquit, & doctorali apice insignitus ad scribendnm animum compulit, & graues suscepit controuersias cum viris doctissimis, in quibus *Vtredus Boltus* Benedictinus, & *Ioannes Marchilleus* Franciscanus, vt Author est Adamus Cisteicensis in Chronico. Plerique vicinia locorum decepti, & tacentibus Scriptoribus nostratibus, illum *Anglum* dixerunt, cum singularem amicitiam cum *Mauritio* Dumblanensi Episcopo exercuerit, qui iuuenilia ipsius studia liberalitate sua promouit, vt Georgius Neutonus Archidiaconus scribit, hunc Catalogum operum ipsius inueni.

Commentarios in Epistolam ad Romanos.	*lib.* I.
De libera electione ante mortem.	*lib.* I.
De clara Dei visione.	*lib.* I.
Super sententias.	*lib.* IV.
Determinationes varias.	*lib.* I.
Contra studium Monachorum.	*lib.* I
Quæstiones de Conceptione B. Virginis.	*lib.* I.
Sermones curiosos.	*lib.* I.
Contra positiones VVicleffi.	*lib.* I.
Pro Fratribus Mendicantibus contra Vtredum Benedictinum Monachum.	*lib.* I.

Claruit anno MCCCL. peruenit vsque ad annum MCCCLXX.

IONATHAS. 721.

IONATHAS, vt quibusdã videtur, Carmelitani ordinis Socius, ordini illi se addixit in partibus transmarinis, ut in Collectaneis Gilberti Bruni habetur, locus professionis fuit Roma, vnde in Scotiã

cum

cum Legato Apostolico missus exigendis pro bello sacro pecuniis ab eodem Legato Præfectus, tàm timidè, & prudenter se gessit, vt neque non satisfecerit officio suo, & Regi, totique Clero adeò placuerit, vt dignissimus visus sit, qui Dumblanensem Ecclesiam regeret. Scripsit.

De belli sacri subsidijs. lib. 1. cuius fragmenta quædam habeo, prudentiam, & singularem eruditionem testantia.

Monita Papæ. lib 1.

Obijt anno MCCIX. Georgius Neutonus lib. de successione Episcoporum Dumblanensium.

ALEXANDER IRVVIN. 722.

ALEXANDER Irvvin presbyter suo seculo doctissimus, multũ, diuque peregrinatus, in Gymnasio Romano magna nominis claritate Theologiam professus. Scripsit

In Psalterium, & versionem D. Hieronymi. lib. 1. Ea enim apud Scotos magna autoritate Malmesburiensis lib. III. de Gestis Pontificum.

De peregrinatione sua. lib. 1.

De laudibus Italiæ. lib. 1.

Vixit anno MCCCLXXVII.

GEORGIVS INNES. 723.

GEORGIVS Innes clarissimo sanguine, ac innocentibus moribus Aberdoniæ monachum induit, vixitque piè, & sobriè sub Regula ss. Trinitatis pro redemptione Captiuorum, ordinis sui per Scotiam, & Hiberniam Prouincialis. Scripsit.

Planctum super terra sancta. lib. 1.

Descriptionem Hierusalem deformatæ. lib. 1.

De doloribus Mariæ Virginis. lib. 1.

De ordinis sui fundatione. lib. 1.

Vixit anno MCDXIV. obijt extra patriam.

IOANNES IHONSTOVN. 724.

IOANNES *Ihonstoun* honestis paretibus Edimburgi natus, patria egressus postquam literas græcas, & latinas didicisset Societati Iesu nomen dedit, & Duaci Philosophiam professus Viennam Austriæ ire iussus, ac iuuentuti Serenissimorum Archiducum præpositus summa gratia à morum lenitate, & æstimatione, à literatura apud Principes illos *Ferdinandum* nunc Imperatorem, & *Leopoldum* floruit. Et cū instante *Iacobo Gordonio* Symmysta suo à Patre Generale in Scotia n destinaretur, hęretici honoris obtentu, vt Principis sui educatori ad epulas condixerunt, & ne S.R.E. apud suos prodesset, venenata potione eum sustulerunt, magno principum dolore, nec minori indignatione. Scripsit.

In Aristotelem libros plures.

De Anactotrophia. lib.1.

Extinctus est sub annum, vt puto MDC.

S. IACOBVS. 725.

S. *IACOBVS* Patriarcha Antiochenus martyr, illustre Scotię sidus, hic negotia Ecclesiæ suæ Romæ procurabat, cum *Vrsula* eò adpulit, itaque diuino monitus instinctu, Virgineæ se socians turmę in Vbijs cæsus, ad Christum migrauit. Petrus lib.ix.cap.LXXXVII. An aliquid scripserit, incompertum, & N.L.

Passus anno CDLIV. XXI. Octobris. Sedit Antiochiæ annis septem.

S. IOTHA. 725.

S. *IOTHA* Vrsulana eâdem martyrium corona insignis ibidem loci, virginitatis seruandæ ardore incensa, cœlum meruit, & ibidem culta. Acta Ecclesiæ Coloniensis, & alij. Hagiologi.

S. IVLIA. 726.

S. *IVLIA* ex ea familia Scotica, quę seculo sanctorū ferace, Reginam Siciliæ dabat, Scotiæ Episcopos, Deo xi. mille cum Du

ex *Vrsula* martyres, è quarũ numero hæc fuit, Coloniæ culta, quia ab *Hunnis* ibidem Christo immolata.

Passa anno CↃLIV. XXI. Octob.

INCERTVS AVTOR NOTITIÆ.

Vtriusque Imperij.

Diuiserat *Theodosius* Hispanus Imperium Romanum, ac partem Orientalem, siue nouam Romam filio *Arcadio*: Ocidentis vires siue veterem Romã minori filio *Honorio* addignauerat. Et ne inter fratres, aut successores regnandi ambitione, vt solet, diffidia nascerentur, placuit vires totius Imperij describere, vocatusque hic liber *Notitia vtriusque Imperij*. Exemplum ab Augusto, qui, vt C. Taciti vtar verbis lib. I. Annal. *libellum composuit, in quo opes publicæ continebantur, quantum ciuiũ, sociorumque in armis, quo classes, Regna, Prouinciæ, tributa, aut vectigalia, necessitates, ac largitiones*. Libellum illum Suetonius in Augusto cap. XXVIII *Rationarium* vocat. L. Seneca Epist. XXXIX *Summarium*. Festus Rufus *Breuiarium*: atque alii aliter: ὑπομνήματα *Commentarij* Mitridatis Plutarch. Pompeio. pag. DCXXXIX. *Prouinciarum memoria* vocatur à P. Victore, qui eam in Bibliotheca Antoniana asseruatam tradit in Reg. IX. vrbis. Iurisconsulti, & in his Herennius Modestin lib. IX. Regular. vt est in L. XXXII. ff. *ex quib. Caus. Maior. commentarium Principis* appellauere, de quo Franciscus Accursius *Commentarium locus est, in quo captiui retinentur, vnde Commentarienses dicuntur custodes illius loci, vt C. de cust. Reor. L. ad Commentariensem, vel locus est, in quo Princeps cum consiliariis suis ac mentem secreta reuocat, à comminiscor, pateris.* Sequitur deinde eodem loco glossa insignis. *Qui in commentarium Principis delati sunt*, Accursius, *delati sunt à Populo Romano.* Hic est ille Accursi quem vulgus imperitorum laudat, admiratur, cuius ego nugas bonarum omnium artium, ignorantiam magnas clarissimis l. veterum scriptis tenebras offudisse existimo, & quomodo r liores literas attingere potuit suo seculo in Italia demortuas? imò, & in ipsis legibus, quas vel contrarias, vel confirmaturas ducit, sæpe pueriliter ineptit. Hæc ideò quod pessimè me hab

cum

eum leges nostras barbarie sua coinquinasse turpiter,& tamen sequaces ac laudatores inuenisse. O tuam, Iustiniane, vindicẽ manum! Est ergò eò loci *Commentarius Principis* nihil aliud, quam *Notitia Prouinciarum*. Ioan. Maria Cataneus ad C. Plinij Iunioris lib. III. Epist. V. Scio esse etiam *Commentarium indiculum Militum*, vnde *Commentariensis gradum repetere* dicuntur leg. vn. C. ad Leg. Iuliam de ambitu. Accursius iterum, vt solet, Commentarienses qui præsunt carceri. At gradum hi vel promotionem in militia habent. Hesych. Illustrius in voce κομεντα ρήσιος & Etymologi magni autor in voce eadem Ascon Pedian in III. Verrin. Sed huius quisquilias ego libello singulari proferam, aut contemnam singulas leges percurrens.

Notitiam hanc certum est scriptam sub Theodosio Iuniore, nam *sub duce Ægypti meminit ala Theodosiana nuper constituta*, id est *Theodosio Iuniore imperante*, sed et *limitis Saxonici in Britannia cõstituti*, quod anno CD. factum, inuadentibus tum eam insulæ partem *Saxonibus*. Beda lib. I. histor. Ecclesiast. Anglor. cap. XII. XIV. Neque verò ulla mentio *Vicarij Illyrici*, quod ea gens nullum *Vicarium* haberet, deuastata scilicet ab *Hũnis*, vt autores sunt Zosimus, Iornandes, & Prosper Aquitanicus, quod incidit in annum CDLV. neque sanè scribi potuit post annum CDLV. quod *Attila Concordiã, & Aquileiam* eo anno euerterat, cum tamen in nostra Notitia mentio fit *Thesauri Aquileiæ, & monetæ* ibidem percussæ, & *Concordiensis fabricæ tũc extantium*, vt rectè Andreas Alciatus lib. V. parerg. cap. XIII. *Breuiarium Theodosii Iunioris* vocet.

Autorem eius ergo constat *Theodosium* fuisse *Iuniorem*, at de scriptore, vel compilatore, aut digestore nõ æquè obuiũ definire Cl. V. Iac. Cuiacius *Mariano Scoto* Monacho Fuldẽsi attribuit, cuius viri cum autoritatem in omnibus penè semper magni fecerim, in hoc vno liceat reijcere, nam antiquiorem multò illius scripti autorem fuisse ex dictis satis euici, potuit tamen *Marianus* transcripsisse, atque ita gloriam compositi operis vindicasse: quod frequenter accidisse viri docti sciunt, vt exsciptores pro autoribus ipsis habiti ab ignaris, operis incautos fallerent. Sic Iulius Celsus qui commentarios Cæsar. exscripserat autor est existimatus multis annis, ità *Marianum Notitiæ* tantum exscriptorem perperã autorem fecere.

Autor

Autor fuit *Scotus* quidam incerti nominis, ex iis forte, qui calamitatem *Fergusii* II. Regis exulantis in Italiam secut, iidem Romę fixerunt. Antiquissimus codex MS. pulcherrimo charactere, figuris etiam, miniatisque literis, diuersicoloribus delineamentis in mēbrana oblonga venustissimus, quem ingenti pretio emptum Cl. vir Pauillonus senatus Parisiensis aduocatus possidet, ac mihi humanissimè communicauit. Hunc titulum præfert. *liber Scoti, de Notitia vtriusque Imperij*. Aliud exemplar in Germani à B. Rhenanus viderat cum codē titulo quo fit, vt ille sæpe *Scoti* nomine hoc opus citet. Vetustissimus etiam codex Spirensi Bibliotheca extractus à *Petro Donato* Patauii Antistite, cum Basiliēsi Synodo nomine Eugenii IV. præsideret, *Cosmographiam Scoti* appellat, idque ipsum, aut simile, aut diuersum, apud Maphæos Romę exēplar *Ioannes Pierius Valerianus* se vidisse testatur anno MCDXXXVI. ex quo descriptum fuerat exemplar *Fuluij Vrsini*, quod beneficio *Ioannis Vincentij Pinelli* uiderat *Guidus Pancirolius*, vt ipse in Prę. fatione ad comment. suos profitetur. VVolfgangus Laziuslib. v. comment. Reip, cap. V. *Legiones Solenses duæ à Scoto recensentur.*
Idem ille Pācirolius cō loci. *Notitia cum multo tempore latuisset, tandem, quæ à Mariano Scoto Monacho Fuldensi scripta fuerat in vltimis Britanniis annis abhinc* XXXVI. *inuenta in lucem prodiit.* Variæ eius editiones, sed optima industria eiusdem procurata.
Scripta autem Romę *Notitia* circa annum salut. CDXLV. in Scotia inuenta anno MDLXXI. edita primùm ab Andrea Alciato.

INCERTVS POETA. 726.

INCERTVS quidam Scotus Augustissimæ *Mariæ Stuartæ* Scotorum Reginæ versu elegantissimo Martyrium luxit, alius ab illo quem Epico carmine inter Anonymos supra laudauī, nam hic, & si in eandem *Elizabetham* Anglicanam inuehatur, tamē alius est, & minori spiritu adsurgit, & versu elegiaco scripsit. Inter alia, hæc mihi nunc succurrunt.

Fœmina fœminea debebat forte moueri,
Sexus & in sexum mitior esse suum.
Mitia sed duras non tangunt iura Britannas.

Quis

Quas sol obliqua non nisi fronte videt.

Viuebat anno MDLXXXIX.

INCERTVS CRITICVS. 727.

INCERTVS Criticus in Bibliotheca Regia Londinensi ad D. Iacobi. Scripsit hoc titulo.

In Ouidium commentarii Scoti. lib. 1. non est magni, vt audio, momenti, sed tamen ob veneratione Antiquitatis, quam præfert, non omittendum.

Quo tempore floruerit, incertum.

INCERTVS CRITICVS ALIVS. 728.

INCERTVS alius Criticus Scotus in eadē Bibliotheca edidit M$^{S.}$.

In Papinium statium notas. lib. 1. non æquali, vt accepi, hic est cū superiori antiquitate, sed doctrina maiori.

Quo tempore vixerit, aut quis, aut qua conditione, aut vbi gentium egerit mihi est inexploratum, neque opus vidi, sed ab eleganti *Patritio Iunio* literis ad me scriptis accepi.

INCERTVS POLITICVS. 729

INCERTVS alius Scotus de nobilitate Anglicani Regni sub hoc titulo, opere in Barbicano Londini excuso scripsit.

Nobilitas Politica per E.S.Scotum lib. 1.

Vixit anno MDLXI. eo opere adulatoriè uobilitatem Anglicanam supra quosuis Europæ proceres attollit.

INCERTVS POETA. 730.

INCERTVS Poeta Scotus sonoro, & elegāti carmine deplorauit.

Bargianauis naufragium lib. 1. hanc ingenti sumptu Iacobus Kennedius Scotiæ primas S. Andreę Episcopus ædificarat, tempestas fœda corruperat, & in scopulos prope Bamburgiam colliserat.

Immanes ventorum animas, violentáque Ponti

Im-

Iura trucis, cæco laxauit carcere nuper
Neptunus, duris illisa est Bargia saxis.

Floruit anno MCDLXXIII.

INCERTVS THEOLOGVS. 731.

INCERTVS quidam Scotus, vir Religiosus, &, vt puto, Franciscanus, edidit Romæ.

Consultationem Theologicam, & Politicã. An inter Henricum VVallia Principẽ, & Eleonoram magni Hetruria Ducis Sororem legitima sine fidei dispẽdio nuptia possẽt contrahi. lib. 1. vidi Romæ apud Illustrissimum Philonardium S.R.E. Cardinalem; opus aiunt eruditum esse, & pium.

Scripsit anno MDCXII.

B. ISRAEL. 732.

B. ISRAEL *Ottoni* primo Imperatori charissimus, ab eo Episcopus renunciatus *S. Brunonis* Archiepiscopi Coloniensis præceptor. Rothgerus Benedictinus, qui vixit circa annum salutis MXL. in eiusdem vita cap. VI. apud Surium Tom. V. *Israel Episcopus Scotigena sub cuius magisterio Illustrissimus hic, de quo loquimur plurimum se profecisse testatus est, de moribus ipsius requisitus à quibusdam, quos ipsi audiuimus, sanctum eum apprimè virum esse respondit.* Nec de illo alibi legere memini, aut vbi Antistes sederit comperi. Scripsit.

Epistolas ad Ottonem Augustum. *lib.* 1.

Floruit anno CMXXXVII. aut circiter.

IOANNES. 733.

IOANNES *Episcopus Glasconiensis, officium pastorale pertæsus vitæ monasticæ propositum arripuit in Monasterio Tironensi, sed haud paulò post ad Ecclesiam suam redire coactus est.* Ex historia Scotica Arnoldus VVion lib. II. cap. LVIII. Eius est.

De solitudinis Encomio. lib. I.

De Amicitia spirituali. lib. I.

Quando vixerit, non deprehendi, puto tamen MCLxxx.

IOANNES. 734.

IOANNES iste sanctissimę vitæ habitus in Italia, Gallijs, Germanijs, ac Anglia peregrinatus ieiunauit, & foris XL. dies, & domi à *Iacobo* V. Rege iussus, totidem turri inclusus, & custodibus appositis, vt latè describit Ioannes Leslæus lib. IX. pag. CDxxxI. hanc tamen sanctitatis maximę operam sugillare sunt ausi plerique improbi, phrenesi adscribẽtes, quod reuera pietati debebatur. Scripsit prophetico spiritu.

Vaticinium de Religione in Scotia euertenda, ac mox restauranda. lib. I.

Claruit anno MDXXIX.

IOANNES 735.

IOANNES Episcopus Candidæ casæ, qui Oleum, & Chrisma appropinquante Cæna Domini voluit Eboraci cõsecrare, erat enim Officialis, vt vocãt, *Gaufredi* Archiepiscopi, sed Decanus Eboracensis obstitit. Vide Rogerum Houedenum part. II. pag. CDXXVIII. forte ille est qui scripsit.

De Officio Episcopi. lib. III. quos Balæus alijs adscribit.

Viuebat anno MCXCV.

B. INGELRANNVS. 736.

B. INGELRANNVS, seu *Angelramnus*, vt in Scotichronico lib. VIII. cap. XV. Archidiaconus suo seculo longè omniũ Præsulum clarissimus. de quo Rog. Houeden. Ann. I. part. II. pag. CCLXXXIII. *Obijt Herbertus Glascuensis Episcopus, cui successit Ingelrãnus Regis Cancellarius, & consecratus ab Alexandro* III. *Papa apud Senonem Ciuitatem.* Inuictus vindex Scoticæ Ecclesiæ libertatis, & disputando Eboraci, & à violẽtia Rogeri Antistitis Angli

apud

apud Papam eam ſtrenuè defendendo, dum ille Scoticam Eccleſiam ſibi ſubiectam contenderet. Scripſit.

Epiſtolarum ad diuerſos. lib. 1.
In Euangelia Dominicalia. lib. 1.
Rationes Regni adminiſtrandi. lib. 1.

Conſecratus eſt anno MCLXIV.

IACOB. IHONSTON. 737.

IACOBVS *Ihonſtonus* vir doctus, domique clarus, magna medicinæ Clinicę fama. Scripſit

De plantis Scoticis. lib. 1.

Viuit adhuc in patria.

ARTHVRVS IHONSTON. 738.

ARTHVRVS *Ihonſtonus* familia *Karskibenia*, præclaro ingenio adoleſcens, Doctoralem in medicina apicem Patauij cũ laude adeptus. Scripſit.

Epigramata varia. lib. 1.
Poemata latina. lib. 1. & alia.

In Scotiam reuerſus, vt puto, ſuos ornat.

INGERAMVS. 739.

INGERAMVS Iuris Pontificij Doctor ex veteri, vt creditur, *Lindſaiorum* familia, Aberdoniæ xx. Antiſtes, Romam ab *Alexandro* quodam Aulico Epiſcopatum ambiente euocatus, à Pontifice cõfirmatus, ſuis chariſſimus, domum redijt, templũ Metropolitanum mirificè ornauit, *conſtans in promiſſis, ſplendidus in familia victu parcus in ſuo*, ait Hector Boethius in vita. Scripſit

In ſextum Decretalium accuratas, & erudito viro dignas enarrationes. lib. 1.
In Clementinas. lib. 1. quæ opera extant.
In Epiſtolas Pauli Commentarias incæperat, ſed non abſoluit.

 Sedit

Sedit annis XVII. obijt anno XXII. Iacobi II. Regis, humanæ salutis.

IOANNES. 740.

IOANNES Benedictinus Monachus, è Scotia in Germaniam secutus *S. Marianum* Abbatem primum in Scotorum Monasterio ab Henrico Burgrauio II. nuper Ratisbonæ erecto, *sanctè vir doctus*, vt loquitur VVolfgangus Lazius lib. VII. de migrat. Gent. pag. CCCXII.

Odas sacras. *lib.* I.
Hymnos de sanctis. *lib.* I.

Floruit anno MCLVIII.

ISAAC. 741.

ISAACVS comes, ac socius peregrinationis Germanicæ S. *Mariani* primi Abbatis Ratisbonensis, vt ex VVolfgāgo Lazio liquet loco laudato. Scripsit

Paraphrasim in Ecclesiasten. *lib.* I.
Commentaria in libros Regum. *lib.* I. & alia, quę MSS ibidem loci asseruabantur; quædam prodierunt.

Floruit anno MCLVIII.

ROBERTVS IHONSTONVS. 742.

ROBERTVS *Ihonstonus* Baroni *Killosensi Brusio* dum viuebat charus, vir variæ lectionis, rarę eruditionis. Scripsit.

Historiam sui seculi latinè, *lib.* I. & tersissimā, vt est limati iudicii.

Viuit adhuc Londini virtutis merito, licet non Aulicus, Regi acceptus.

IOANNES. 743.

IOANNES Franciscanæ familiæ Socius, Neapoli, vt existimo, Monachum induit. Scripsit.

Quæstionem de Matrimonio, & Diuortio Henrici VIII. *& Catha-*

Catharina. *lib.* 1. Edidit Petrus Paulus Caporella Potentinus,& laudarunt Eligius Panhormius, Iunius Albinus Termineus, Deodatus de sancta fide, Bartholomæus Turris Selmuntius. Ant. Blandus Cuchareus prodijt Neapoli per Antonium de Iubenis.

Floruit anno MD*XXX* I. indicauit eximius concionator, Franciscanæ & ipse professionis R.P. *Raphael* Bononiensis.

INGETHLINGENSIS. 744.

INGETHLINGENSIS. Benedictinus monachus, & Prior illius Cœnobij, quod à S. *Columba* vel conditũ, vel reparatũ Coludiensis prodidit, vir pius, & eruditus. Scripsit.

De Natura auium. *lib.XV.* Index Bibliothecę Cuprensis.

Florebat anno DCC. aut circiter.

INNOCENTIVS DECANVS. 745.

INNOCENTIVS Scotus ex Camalduléſe monacho Ecclesiæ Rauennatis Decanus, magna, & literaturæ fama, & pietatis opinione floruit, *Fortanerio* Archiepiscopo virtutibus charissimus, cui à secretis fuit in Collegium Principum purpuratorum adscito, ac postea, nescio qua occasione, ad Regem Galliarum missus, Lutetiæ excessit. Scripsit.

Contra schismaticos, *lib.* 1. meminit Rambaldus Ferratiensis.

Vixit anno MCCCLX. & vlterius.

THOMAS IEDBVRGIVS. 746.

THOMAS *Iedburgius*, siue, vt alij *Iedworodius* Franciscanus supra ætatem, & professionem ordinis in seculari literatura doctus. Scripsit eleganti versu.

Deploratione patriæ. *lib.* 1. apparet Anglicum bellum ab eo defleri, meminit index Bibliothecæ Cupiensis.

Scribe-

Scribebat anno MCCCCXCVII.

GILBERTVS IOSEPHI. 747.

GILBERTVS *Iosephi* haud affirmarim an Scotus sit, in eiusdem tamen Bibliothecæ Cuprensis indice reperitur scripsisse.

Cupri successionem. *lib.* I.

Nec quo tempore vixerit, deprehendi.

BONAV. IRLANDVS. 748.

BONAVENTVRA *Irlandus iuuenis doctissimus*, ait Scaliger Iunior in Posthumis. Scripsit ad Scaligerum.

Dubitationes doctissimas. *lib.* I.

Vixit in Batauis anno MDLXXV.

IOHEL. 749.

IOHEL S. Iacobi Herbipolensis Abbas XIII. sub *Andrea* Episcopo. Scripsit cum adhuc Monachus esset.

De Bello ad Acconem gesto. *lib.* I. Extat MS. apud Paulum Petauium Senatorem Parisiensem.

Obijt anno MCCXCVIII.

S. IOANNES. 750.

S. IOANNES VVintschelensis Monachus in Anglia, in Scotia natus, & Scotis parentibus, Monasterio illi Anglicano traditus, vt de S. Bonifacio Scoto dixi, eidem Bonifacio peregrinanti Romã comes adhæsit, tum *Archiepiscopus Saltzburgensis, & generaliter omnium circumiacentium prouinciarum.* Verba sunt Ioannis Trithemij lib. IV. de vir Illustrib. ordin. S. Benedicti cap. CV. *autoritate Apostolica ordinatus, prædicans fidem Christi gentibus illis multos ad vnitatem Catholicæ Ecclesiæ congregauit, fuit enim doctus vir, & excellens.* Scripsit.

Epistolas ad Bonifacium Magistrum. *lib.* I.

Exhortationes ad Gesodunenses. *lib.* I. sunt populi Germaniæ superioris vicini Saltzburgo, quod olim Gesodunum.

Claruit

Claruit anno DCCLXX.vel DCCLIV.Arnoldus Vuion lib.II.lig vit.cap.XXXI.

IMARVS ABBAS. 751.

IMARVS Scotorum Herbipolensium Abbas XX.quo sedēte *Gerardus de Schvvartzemburg* Episcopus Herbipolensis ciuium rebellionem prælio ad *Bertheym* commisso magna virtute, nec minore felicitatis successu castigauit die XI. Ianuarij. Scripsit, vt referunt.

Homilias. *lib.*I.

Floruit anno MCD.

IOANNES IRLANDVS. 752.

IOANNES Irlandus Parisiis inter Sorbonicos Doctores plurimum excellebat; de eo cum audyßet Rex Iacobus III. *non quieuit, donec honestißima cōditione inuitatum, in patriam ad se reuocaßet, quem quidem, vbi in Scotiam redyßet, non solum his literarum artibus, vt antea fama de illo vulgauerat, præcellens, sed pietate quoque, moribus, & concionandi ad populum mira dexteritate ornatißimus humanißimè excepit, & paulò post Sacerdotio amplißimo donauit.* Vt scribit Ioannes Ferrerius Pedemontanus in Appendice historiæ Scoticę. Tantæ hic dignationis, vt cum Theologiam profiteretur, à Rege Francorum in Scotiam legatus, vt Regem ad bellum cum Anglis gerendum adhortaretur, in ea etiam legatione summopere curabat, vt Alexander Dux Albaniæ cum Rege Scotorum suo germano in gratiam rediret, sed irrito conatu. Idem Appendicis pag.CCCXCIII. Laudat eundem in fine Appendicis. *Viri doctißimi floruerunt, è quorū numero prodyt insignis è Schola Parisiensi Theologus, & Euangely concionator percelebris Ioannes cognomento Irlandus, natione Scotus.* Scripsit.

In Magistrum sententiarum. *lib.*IV.

Conciones sacras. *lib.*I.

Reconciliationis modum ad Iacobum III. *Regem super dissidio cum Duce Albaniæ.* *lib.*I.

Epistolas. *lib.*I. Vidi excusas Lutetiæ.

Legationis munus obiuit anno MCCCCLXXX. quando obierit, non deprehendi.

Finis Libri Noni.

LIB.

tibus fundato, *Asaphum*, vt dixit ciuē, ac discipulum suum successorem sibi inaugurauit, & ad Glascuensem suam sedem rediuit, vbi summa sanctitatis opinione excessit, in sanctorum numerum relatus, incredibiliq; studio ea à gente cultus, miror tñ cur Martyrologii Romani tabulis nō sit adscriptus. Recolunt nostrates eius solemnitatem die XIII. Ianuarii Ioannes Molanus Addition. ad Vsuard. Martyrolog. *In Scotia S. Kentigerni Episcopi Glascuensis, & Confessoris*. Altum apud alios silentium. O iniurias tuas Scotia! Eius sunt.

Ad Rodericum Regem.	*Epist.* I.
Ad Auarum Regem.	*Epist.* I.
De obitu S. Dauidis.	*lib.* I.
De obseruatione fidei.	*lib.* I.
De charitate mutua.	*lib.* I.
De pace Christiana.	*lib.* I.
De scripturarum lectione.	*lib.* I.
De oratione continua.	*lib.* I.
De hospitalitate tuenda.	*lib.* I.
Manuale suorum ministeriorum.	*lib.* I.
Orationes.	*lib.* I.
Epistola.	*lib.* I.

Obiit anno ætatis suæ CLXXXV. salutis verò DLX. vel, vt alii volunt, Sexcennio post locus mortis Glascoa fuit.

S. KILIANVS. 754.

S. *KILIANVS*, *Chilianus*, *Quilianus*, aut *Calianus* aut *Cilianus* VVandelbert.

Octauo ante Idus Cilianus, Procopiusque,

Scotus, Monachusq; & Martyr ait Posseu. Appar. pag. CCCXX. Amplissimè nobis fauet Eucharius Sāgius Suffraganeus VVirceburgensis orat. de Translatione *B. Macharij* verba vide supra in *S. Bonifacio*. *Arnualis, Adamāni, Columbāi, Adhelmi, VVilfridique* institutor ac magister, vt docet Sigebertus Gemblacēsis chronico ad annum DCXCIV. Anton. Demochar. Tom. II. de sacrificio Missæ cap. XXXV. Ægrè ferens Romanos ritus de Paschate celebrando, & tonsura clericali à Scotis non recipi, patriam fugit, Franciaque

 Orien-

Orientalis Apostolus Martyrii palmam percepit. Autor Egilunardus S. Burchardi Monachus prope Herbipolim in prologo vitæ S. Burchardi. *Scotia in Christo prudentissima nobis lumen nostrum primitiuum destinauit* Kilianum, *Burgundis Columbanum, Alamānis Gallum*, & lib. I. cap. IX. *Primus fundator vestræ fidei Kilianus, ab Apostolica vobis pastoralitate transmissus, fidem, quam verbis docuit hoc ipso in loco martyrij testimonio comprobauit*. Sigebertus narrat elegāter in chron. *apud VVirziburh castrū Ostrofrancia S. Chilianus cū discipulis Colomāno, & Tolmāno clā martyrizātur à Geilana vxore Gozberti Principis VVirziburgensium, qua timebat separari à viro suo arguēte eū Chiliano, quod eā vxorē quondā fratris eius etiā ipse vxorem haberet, quorum mors cū diu oēs lateret, Geilano, & percussoribus martyrum à Damonio arreptis, eorum confessione diuulgata est*. De Martyrio certum, sed non æquè de modo conuenit: quidam enim *Gozbertum* non principem, sed iudicem faciunt, magna etiam nominum varietate; adscribam aliquot autorum loca, tu lector iudica. Martyrolog. Roman. die VIII. Iulii, quo eius memoriam Ecclesia celebrat. *Herbipoli in Germania S. Chiliani Episcopi, qui à Romano Pontifice ad prædicandū Euāgelium missus, cum multos ad Christum perduxisset, vna cum socijs Colomano presbytero, & Totnano Diacono trucidatus est*. Eodem die in Martyrologio suo Petrus Galesinius. *Coloniæ S. Kiliani, & duorum sociorum Martyrum Colomanni presbyteri, & Iornani Diaconi qui ab Hibernia profecti Christi nomen prædicantes, Goberti cuiusdam iudicis mandato contrucidati, multis posteà rebus admirabiliter claruerūt*. Magna sanè varietas, & ab historiæ veritate dissensus: nam nō *Coloniæ*, sed *Herbipoli* constat passum, nisi forte dicatur pluribus in ciuitatibus eius commemorationem celebratam; quod, & verum infra patebit, neque enim vnius alicuius ciuitatis Apostolus, sed multarum fuit prouinciarum, qui illi est *Iornanus*, ab omnibus aliis *Totnanus*. Mox ab *Hibernia* malè, & contra omnium scriptorum fidem eos deducit VVolf. Lazius in præfat. ad lib. I. de Gēt. Migration. ss. *Kilianum*, & *Burchardum Scotos* vocat Hieron. Platus lib. II. de stat. Relig. cap. XXX. *Kilianus Monachus Scotus Frācorum gentem ad fidelium numerum aggregauit*. Nicol. Manertius ex Iacobo de Voragine in Iulio pag. CDLXVII. Patriam ei *Sco-*

tiam

tiam apponit Bibliotheca Minorum Patrum in chronico chronicorum collectione V.cl. Ioan. Gualterij pag. CMXCIII. *Kilianus Martyr Scotus.* Trithem. lib. I compend. Annal. pag LVII. Conō *S. Kilianum natione Scotum, in Episcopum ordinanit.* Tum *Gobertus* ille nō iudex, sed *Hettani* Principis filius, & ipse Princeps Herbipolensium. Egilunardus Monach. in vit. S. Burchardi lib. II. cap. IV. vt omittam non ipsius iussi, sed vxoris fraude eos morti addictos Franciscus Maurolycus Siculus in Martyrologio eodem die. *Sanctorum Caliani Episcopi genere Scoti, Colonati presbyteri, & Romani Diaconi martyrum in Germania apud VVizeburgum Cōstantino Imperatore quos Gerlanda vxor Gutberti* Ducis *interfici clam iussit, q Calianus eius coniugiū, quia viri fratrem duxerat, damnasset.* Satis probè in historia, licet nomina sint corruptissima, & malè sub Constantini Imperio locatur, cum sint penè quadringenti anni interiecti. Notkerus Balbulus in Martyrologio die laudato. *In pago Austria, id est noua Franciae castro, imò ciuitate, vt Teutonico nomine prodit VVirzburg, iuxta Moinfluuium sita passio S. Chiliani primi eiusdem ciuitatis Episcopi, & duorum discipulorū eius Colonati presbyteri, & Totnani Diaconi, qui ab Hibernia Scotorum insula venientes, & à Pontifice sedis Apostolica autoritate accepta nomen Christi in eodem loco, & circuitu praedicauerunt, cūque multum populum idem vir Apostolicus signis, & verbo, Domino acquireret à Duce eorumdem locorum nomine Cozberto pro eo quod eum à coniugio vxoris fratris sui disiungere niteretur factione eiusdem incestuosissimę Geila, cum sociis eodem Zelo feruētibus, est interemptus.* Pergit verbosè pęnam percussorum exequi. vt supra Sigebertus addit ducem ipsum à seruis suis interemptum, filiū eius principatu à populo deiectum. H. Rabanus, & ipse in *Gozbertum*, non tantum in *Geilam*, siue *Ceilanam* cædem Martyrum reiicit, quem vide, vt, & eadem transcribentem Ioannem Molanum addition. ad Vsuardum.

Vitam *S. Chiliani* habet Surius Tom. IV. ex Anonymo autore quem edidit, & notis illustrauit Nicolaus Serarius Soc. Iesu presbyter, sed in manus meas non venit: in Epitomen redegit Frācifcus Hareus, & multis Laurentius Francus de eo agit. Franc. Irenic. lib. III. cap. LXXVI. consulendi sunt Trithemius lib. III. de vir Illust.

ordinis S. Benedicti cap. Cxxxi. & lib. iv. cap. CLXXii. Otto Frin singen. lib. V. cap. xiii. & Demochar in Tabulis. Errant verò, qui *S. Burchardum* primum Herbipolensium Antistitem faciunt, cum *Kiliano* primo ab ipso Pontifice ordinato ille successerit, præter ea quę supradicta, Sigeberti Gemblacensis hæc sunt ad annum DCLXXXV. *Sanctus Chilianus Scotus. VVirziburgensis Episcopus claret.* Alius ab hoc Episcopo Chiliano est ille, qui *Episcopi, & Confessoris* nomine *Albiniaci in territorio Attrebatẽsi* apud Ioannem Molanun addition. ad Vsuardi Martyrolog. die xiii. Nouẽbris.

Cum ad sepulchrum eius multa, crebràque patrarentur miracula, omne honorum genus, vt ex dictis apparet, ei exhibitum à deuoto populo Egilunardus lib. ii. de vita S. Burchardi cap. Vii. nam, & Basilicam ei sumptosissimam ædificarunt. Engolismensis Monachus Anonymus in vita Caroli Magni *Natale celebrauit ad S. Chilianum in VVirzinburg.* Et corpora ipsius Sociorumq. à *S. Burchardo* honorificè translato, quod his verbis in chronico ad annũ DCCXLVI. describit Sigebertus. *Athalongus presbyter per illatã sibi cæcitatem, admonitus quærere corpora sanctorum* Chiliani, *& sociorum, inuentis sanctorum corporibus, visum recepit, eaque re S. Bonifacius Moguntiæ Episcopus ab Athalongo ad se delata castrum VVirziburch ad honorem Chiliani Martyris, qui ad prædicandum ibi à Papa Conone Episcopus ordinatus fuerat, ibique locum mortis, & quietis à Deo acceperat, Episcopalis sedis priuilegio insignire decreuit, primumq. ibi Episcopum sanctum Burchardum ordinauit.* Ergò primus Episcopus Herbipolensis à S. Sede Apostolica extra ordinaria consecratione fuit *Kilianus*, ordinaria verò inauguratione, quæ per Metropolitanum fieri solet, primus item Antistes habendus *Burchardus*, qui malè ab Adhelmo Benedictino in Francicor. Reg. Anna lib. ad annum DCCXLIX. pag. CCCLxxxiii. vocatur *Richardus*. Translata verò corpora magnificentissimè sunt collocata cum hoc elogio, quod apponam.

Hi sunt, Herbipolis, qui te docuere Magistri.
Qua verum coleres Relligione Deum.
Impia quos tandem iussit Geilana necari.
Celauitque sub hunc corpora casa locum.

Neturi

Ne turpi sine laude situ defossa iacerent.
Corpora Burchardus sub monimenta locat.

Paul. Langius Bosnaniensis chronico Citizensi ad finem *sancti, & deuotissimi Patres Columbanus, Gallus, Chilianus, Bonifacius, Vuillibrordus, & Ludigerus.* Scripsit.

Contra Arrianismum.	*lib.* 1.
Contra peregrinos cultus.	*lib.* 1.
Monita ad Gozbertum Ducem super diuortio cum fratris vxore.	*lib.* 1.

Florebat anno salut. DCXII. vt vult Rhegino Abbas Prumiensis, falsò, vt opinor: melius Marianus Scotus anno DCLXXXVII. nam eo anno consecratum Episcopum à *Benedicto* Papa, non autem à *Conone*. vt supra, voluit Sigebertus. Prodit compilatio Chronologica Anonymi autoris. Passus est anno DCXCVII. alii diuersam ei ætatem adstruunt, & sunt, qui biennio serius martyrio coronatum velint; nec tanti est res, vt anxiè inquiratur.

S. KORTILA, 756.

S. *KORTILA*, aut *Rortila*, siue *Cortyla*, & ipse diu in Germanijs commoratus, *Tanconis, Pattonisque* familiaris, & amicus, dignitatisque Collega, Episcopatum etiam Verdensem piè administrauit, sextus eius Antistes, vt Gaspari Bruschio placet. Scripsit multa, sed omnia perierunt, præter.

Homilias de sanctis.	*lib.* 1.

Floruit sub *Dungallo* Scotiæ Rege anno salutis DCCCXXVI. quando obierit haud facilè diuinarim. Inter sanctos habitus. Arnold. Vuion lib. II. ligni vitæ cap. LV. colitur XXIIX. Aprilis. Martyrologium Anglicum.

S. KENNETHVS. 757.

S. *KENNETHI templum* memorat H. Boethius lib. X. hist. pag. CC. sed quis ille fuerit, aut qua vitæ conditione, aut quo tempore vixerit quærant alij, ego me fateor nescire, hoc modo constat in Fifa cultū. Reperi posteà S. *Blanum* baptizasse, & *S. Congalli*

socium

socium fuisse sub Annum CCCCXLII.

S. KENNOTHA. 758.

S.KENNOTHA Virgo magna fuit vitæ innocentia, sanctimonialem Brechini censetur induisse, & viua, defunctaque miraculorum gloria fulsit.

Claruit anno MVII. templa ei, & aræ in Scotia, vbique Regni, erecta colitur die XIII. Martij. Breuiar Scot.

S. KENNEIRA. 759.

S.KENNEIRA virgo nobilissima familia, & vt nonnullis visum regio sanguine orta, post solemne virginitatis seruandæ votum *S. Vrsulæ* se iunxit, vnaque cum XI. millibus Virginũ Romanam peregrinationem suscepit, & Roma rediens, Coloniæ ab Hunnis tum obsessæ, cũ in sancto perseueraret proposito, Martyrio confecta, vitam futuram adepta est. Ita historiæ nostrates, & conformiter *Elizabeth* sanctimonialis, quæ reuelatione edocta est ita rẽ se habere anno MCLVI. vt refert Robertus Altissiodorensis chronic. pag. LXII. vide lib. XIX. infra in *Vrsulas*. Delirat, more genti suæ Richardus Vitus lib. VII. histor. Britan. pag. XCIV. qui vir vix tanti est, vt nominari in serio opere debeat. Ad hęc VVolfgangus Lazius, & alii Germanici scriptores consulendi præter Historicos.

Obijt cum sociis Anno CDLIV. colitur celebri gentis concursu, templis Deo, sub illius gentis inuocatione, erectis, & aris vbique Regni dedicatis, die XXIX Octob. Breuiar. Scot.

SS. KOLDINGAMENSES. 760.

SS. VIRGINES *Koldingamenses*, cum debaccharetur Dani libidinosissimi exemplũ *S. Ebbæ* Abbatissæ secutæ labrũ sibi superius amputarũt, vt deformitas pudoris custos esse posset, sed Dani cũ tum ... accensi, igne iniecto monasterium cum sanctis omnibus absumpserunt. Vide supra lib. V. in *S. Ebbæ*. Hymno eleganti Italico

lico Maphæus Venierus Archiepiscopus Corcyrensis martyrium istud describit apud Ioannem Felicem Astolfum nouo sanctorum Legendario pag. CXXV. vbi tamen *Collingam* pro *Coldingam* est leui errore.

Passæ sunt anno DCCCLX qui numerus in Arnoldo Vuione corruptus, qui habet annum DCxxx. Coluntur die xxii. Augusti.

KENNETHVS. 761.

KENNETHVS Rex *Alpini* Regis filius Regnum Pictorum tota gente deleta, & ad internecionem acie ad Stirlingum, obsidione ad Camelodunum extincta MCLXX. annis ex quo in Albionis eam partem descẽderat, Britanniam etiam vlteriorem sibi vicinam bello petijt, victoriæque prẽmium Northumbriã suo Regno adiecit. Cathedram inaugurãdis Regibus fatalem Sconam detulit Ediderat ille.

Breuiarium Antiquarum legum. lib. 1. Inutiles enim leges resecans, vtiles in Epitomen redegit, ijs in foro Angli vtebantur Anton. Posseuin. Appar. pag. cccxx.

Nouas leges adiecit lib. 1.

Obiit anno Regni sui xx. sedebat in Petri Cathedra *Leo IV.* Imperabat *Ludouicus II.* Francorum Rex anno Salut. DCCCLV. Annales nostrates.

KINNATILLVS. 762.

KINNATILLVS Rex *Eugenij III.* & *Conualli* Regum frater, *Congalli* Regis F. *Aidannum* nepotem participem Regni adsciuit, & in sinu S. Columbæ expirauit, breui principatu egregiam laudem adeptus. Scripsit.

De regimine Principum. lib. 1. ad D. Columbam. Meminit Ioan. Fordanus.

Obiit anno II. Regni sui, salutis verò Dccclxxx. Annales nostrates.

B. KINEARDVS. 763.

B.KINEARDVS Scotus, falsò hactenus *Einartus*, & *Eginartus Caroli Magni* alumnus creditus Germanus, cum fuerit Scotus: nam id nomen eo æuo in eo Britanniæ tractu frequens, Houedenus Annal pag. CCXXXV. *Alcuini, Rabani, Clementis, & Ioãnis* socius, quos sæpe hoc opere monui cum *Gulielmo Achaij* Regis Scotorum fratre ex Scotia in Galliam venisse, & vt cæteri sub senium aula deserta Monachus factus, ac deinde Abbas concilio Moguntino sub *Bonifacio* subscribit. Primum argumentum ab hominis Germani autoritate sumetur, is est Conradus Gesnerus qui *Vitam Caroli ab Albino Flacco Scoto* conscriptam docet, quem sequitur Iosias Simlerus Epitomastes, & concors Flauius Blondus Hetrur. illustrat. pag. LII. in rebus Floẽtiæ *gesta Caroli ab Alcuino eius præceptore scripta*. Deinde est codex apud *Petrum Petaniũ* Senatorem Parisiensem V. cl. cum hac inscriptione *Scotus de rebus Caroli Magni* liquet ergo hunc vetustum esse Scotum, qui ab aliquibus Alcuinus Scotus putabatur, ab aliis *Anonymus*. Sed et *Clementem quẽdam Scotum* autorẽ facit VVolfgangus Lazius lib. III. de Migrat. Gent. pag XL. Ego nunc primum nomen eruo è situ, & latebris Antiquitatis Scoticæ, & gratias, puto, habebit nobilissima apud nostrates *Kinardorum* familia, quæ etiamnum hodie potens est, & clara, ob tam insigne nobilitatis suæ monimentum. Docuit me Florentius Vigorniensis in chronico ad annum DCCCXIII. quem locum exscribam. *Pons quem apud Moguntiacum per decem annos ingenti labore, & opera mirabili de lignis Carolus Rex struxit adeò, vt perpetuo durare posse videretur, anno vno ante obitum suum ita tribus horis conflagrauit, vt ne vna quidem hastula super aquam remaneret. Pontem autem illum Ricolphus Episcopus dicitur iussisse incendere, propter latrocinia, quæ noctibus in eo exercebãtur, dum homines spoliati in flumen ipsum iacti necabãtur. Sed Kineardus qui vitam istius Caroli scripsit, hac fortuito refert contigisse.* Locus Kineardi nõ est fideliter à Florentio exscriptus, neque quicquam ille de fortuito cesu, sic enim ille. *Pons apud Moguntiacum in Rheno quingentorum passuum lõgitudinis, nam tanta*

est flu-

est fluminis ibi latitudo, qui tamen uno, antequam decederet anno incendio conflagrauit, nec refici potuit propter festinatum eius discessum, quanquam in ea meditatione esset, vt pro ligneo lapideum restitueret.

Liceat pauca ex Marquardo Frehero V.cl. de eo adnotare. Cū Notarius *Caroli Magni* esset consuetudine furtiua cum *Imma Caroli* filia diu protracta, ad vltimum in facinore deprehensus, eā cum ingenti dote vxorem duxit, quam & auxit *Ludouicus* Aug. Hanc fato ereptā implacabili dolore luxit, vt ex Epistolis eius ad *Lupum* Ferrariæ Episcopum liquet; tum cælibatus impatientia ductus, & mundi pertæsus. Cœnobium *Salinstat* aut *Salingestat* ad Mœnum fundauit, ibique consenuit Chronic. Laurishamense. Ambrosius Moralius lib. *X* III. de Regibus Hispan. cap. *XX* III. & chronicon Snarzachense *Scriptorem actuum Caroli* appellat. Ermoldus Nigellus in Pan gyrico Ludouici Pii, Caroli F.

Tunc Heinardus erat Caroli dilectus amore,
Ingenioque sagax, & bonitate vigens.

Anonymus Padebornensis Poeta sub Arnulpho Imperatore editus à Reinerio Reineccio.

De vita Caroli scriptum legat ipse libellum,
Quem summo prudens Einardus nomine scripsit.

Scripta eius enumerat Trithemius, quæ videantur, ego pauca recensebo.

Vitam Caroli Magni quam ex Suetonii Augusto expressit integris interdum paginis exscripsit. *lib.* I.

Epistolas. *lib.* I.

De Translatione, & miraculis SS. Marcellini & Petri Martyrum. *lib.* I. Meminere Aimonius Monachus, & chronicon Laurishamense, extat apud Laurentium Surium Tom. VII. die II. Iunii.

Monita Gabrielis Archangeli XII. capitulis comprehensa *lib.* I. Annales Fuldenses ad annum DCCCLXXIV.

Florebat anno humanæ salutis DCCCI. quando obierit, non ego reperi.

IOANNES KVNINGHAM. 763.

IOANNES *Kuningham*, seu *Cuningamius* ex nobilissima Comitum *Glencarniæ* familia, clarissimum à S. Theologiæ studio nomen, sortitus, tota Europa lustrata, Asia etiam, ac Africa visis, Parisijs substitit, cõmuni. e eo seculo literarum Emporio: ac postea nescio quo fato, Paderbonensis Episcopus renunciatus à *Bonifacio IX.* recusato honore ad Scotos suos redux, ad finem vitæ bonis artibus incubuit: malè Anglum facit Sixtus Senensis in Bibliotheca sanctor. lib. iv. & *kiningham* vocat. Scripsit.

Lecturam in Threnos. *lib.* i.

Claruit anno MCCCXCIX.

S. KILIANVS. 764.

S. *KILIANVS* hic ab Herbipolensium Apostolo diuersus *S. Liuini* Archiepiscopi ex Scotia comes itinerum, laborumque socius, sanctitatis discipulus, ac demũ passionis spectator, sanctissimi Martyris corpus in *Hauthem*, vicinum Martyrio vicum cum socijs suis ac condiscipulis *Helia*, & *Foillano* religiosè detulit. Vita S. Leuini cuius Epitome apud Franciscum Haræum idipsum testatur die XII. Nouembris. Scripsit.

Vitam, & gesta Liuini Magistri. *lib.* I.

Scribebat anno DCXXXIII.

S. KVNDAKAR. 765.

S. *KVNDAKAR* Monachus, ac discipulus *S. Bonifacii* Germaniæ Apostoli, authore Othlono Fuldensi in vita eius lib. II. pag. CCCCLXI. forte, & Martyrii eiusdem socius, qui cum aliis enumeratur à Notkero Balbulo in Martyrologio Non. Iunij nisi quod *Gundechar* vocetur, sed nomina illa sæpe corrupta. Eius est.

Instructio ad Frisios. *lib.* I.

Floruit anno DCCLV.

KILIANVS. 766.

KILIANVS à VVilhelmo Rege ad Pontificem cum aliis missus orator, ex itinere valetudine contracta substitit Bononiæ reliquis in patriam redeũtibus, & in eodem clarissimo literarum Emporio languentes Musas sedulus excitauit, ac Iuris Ciuilis scientiam Barbarorum insolentia post Iustiniani penè principatum non dicã oppressam, sed emortuam, & sepultam ab inferis reuocauit, cumque nuda philosophia, & eloquentiæ studiũ tantum ibi vigeret, præclara fama legalem primus in Italia cœpit profiteri, vt testatum abundè reliquerunt *Ioannes Fichardus, Ioannes Baptista Ziletus, Ioannes NeuiZanus, Ludouicus Gomesius, & VVolfgangus Freymonius.* Comes ei tam præclari facinoris Irnerius, quem quia Italum perperam autorem faciunt hos secuti cateruatim *Columbus Fasolus, Hugolinus, Bulgarus, Martinus Placentinus, Ioannes,* atque illi quidem sincerè ius tractantes, tum *Accursii, Iason, Bartolus, Baldus,* qui venustissimum legum corpus fœdissimis suis ineptiis coinquinarunt. Scripsit *Kilianus.*

Lecturas in Pandectas. *lib.* 1. quæ tamen perierunt.

Florebat anno MXC. Huius fama ab orco reuocata, gratias Scotiæ debet Bononia, Scotia mihi.

IACOBVS KENNEDIVS. 767.

IACOBVS *Kennedius* nobilissima familia, ingenio eminentissimo, Polydor. Virgilius. lib. XXII. Histor. Anglic. *Iacobus* III. *ætate puer Rex creatur, cui præceptor datur Iacobus Chennethus diui Andreæ Archiepiscopus, qui diu fuit etiam Regni gubernator quod vir esset probus, atq. homo rebus omnibus longè ornatissimus.* Et in fine eiusdem libri *Erant in procuratione Regni propter Regis ætatem complures Principes, & in primis Iacobus Khennethus diui Andreæ Archiepiscopus.* Ioannes Ferrerius Pedemontanus in Appendice histor. Scot. *Erant tunc in aula Scotiæ ob ætatem sui Regis in Regni totius procuratione viri Principes, & Illustres permulti, quorum facile primus habebatur Iacobus* Kennethus *S. Andreæ*

Archiepiscopus ipsius Regis Cognatus. Huius prudentia, & consilio Henricus VI. Anglia pulsus, humanissimè receptus in Scotia, & ad recuperandum regnum non vulgariter adiutus. Tria hic æquali fertur pretio ære suo fabricauisse, Collegium S. Saluatoris in Fano diui Andreæ, ibidem sepulchrũ ex marmore sumptuosissimum in quo condi voluit, Bargiam nauem, de qua supra hoc opere. Scripsit.

Monita Politica. lib. I. quæ Iustus Lipsius viderat.
Historiam sui temporis. lib. I. sed non prodiit.

Excessit in Archepiscopio suo anno MCDLXVI. die X. Maii.

S. KANILLVS. 768.

S. *KANILLVS* Eremita ordinis Benedictini, socius ac discipulus magni illius *Buonis*, cognomento *Bardi* in Argathelia, aliisque plurimis apud Siluestres nostros Scotos, erectis templis cultus, de quo nihil aliud habeo, nec scriptorũ apices ad nos peruenerũt. Floruit anno DCCXCII.

S. KEINA. 769.

S. *KEINA* seu *Keiana virgo Britannica sanctissima*, vt Cãbdenus homo orthodoxæ fidei infensus fatetur, pag. CLXIX. Britanniæ à cuius nomine *Cainsham* oppidum ad Anonam in Agro Somersetensi, id est *Keinæ domicilium*, in quo tractu, cum serpentes incolas mirum in modum infestarent, eos virgo Dei in lapides permutauit, atque etiamnum hodie serpẽtis in gyrum reuoluti effigiem lapides ostendunt, cuius caput in circumferentia prominet, candã centum occupat, quod miraculum frustra heterodoxi rideant, dũ nos catholici deprædicemus, & Deo in Virginis operibus benedicemus: credibile porrò est hãc esse è genere illius *Scoti Keiani*, qui vt Nemnius apud Cãbdenum habet, Silures, & Dimetas siue Glamorganshire, & Caermardenshire, imperio obtinuerat, vt in illarum prouinciarum delineanda historia idem autor est, nec si quid scripsit, ad nos deuenit.

Viuebat anno CD. colitur XXVII. Februarij.

S. KESSOGVS. 770.

S. *KESSOGVS*, seu *Bessogus* ex Scotia in Hiberniam nauigans, monasticæ, & solitariæ vitæ sitiens, se totum domino mancipauit, insignia eius apud Deum merita, in Cathenesia plerçque ædes sacræ loquuntur, & pluribus recolunt vicini.

Floruit anno Dcc. colitur x. Martii, vt in Florario, vide in S. *Makkessogus* lib. XII. id enim nomen sonat *filium Kessogi*.

S. KENTILLA 771.

S. *KENTILLA* Episcopus Verdensis, ex illorum numero, quos sæpe dixi à Scotia ad Amarbaticensis claustri curam vocatos, inde ad regimen Episcopale admotus, fortitudinis simul, & pietatis Scoticę in ea gente trophæa extare, ex Bruschio, & aliis scripta pe rierunt.

Sedebat Verdæ Cæsaris anno Dccccx. colitur. xxIIx. April. Acta Ecclesiæ laudatæ apud Krantzium, & alios.

S. KEVINVS. 772.

S. *KEVINVS* Abbas in Liuinia prope Menteth, natus in Insulâ Rothesay, quæ postea Buta, & sanè in Ducatu Rosæ cella visitur, vulgò *Kilkeuin*, postea tamen curam nescio cuius monasterii gessit, Alexandro Millo autore, putat non nemo eundem esse cum *Koengo*, de quo Giraldus Cambrensis in topographia Hiberniæ; scripta non extant.

Vixit anno DccevII. colitur iII. Iunii. ex nundinis cõcursu maximo celebratis constat.

S. KENOCVS. 773.

S. *KENOCHVS* Abbas Iedvvodi, ordinis Lateranensis Canonicorum S. Augustini, qui decem annis totis tumentes Scotorum Anglorumque Regũ animos, in bellum pronos, precibus assiduis

in pa-

in pace continuit,extat officium IX.lectionum,ac templum Deo, sub eius inuocatione,erectum in ditione Glascoensi, vt in historia Miscellanea Brunus Abbas habet pag. XXCVIII.scripta nō reperi extare vlla. Florebat anno M,colitur XIV,Nouemb.

S. KIERANVS. 774.

S.*KIERANVS* Eps sanctissimus,vt plurimum Insulas Scotiæ occiduas incolebat,ac tandem longo virtutum cursu peracto martyrium,à latronibus iugulatus,consummauit,nec plura eius acta superfunt,ita,& scripta interiere.

Floruit anno DCLXV.colitur V.Martii. Breuiarium Dūblanense, in regione Kyntyre memoria eius celebris,ibi enim lacus incolatu eius,ac miraculis frequentata,vulgò *Lochkilkeran* idest *Lacus cella Kerani.* Gilbert.Brun.histor.pag.XXCIX.

S. KINEDVS. 775.

S.*KINEDVS* Eremita ex Abbate factus,cælestiū rerum contemplatione animū pasturus in Angliā secessit,ibique inter VVallos mirabili continentia diu se continuit, *in Diuos relatum* loquitur Cambdenus pag.CXVII.miracula Io. Capgrauius colligit, ac recitat,ex quo discas eum *genere Scotum,incolatu Anglū*, vtrāque gentem conuersatione sanctorum operum nobilitasse. Hinc habent Illustrissimi Cassiliæ Comites,quo gloriētur,nam cum ipsorum nomen *Kenedii* sit,hunc gentilem suum iure venerentur,& in terris generis sui,stemmatisque antiquitatem suspiciant,in cœlo præsidium inuocent. Scripsit.

Ad VVallos. lib.I.
Preces pias. lib.I.

Vixit Confessor anno DCXXciv.colitur XXII. Ianuar.eodē autore.

S. KVNEGVNDIS. 776.

S.*KVNEGVNDIS* virgo Vrsulana,& martyr,requiescit in territorio Constantinensi parochia de Hischel,relata in Diuos anno M. DII.

Dii.vt processus, qui extat indicat, ad quem, te lectorremitto. Io. Molanus additionib. ad Vsuard. Acta loci.
Passa anno CDLIV. colitur xxi. Octob.

S. KVNERA. 777.

S. KVNERA et ipsa Vrsulana, & ab Angelo Custode, vt maior Dei gloria, duriorque virginis passio fieret, educta, Hunorum, quidē gladios vitauit, sed paratam martyrij palmam non effugit, operibus suis, & virginitatis voto respondentem: cum in viri nobilis famulatum venisset, ob solam pulchritudinem in suspicionem Zelotypæ mulieris peruenit, quæ ipsam iniecto mantili strangulauit sed Domino ancillæ suę innocentiam signis manifestāte, gloriosum corpus per S. VVillibrordum Scotum translatum, & in ciuitate Renensi decenter collocatum, Molanus Indiculo ss. Belgij. Cratepol. de sanctis Germaniæ pag. LV.
Passa est anno CDLIV. XXIIX. Octob. translata XII. Iunij. Vita S. VVillibrordi.

IAC. KARDENI. 778.

IACOBVS *Kardenus* Canonicus Dumblanensis, familia veteri, ingenio nobili, fama celebri, Theologus supra ætatem suā doctus. Scripsit.

De sacramentorum numero.	*lib. I.*
De baptismo contra hæreticos.	*lib. I.*
Sermones.	*lib. I.*

Floruit anno MCCXCIV.

GVL. KEITH. 779.

GVLIELMVS *Kethus* Abbas Killos in Murauia, egregius concionator, eloquens rhetor, poeta ingeniosus, multa versa, & prorsa scripsit, in his Index loci memorat.

Quadragesimale.	*lib. I.*
Hymnos de Sanctis.	*lib. I.*

Claruit anno MCCCL. PET-

PET. KYNTYRE. 780.

PETRVS *Kyntyre* sacerdos catholicus, cum peregrinus in Italiã venisset, vitæ integritate, ac literatura innotuit *Gregorio X.* beatissimo Pontifici, cum quo diu vixit, laborum sanctorumque operum particeps, & cum ille post Concilium Oecumenicum Lugdunense Romam rediret, ac Florentiam interdicto suppositam declinaturus, Aretij obijsset, hic Romam perrexit, vbi aliquandiu tẽporis hæsit, donec in patriam reuocatus, curã Ecclesiæ cuiusdam suscepit, hic scripsit.

Laudes, acta, vitam, ac mortem Gregorij Papa X. *lib.* 1.
Florido stilo ait Ioannes Fraserius in oblatione ad hæreticum ex bibliotheca Killossensi.

Viuebat anno MCCLXXV.

QVINTINVS KENNEDIVS. 781.

QVINTINVS *Kennedius* Comitis Cassiliæ frater Crucis Regalis Abbas, ingens literatorum fautor, magno, & nobili animo heresi in Scotia nascenti familiaribus colloquiis, ac scriptis restitit nihil omittens quo Catholicam fidem strenuè propugnaret. Eius sunt opera Ioanne Leslæo autore.

De Conciliorum autoritate. *lib.* 1.
De publico Ecclesiæ sacrificio. *lib.* 1.
Contra errores Germanorum. *lib.* 11.
Fidei capita quatuordecim defensa contra Georgium Sophocardium. *lib.* 1.

Atque hæc typis vulgata, inedita verò sunt.

Responsio ad Ioannis Dauidsoni opus. *lib.* 1.
De vetitorum ciborum Abstinentia. *lib.* 1.
De illicito presbyterroum matrimonio. *lib.* 1.
De cultu Imaginum. *lib.* 1.
Palinodia VVilloxio reddita xx1x. *Martij* MDlx11. *lib.* 1.
Querimonia super Knoxij *frande, & impietate.* *lib.* 1.
Oratio pro obedientia supremis potestatibus habita die vl-

tima

tima Augusti MDLXII. *lib.1.*

De præsentia corporis in Sacramento altaris. lib.1. dicitur prodijsse.

Florebat anno MDLXIV. obiit autem die XXII. Augusti codẽ anno.

IACOBVS DE KELSO. 783.

IACOBVS *de Kelso* Benedictinus reformationis Tironensis, inter celebratissimos gentis nostræ scriptores iure laudatur vir incomparabili iudicio, Mathematicarum callentissimus. Scripsit.

Breuiarium Astrologicum. lib.1.

Canones directionum. lib.1.

Super errores veterum. lib.1.

Defensionẽ Astrologiæ. lib. II. vt ex indice librorum illius Cœnobij *Richardus Brunus* prodidit,

Commentarios in quadam Archimedis. lib.1.

Poemata sacra. lib.1.

Floruit anno MCDLXXV.

ANONYMVS KILVVINNINVS. 784.

ANONYMVS *Kilvvinnius*, aut *Kilvvinninus* eiusdem ordinis frater, Cœnobij sui etiam Prior, ad eandem famam cum *Iacobo* superius nominato contendit licet dispari successu. Scripsit.

Pro Alphonsi tabulis contra fratrem Iacobum. lib.1

Noua Musica ex Platone. lib.1.

Vixit anno MCDLXXV.

ROBERTVS KETHVS. 785.

ROBERTVS *Kethus* frater Comitis Martialis, vir nõ minus eruditione, & vitæ continentia, quã generis claritudine illustrissimus, Abbas Deirẽsis, multa egisse dicitur, quo collapsos Ecclesiastici ordinis mores restitueret, acerrimus vitiorum in illo hominum genere vindex, & censor. Scripsit, & publicauit.

Ad Clerum monitoria. lib.1.

De Primitiua Ecclesia apud Scotos sanctitate. lib. 1.
quod opus *Iacobus Langius* Sorbonicns Doctor Scotus publici Iuris facere voluit, an fidē liberarit, nescio.
Obijt Lutetiæ anno MDLI. die XII. Iunij, sepultus in æde sacra Carmelitarum ante aram *S. Niniani* Scoti.

DAVID KINEARDVS. 786.

DAVID *Kineardus* Soc. Iesu Presbyter pius, & doctus, vt pleriq; ex illo grege. Scripsit.

De vocatione Ministrorum. lib. 1.
De Ecclesia. lib. 1.
De Sacramentis. lib. 1.
De capite Ecclesiæ. lib. 1.

Viuit adhuc in Germanijs, & quotidie popularium suorum, vt audio, saluti scriptis studet, grauis, diligens, & famæ magnę Theologus.

DAVID KYNALOCHVS. 786.

DAVID *Kynalochus* bonas artes in Germaniis didicit, docuitque fecunda ingenij fama. Eius ego è multis, quæ edidit pauca tantum videre potui.

De generatione hominis. lib. 1. opus ingens, & graui versu eleganti.
De Morbis Corporis humani. lib. 1.
In Galeni, & Hippocratis locos difficiles comment. lib. 1.
In Petrum Goldmannum Epigrammata, & satyras. lib. 1. vt audio, venustissimæ multorum manibus circumferuntur.

Viuit adhuc Alecti seu Deidoni, vbi natus, & medicinam liberaliter multorum commodo, & fructu exercet.

IACOBVS KLELANDVS. 787.

IACOBVS *Klelandus* nobili loco natus, Duci Leuiniæ familiaris bonis literis seriò, & sine fuco domi, & in Galliis studuit, aulam

ali-

aliquandiu Britannicam secutus, tandem pertæsus vitæ illius secessit. Eius sunt.

Epistola ad fratrem, qua è Gallijs illum hortatur mitius Catholicos tractet. Ab eo opere magna in caput ipsius inuidia deriuata est.

De Rebus Britannicis lib. 1. opus ingens, varium, & magnæ famæ

Viuit adhuc Cantuariæ, & musarum delitias operosè colit.

Finis Libri Decimi.



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER XI.

S. LVCIA DE MONTE. 788.

S. *LVCIA* cognomento *de Monte*, Regis Scotiæ filia, cuius vita in officio, Breuiario Scotico, ei nuncupato hæc ferè colligi potest. In aula à tenera pueritia educata eleemosynis ac orationibus assiduè vacabat, audito in Ecclesia Euangelio omnia vendere exhortante, vt perfecta esset, statim se totam Christo deuouit, & furtim aufugiens, vt quod in aula non posset in Eremo tentaret, transmissa *Francia* venit in *Lotharingiam*, & cum Mosam in Episcopatu Virdunense traijcere pararet, amnis miraculo intumescens transitum negauit. Eo igitur loco, quasi diuinitus admonita substitit, & à *Theobaldo* quodam viro insigniter pio recepta præclara sanctitatis argumenta exhibuit, victum labore manuū quærens, fons è sepulchro natus, qui languores quoslibet sanat, cui subscripti hi versus.

Flos sudans rorem ascendit ad montis honorem,
Et super hunc florem Deus inspirauit odorem,
Flos, virgo, ros, grata salus, odor, aura salutis.

Floruit anno . . .

S. LEVINVS. 789.

S. *LEVINVS*, aut *Liuinus*, *Lebuinus* Episcopus Gandauensis, vt placet Cæsari Baronio: vt alij volunt, *Scotorum Archiepiscopus & Martyr* ait Anton. Posseuin. Apparat. CCCXLIV. Bibliotheca Minorum Patrum V. cl. Ioannis Gualterii chronic. chronicor. pag. MVII. *Leuinus Archiepiscopus Scotorum, & Martyr* cuius vitam habet Surius Tom. VI. ex Hucbaldo Elmonensi Monacho ad Baldricum Episcopum Traiectensem, quam vitæ historiam laudat impensius Petrus Archidiaconus Cameracensis. *Lebuinus* autem

autem ab eo autore dicitur quasi *Lesuuyn*, quod sonat *charus amicus*, sed frequentior vsus *Liuinum* vocat, de quo plenè Meierus in Annalibus Flandricis, & eiusdem acta celebrauerat *S. Bonifacius* Archiepiscopus Moguntinensis, qui MS. extat Louanii, teste Ioanne Molano. Passionem verò versu extulit Henricus Lacius Latinus togatu Letteri, Ægidius Honcarius presbyter, quem, licet Ascēsiano prælo emissum, non potui adhuc videre. Acta etiam Ecclesiæ Gandauensis MSS. hunc *Apostolum Transiselanorum* vocat Theatrum conuersion. Gent. apud Arnoldum VVionem lib. II. ligni vitæ cap. LVII. nisi forte alius sit, quod non putem. Petr. Cratepolius Episcop. German. *natus in Scotia* pag. XCIX. Verba Christiani Maslæi Cameracenatis de eo sunt lib. XIII. chronicor. Mūdi. *Sanctus Leuinus natione Scotus, Archiepiscopus Hiberniæ, vel Sylnestris Scotię Gandauum venit cum tribus discipulis XVI. Iulij indictione VI. & mansit illic mense vno, deinde profectus ad Escam prædicauit Christum, multosque conuertit; quidam verò indurati occiderunt eum XII. Nouembris eiusdem anni, decollatus autem, erexit se, & tulit caput suum, & portauit in Honthem in sepulchrū Angelicis manibus præparatum, vbi quieuit annis CCVIII. Deinde leuatus à Theodorico Cameracensi Pōtifice.* Vide, quæ sequuntur. Hunc verò Francorum Orientalium, & Saxonum Apostolum, vt loquitur Hucbaldus Elmonensis in vita eius cap. VI. Scotia protulit. primum sanè quod sciam illius gentis Archiepiscopum, vt Ecclesiam inter Syluestres, vel Montanos Scotos, ita crediderim in ea Regione illum natum, quæ tum optima Scotici Regni pars erat, decliues enim, & Orientales tractus Picti ea tempestate occupabant Molan. Indic. ss. Belgii pag. XLV. nō tantum Scotū docet esse, sed sacro fonte susceptum à *S. Augustino* Anglorum Apostolo. Planè euincit idem in chron. ss. Belgii pag. LXXXIII. *multi etiam de Scotia, vel Hibernia in Galliis peregrinantes, verbū Dei seminabant, multumque fructum Deo faciebant per Hannoniā, Brabantiam, Flandriam, & loca vicina: primum S. Liuinus Archiepiscopus, qui ex Scotia Gandauum venit:* persequitur deinde de ss. *Furseo, Foillano, Vltano, Fredegando, VVasnulpho, Ettone*, qui apud Auesnas concionatus, *Bertuino*, qui Maloniam Monasteriū condidit, *Eloquio*, qui VValciodorum fundauit, qui omnes Apostolici

lici Scotiæ meæ viri fuerunt Constantin. Ghinius pag. XXCIX. *in portu Gandensi natalis S. Linini Episcopi, & Martyris, hic adhuc puer in Scotia, non modo pietate, verum etiam miraculis clarus fuit.* Eum S. *Radbodus* Episcopus Traiectensis ex Anglia venisse scribit, quia scilicet Patres nostri eo æuo peregrinationem suam incipiebant per Angliam, vel, quia pleræque Ecclesiæ à Scotis ea in gente regebantur, vt sæpe hoc opere ostensum, vel quia spes erat aliquam eos Euangelii lucem Anglis adhuc infidelibus posse infundere, vel sanè quia iter illud in Gallias est commodissimum. Sic ergò ille.

Inclytus Anglorum veniens Lebuinus aboris.
Sacris virtutum meritis, & Remige Christo
Saua procellosi compressit Flumina Rheni

Sacram eius memoriam Ecclesia recolit XII. die Nouembr. quo martyrium est passus. Martyrologium Romanum *in portu Gandensi S. Linini Episcopi, & Martyris.* Subiungit deinde *in Belgis S. Lebuini presbyteri, & Confessoris,* vnum eundemque *Liuinum, Lebuinum, & Leuinum* esse constat. Sed tamen distinguit, & Ioannes Molanus addition. ad Vsuardum eodem die *apud Isclam fluuium Dauentriæ S. Lebuini presbyteri, & Confessoris,* & tamē Christianus Massæus supra *Leuinum* nostrum ad *Escam* fluuium Euāgelium nunciasse dicit, qui non videtur alius ab *Iscla* Subdit Molanus eodem die *Beatæ Craphaildis, & Brixii pueri martyrum cū S. Liuino, quorum corpora Gandaui habeātur in tumbis portatilibus* Idem die XXVI. Iunii. *in Gandauo Eleuatio S. Liuini martyris, & translatio secunda corporis ipsius.* Hinc argumentum duco eosdem eos esse, & *S. Lebuini* corpus etiam secundò translatū tradit Hucbaldus in vita eius cap. XVII. Scripsit verò.

Homilias aliquot. *lib.* I.
Epitaphiū Allonini Austrasiorum ducum hæredis. *lib.* I. latinè, & doctè, ait Balæus.

Florebat anno DCXXXIII. vt verior sentētia, Baronius, & alii, præsertim Breuiarium Gandauense, ex quo vitam eius compilauit Franciscus Harçus pag. MII. qui distinguit SS. *Liuinum, & Lebuinum.* sunt, qui in annum reiiciant MVII. Posseuinus loco laudato, quæ opinio haud quaquam probabilis, nam qui in vita nominantur, aliud tempus conuincunt. S. LO-

S. LOLANVS. 790.

S.LOLANVS incõparabilis virtutis Eps, cuius vitæ continentiã crebra miracula apud Scotos loquebantur, cum inuecta hæresis improbissima, pios Dei cultus Regno eo eliminare ausa est. Fuit hic Regi *Duncano* familiaris, cuius neque consilium in occupando Regno probauit, & exitum sæpe prædixit. Scripsit.

Commentarios in Biblia. *lib.* 1.
De Republica Christiana. *lib.* 1.
Hymnos sacros. *lib.* 1.
De inæstimabili dilectionis diuinæ effectu. *lib.* 1.
Passionis Christi typum. *lib.* 1.
De Incarnationis mysterio. *lib.* 1. quæ in Bibliotheca Sconana extraxit furor hæreticorum, & igne consumpsit, vir tamen pius memorias apicũ saltẽ vindicauit.

Vixit anno MXXX IX. colitur templis ei, variis Regni locis erectis die XXII. Septembris Breuiar. Scot.

S. LAVSTRANVS. 791.

S.*LAVSTRANVS* Episcopus Scotiæ, sed incertũ cuius sedis, dum controuersia agitaretur de tonsura clericali, & celebratione Paschatis, vt sæpe hoc opere est dictum. Extat Tom. III. concilior. in decretis Honorij I. cap. XIX. pag. LXIII. in hæc verba *Dilectissimis, & sanctissimis Thomiano, Columbano, Chromano, Dimano, Bathano, & Laustrano Episcopis: Chromano, Hermãnõ, Stellano, & Segiano presbyteris: Sarano, cæterisque Doctoribus, & Abbatibus Scotis Hilarius Archipresbyter, & seruans locum S. Sedis Apostolicæ, Ioãnes Diaconus, & in Dei nomine electus, item Ioannes Primicerius, & seruans locum S. Sedis Apostolicæ, & Ioannes Seruus Dei, consiliarius eiusdem Apostolicæ sedis.* Nec plura de illo, cuius mentionẽ, cum aliis non fieri ab Hectore Boethio lib. IX. valde demiror, maximè cum ille hanc Epistolam laudet, & quosdam in ea nominatos celebret. Scripsit, vt contextu Epistolæ illius patet.

Epistolas ad Hilarium, & cæteros. *lib.* 1.

Vixit anno DCLXIV.

S.LA-

S. LACINVS. 792.

S. *LACINVS*, seu *Lactinus* Episcopus Scotus in patria sua fidelis Pastoris partes impleuit, Pictos ad meliorem vitæ normam reuocauit, plurimum in insularibus erudiendis curæ ac laboris impendit; nescio cur Henricus Fitzsimon Societatis Iesu eum Hibernis suis donarit, cum Petrus Canisius, & Martyrologium Carthusianum eum Scotiæ adiudicent. Opera, vel non edidit, vel ad nos non peruenerunt.

Annus incertus. Colitur XIX. & XX. Martii. Iidem autores.

S. LESMO. 793.

S. *LESMO* Abbas in Montibus Argadiæ non lõgè monasterio S. *Filani*, postea in Glentanire Eremita, cuius præclaram conuersationem seruant loco in Scotia, in prouincia Stryla *Killesmont* quasi *Lesmonis cella, Thoma Dempstero*, ac maiorum, cum arce, patrimonium, in Argadia *Kilmon* corruptè, pro *Killesmon*, prope *Tounart*, in Glascoensi agro *Lesmohago*, licet hæreticus historicus somnium fingat, vt sit è Gallico *L'Eglise de Mathul*, siue *Ecclesia Mathuli*, nulla vocum vicinia. Acta omnia, quantum sciam, interierunt.

Vixit Confessor anno DCCXXXI. colitur IX. Decemb.

S. LEVINVS. 794.

S. *LEVINVS* cognomento *Senior* ab ætate sua, & simul tempore desumpto, Episcopus in Italia Transpadana, vrbe resedit Verbanis *Lacui Maximo* adpositis; de hoc porrò lacu, quem vulgo appellant *il Lago Maggiore* Virgil. lib. II. Georgic, vt placet Varrerio, corrigendus leui opera.

Anne Lacus tantos? te Lari? Maxime? teq;
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?

Prius erat *te lari maxime* ... *& Leuinus* quidem nostras populos huic lacui vicinos ita erudiuit exemplo, vt iure regionis patronus habe-

habeatur,ibidem etiã martyrio coronatus. Extant acta apud Philippum Ferrarium;opera interiere.

Floruit anno DCIX.dies est incertus;plura S.Bonifacius in vita S. Liuini Archiepiscopi.

S. LIBARIA. 795.

S.*LIBARIA*,alijs *Liberta*,& nonnullis *Libraria* secunda sororè tribus martyrum pretiosorum ss.*Eliphy*,& *Eucharÿ*,ipsa verò *martyr apud ciuitatem nomine Grandem*,nescio an non *Gandauum* legi debeat,nam, eo Belgarum tractu,& virgo passa martyrium, & Regia Ducum Burgundiæ est : aliter tamen Ortelius censuit. *Grandis Galliæ ciuitatis nomen in vita S. Eliphÿ martyris : circa Tullum est*,tu lector iudica;acta Virginis petenda ex vita fratris, quam scripsit Rupertus Tuitiensis Abbas ad Albanum S.Martini Coloniæ Scotorum Abbatem cap.1.quam ex eo recitat Surius Tom.V.die XVI.Octob.

Passa est martyrium virgo innocens sub Iuliano parabata anno CCXCI.colitur Tulli die XIX.Ianuar. Acta loci, Demochares.

S. LVA. 796.

S.*LVA*,alijs *Luanus* monachus Benedictinus Scotus, ciuis ac discipulus,& peregrinationis Apostolicæ *S.Columbani* Scoti particeps,vt illius sancti viri vita docet. Hic à nauta præsente magistro,percussus,quòd grauiter Columbanus tulit Ionas cap.XXIII. atque hoc actum in Ligeris ripa post exilium Burgundicũ,ex quo colligitur domo Scotum fuisse, nam Lexouio cum illo discedere nemo passus,nisi qui è Scotia vnà venisset,idem Ionas cap.XXII. hic ad Bẽchorensem sedẽ,ac monasterium seruis Dei populatissimum,Scotorum in Hibernia Coloniam reuersus, vt apparet ex vita S.Malachiæ à Diuo Bernardo descripta:Scotum autem facit, vt cætera omittam,ipse Ionas cap.XIX.vitæ Columbani, nã cum in patriam vir sanctus cum discipulis suis redire pararet, oblatæ sunt ipsi *naues* commodum *merces Scoticas ferentes*, quod mirè animum confirmauit,ac tum Apostolatu relicto repatriasset, nisi

aliter Deo visum fuisse. Hinc colligo, & illũ, & discipulos, & merces illas eiusdem esse gẽtis. Vide lib. 11. in *S. Columbano:* nam verisimile non est Scotum magistrum alienæ gentis homines in comitatum suum adsciscere voluisse. Scripta Luæ ad memoriam nostram non venere.

Floruit redux anno DL. colitur XII. Iulii. Martyrolog. Anglic.

S. LVCIA. 797.

S. *LVCIA* virgo Vrsulana martyr, gloriosas suas reliquias diuinitus reuelare dignata, in regione Coloniensi, ac Treuirensi colitur; sanctorum operum gloriam miracula, quæ Deus per eam operatur, attestantur. Ado in Martyrologio, & P. Canis.

Passa est anno die, & loco cum aliis communibus CDLIV.

S. LVGADIVS. 798.

S. *LVGADIVS* Abbas Scotus Diuo Columbæ in Scotia triginta annis hærenti familiaris, vt autor Adamãnus in vita illius: monasterium rexit à se conditum in Insula modica, quæ in freto medio sita, quod Scotiam ab Hibernia dirimit; hæc quidem vna earum quas veteres *Hebudes* appellarunt, Giraldus Cambrẽsis *Leucadas*, siue *Inchadas*: Ethicas verò nescio qua ratione *Beteorticas*, nisi forte, quod fretum Hispanicum despiciant. Porrò *Lugadius Raclinam* elegit, in qua domicilium Deo conderet, quo breui tantus Monach. numerus cõuenit, vt opus fuerit in cõtinentẽ multos remittere. Obserua hic lector Ecclesię illius feruorem, & ardentissimum Deo seruiendi studium, nam cum Monachi illi potuissent in continenti, locis fertilibus, Cœnobia sua constituere, vnde, & necessaria victui sibi ipsis pararent, atque aliis etiam prodeßẽt cõuersatione, maluerunt tamẽ solitudine abditi suæ animæ prospicere, ac piscibus, lacte, fructibusque siluestribus vesci, hęc enim insula *Richea*, seu *Ricina*, vt, & cæteræ, fruges non producit, vt Solinus notauit: & hæc erant aurea illa, ac diuino cultui mancipata secula, quibus religiosi vinum, ceruisiam, aut panem nescirent. vir S. *Lugadius* vnus è primis videtur, qui austerã hanc viuendi legem sibi suisque proposuerit, cuius discipulus *S. Aidanus* eandem regu

lam

Iam à Monachis ad Prǽsules transtulit. Scripsit *Lugadius*.

Doctrinale monachorum.	*lib.* 1.
Laudes paupertatis.	*lib* 1.
Regulam ad suos.	*lib.* 1.

Depositus est vltimo senio anno DCXXX. colitur die XIIX. Nouēb. vt Nundinæ fidem faciunt.

S. LVLLVS. 799.

S.*LVLLVS*, siue, vt habet Krantzius Saxon. lib. II. cap. XV. *Lullo*, Archiepiscopus Moguntinus, S. Bonifacij successor, ex Abbate de Illminster in Boiaria. Educatus in Anglia, vt multi alij eo seculo sancti Scoti, quare in Martyrologio Romano Anglus vocatur, quod de conuersatione est intelligendum, nō Scotus ortu, ac sanctus Bonifacij consanguineus ab Othlono Fuldensi vocatur, vita S. Bonifacij cap XXX. deinde in Scotichronico sic habetur *de sancto Lullo Scoto S. Bonifacij Scoti successore.*

Antistes Lullus, quo non est sanctior vllus,
Occurit morbis, vt totus prædicat orbis.

Qui plura cupis adi ad Surium Tom. V. qui vitā eius adfert ex Breuiario Moguntino, Vincentium in speculo lib. XXIII. cap. CLVII. Hermannum Contractum, Trithemium, & alios. Scripta habētur apud Pitseum.

Creatus Antistes anno DCCLV. depositus est an. DCCXXCVII. colitur die XVI. Octob. Omnes Hagiologi.

S. LVPITA. 800.

S.*LVPITA* virgo Scota Diui *Patricij* Scoti Apostoli Hiberniæ soror vterina, fratrem suum ad Euangelicum opus proficiscentem secuta, magnorum laborum particeps euasit, & in diuorū album relata ab vtraque gente colitur. Iocelinus de Furno in vita S. Patricij cap. L. & alii autores.

Claruit anno CDXCII. dies cultus incertus.

LADILANDIVS. 801.

LADILANDIÆ dominus N. *Graimus* vir catholic. virtutibus instructissimus, cum sectariis ministris more genere nollet, sed catholicæ Ecclesiæ adhæreret, saluti suæ animæ prospecturus, con ficto crimine ab ijsdem petitus, cum ab eo sceleris pœna exigeretur ab alio admissi, subiacens se eorum violentiæ, nec contra leges, & si falsò insimulatus, se mouens, ad Ailzenam in mare actus, ne simplici quidem morte defunctus, demersus, ac glande plumbea traiectus, quasi terra, & aqua innocentis in cædem coniurassent. vitæ exitum felicem sortitus. Brunus miscellanea historia Ecclesiastica pag. I.

Cæsus est sub annum MDC.

ANDREAS LECHA. 802.

ANDREAS *Lecha* Doctor Theologiæ strenuus Christi athleta, veritatem Euangelicam, sanctæque matris Ecclesiæ vnionem verbo, & scripto firmauit. iure merito illis adnumerandus, qui nascenti hæresi obstiterunt. Ioannes Lesleus pag. DLXVIII. in histor. Scripsit, quod prius disputauerat.

De reali præsentia.	*lib.* I.
De consensu Ecclesiæ catholicæ.	*lib.* I.
Hæresis mores.	*lib.* I.

Florebat anno MDLXII.

EPIP. LINDSAY. 803.

EPIPHANIVS *Lindsay* nobili sanguine, non longè Dumfrisio, oriundus, sed factis, & morum cõtinentia nobilior, Capucinorum regulæ se tradens, crebrò in patriam remissus, hæreticos disputando impietatis conuicit. Scripsit.

Controuersias.	*lib.* I.

Viuebat anno MDCXX.

IOSIAS LOGAN. 804.

IOSIAS *Logan Scotus* veterum illorum Scotorum exemplum reduxit, qui peregrinationem, vt aiebat ille, in naturam verterant, profectione votiua ad loca sancta instituta, Europam omnem, Asiam vniuersam, totam Africã, incredibili labore, lustrauit, tum redux domũ scripsit, atque Dumfermelini, patria illa sua, deposuit.

Historiam peregrinationis suæ. *lib.* 1.

Peregrinabatur anno MD II. laudant Iacobus Chæynæus, & Purchasius.

IOAN. LVNDI. 805.

IOANNES *Lundius* Canonicus Brechinen. vir ornatissimus, ac simul doctissimus, vt illa ferebant tempora. Scripsit, vt in indice Cuprensi reperio.

Brechinensis sedis successio. *lib.* 1.

Viuebat anno MCDL III.

IAC. LETHVS. 806.

IACOBVS *Letus*, vulgò *Leith* nobili familia, in agro Aberdonensi, natus, ad virtutem, & scientias compositus, docuit magna cum laude in Becodiano humaniores literas Lutetiæ, Doctorum corculum, moribus suauissimis, Academię Parisiensis Rector: tum ab vmbratili puluere secedens, Hippocraticos Doctoris apices adeptus, Medicorum nulli, aut eruditione, aut medẽdi felicitate, secundus, gentem suam ornat, & amicos, in quorum cohorte *Thomas Dempsterus*, licet in vltima, reponi gloriatur, qui non leui beneficio, prima sua ætate, ei obstrictum se agnoscit, repositurus si posset sin minus, gratam memoriã conseruaturus. Scripsit quod ego, quidem viderim, per discipulos recitatas.

Declamationes pulcherrimas. *lib.* 1.

Viuit adhuc Parisijs, & clinicen cum laude, & fructu exercet.

MARCVS LEO. 806.

MARCVS Leo Illustrissima Comitum Kingorniæ gente oriundus, post Gallias Germaniasque lustratas, in Italiam, plenus bonarum artium descendit, & cum Atestini Principes Ferrariensem scholam publicam, summo literarum ornamento, nec minori sua fama aperirent, vnus eorum is fuit, qui Ius ciuile intepretandum susciperent, vt ex Actis illius Academiæ vir ornatissimus habet, in præfatione solemni, Petrus Gerius Patritius Aretinus, Doctor, & Lector primarius legũ ciuilium, ac Ferrariæ Prætor. Scripsit.

De testamentis. lib. 1.
De re militari. lib. 1.
De officio magistratuum lecturas. lib. IV.

Docebat anno MCCCXII.

THO. LEICHT. 807.

THOMAS *Leichtus* monachus beatæ Mariæ semper Virginis de Monte Carmelo, Prior Tullilensis prope Perthum, tũ totius ordinis per Scotiam prouincialis, à *Richardo* Episcopo Dunkeldēsi ius condendi monasterij impetrauit, vir sua ętate longè clarissimus ac compositissimus, primus Carmelitarum in illud regnũ intro ductor, in Galliis vestitus. Scripsit.

Pro Rege Alexandro ad Papam. lib. 1.
Conciones per annum. lib. 1.
De immunitate Ecclesiastica. lib. 1. laudat Amedelius de Sonis.

Vixit circa annum MCCXXXI. sub Rege Alexandro.

GEORG. LANDELLIS. 808.

GEORGIVS *Lādellis*, Doctor ac IC. eximius, diu patria extorris peregrinus, tandem Bononiam Æmiliæ caput, ac Musarum delitias appulit, ibidem Iuris ciuilis professionem orsus, maximo

patriæ

patriæ suæ ornamento, nec minore ingenii existimatione se gessit. Scripsit.

Volumem legum. lib. 1.
Lectura Iuristarum, lib. 1.
Artium nexus. lib. 1.

Rediit in patriam anno MCCXCI. & sepultus Sconæ.

S. LAVRENTIVS. 809.

S. LAVRENTIVS cognomento *Scotus*, socius *Tanconis*, *Pattonis Harruchi*, & *Kortilæ*, *Brunoni* filio *Othonis*, Saxonię Ducis, dum Episcopus is esset Verdēsis, comes adhæsit, eundemque Pontificem Maximum renunciatum Romā secutus est, fuit is *Gregorius* V. vocatus cuius Pontificatui indiuisus hic comes, honorem, & sanctitatem ipsius operibus tutatus est, scripsit enim, vt alia omittam.

Contra Adeobaldum Antipapam, & Crescētem Romanum lib. 1. Meminit Theodoricus à Niem opere de schismatibus, ipse schismaticus, & perditus homo.

Huius est Epitaphium Gregorii illius ad D. Petri prope altare Diui Andreæ.

Hic quem texit humus oculis, vultuque decorum
Papa fuit quintus nomine Gregorius.
Ante tamen Bruno Francorum Regia proles
Filius Othonis, de Genitrice Iudith.
Lingua Teutonicus, Vangia doctus in vrbe,
Sed Iuuenis Cathedram sedit Apostolicam.
Ad binos annos, & Menses circiter octo
Tersenos februo commemorante dies.
Pauperibus diues, per singula Sabbatha, vestes
Diuisit numero cautus Apostolico.
Vsus Francisca vulgari, & voce latina,
Instituit populos Eloquio triplici.
Tertius Otho illi Petri commisit ouile,
Cognatis manibus vnctus in Imperium.
Exuit, & postquam terrena vincula carnis,

Æqui.

Æquinoci dextro substituit lateri.

Feruntur,& alia quædam *Laurentij* nostri in bibliotheca Vaticana asseruari,&, vt existimo illius est.

De Actis Gregorij.V. lib.1.

Claruit anno CMXCV.

THOMAS LEIRMONTH. 810.

THOMAS Leirmonth cognomēto vulgari *Rythmicus* appellatus, siue *Versificator*,nobilissimæ familiæ princeps, ac Toparcha, insigni fuisse perhibetur futura prædicendi scientia,inter alia memorabile illud fuit Vaticinium de Morte *Alexandri* III.Regis,referente Hectore Boethio lib.XIII.histor.Scot.ad finē.Celebre est etiamnum hodie apud nostrates nomē,& viget familia.Scripsit.

De futuro Scotiæ statu. lib.1.

Rythmos vernaculos. lib.1.

Florebat anno MCCLXXXII.

ALEXANDER LEO. 811.

ALEXANDER *Leo* ex nobilissima familia,quę originem habet circa annum MCCLXXXV.autore *Ioanne* qui *Roberti Brusi* Regis ex *Elizabetha* matre Regina filiam clam stupratam in vxorem duxerat,Agrosque *Glammis* in dotem è Regio fisco acceperat,vt narrat Hect.Boeth.lib. XVI.historiæ Scot.pag.CCCXXIX.fuit ex hac familia *Alexander* noster,qui Lutetiæ Parisiorum did cit bonas artes,docuitque,Morauiensis Ecclesiæ,qua nulla,Religione aut fabrica,augustior,Cantor,vir singularis ingenii.Scripsit multa,sed ego tantum vidi.

Præfationem super Historia patria ad Nobilitatem Scoticam. lib.1.

Viuebat Parisiis clara ingenii fama anno MDXXVII.

IACOBVS LANGIEVS. 813

IACOBVS *Laingaus* natus in *Achterles* hęreditario Baronatu *Dysterorum* Mureskiæ,Doctor Theologiæ,socius Sorbonicus,acer

rimus

rimus hæresis hostis, vitæ probatissime ac variæ lectionis, doctissimus sui ordinis habebatur, impensè laudatus à *Ioanne Roennio* Gymnasii Thesaurarii præfecto in oratione *de laudibus Sorbonæ*, & incassum Rauæ Hirlandicę tanti viri laudibus ob eo axant in libello famoso suo vili, indocto, ab Ecclesia proscripto. Scripsit multa, in his.

In Magistrum sententiarum. lib. IV.

In vniuersam Aristotelis Philosophiam Commentar. lib. I. vidi apud ipsum MSS.

Quodlibeta Sorbonica. lib. I.

De vita, Doctrina, obitu Luthari, Caluini, aliorumque hæreticorum. lib. I. Pium, & veracem, qui ex Gallico Latinus pridem factus, mox etiam Germanicus, prodiit Ingolstadij An. MDLXXXII. Antonius, Possevinus Tom. II. Apparatus sacri pag. LXXIX. Ex hoc multa mutuatus est Florimūdus Remundus, opere *de ortu, augumento, & casu hæreseos*, & alij.

Obijt anno MDXCIV. in Sorbonensi Sacello prout testameto prescripserat, sepultus. Vixit Aquilæ senectam annos XCIII. summa ipsius fuit claritudo sub annum MDLVII.

IOANNES LITSTAER. 814.

IOANNES *Litstaer* alias *tinctor*, *Insulæ Columbæ Cœnobiarcha vulgo dictus Prior* ait Boethius lib. XVI. histor. Scot. pag. CCCXLII. ex XIII. Doctoribus Theologis, fuit quia *Iacobo I.* ex Anglia reuerso vocati sacram paginam sunt interpretati. Scripsit.

In Pentateuchum Moysis lib. V.

In omnes Epistolas Pauli. lib. I.

Vixit anno MCCCCXIX. Hicá benedicto XIII. Prior S. Andreæ renunciatus, cum VVillelmus de Cameron obijsset Brugis, vt videbis Titulor. Memorial. lib. VII. cap. IV.

IOANNES LESLÆVS. 814.

IOANNES *Leslæus* Aberdonensis celebri fama, bonas artes Lutetiæ Parisiorum professus Acta nationis Germanicæ ad D. D. Cosmi, & Damiani. Scripsit.

Examen in artem breuem Raimondi Lullij. lib.1. Ad id Senatu Parisiensi SC. electus prodiit typis *Stephani Baland*, Lugduni.

Lecturas Philosophicas. lib.1. Ibidem prodierunt.

Claruit anno MCCCVII.

IOANNES LESLÆVS. 815.

IOANNES *Leslaus* Crychius Aberdonensis cognatus meus ex nobilissima Balguhama familia, vnde mihi maternum genus ortus suscepta Romam peregrinatione, meliori Europæ parte lustrata, Nemaulum, vbi ego Regiam Eloquentiæ Cathedram tenebam, venit Vticensi Scholæ præpositus, in Hispanias profectus clarissimum sibi, & genti nomen peperit, ingenio cuiuslibet rei magnæ capaci. Scripsit multa, sed ego paucula vidi. In his.

De memoria artificiali Commentarius lectu dignissimus. lib.1.

Orationes. lib.1.

Carmina.

In omnia Aristotelis operā obseruationes. lib.1.

Viuit Beriaraci, vt audio, quo se Hispanici cœli tædio contulit, & bona fide literas illustras.

ALANVS LVMSDANVS. 816.

ALANVS *Lumsdanus* Tholosas studiis suis illustrauit. Scripsit.

Antiquitates Tholosæ. lib.1.

De Tholosana Academia Iure atque prærogatiuis. lib.1.

Claruit circa annum MCCCXCV.

LIBERIVS. 817.

LIBERIVS Poeta Christianus, antiquissimus in Bibliotheca ss. patrum. Scripsit.

Acrosticum in Sedulium Scotum. lib.1.

Floruit anno CCCCXL.

LIS.

LISMORENSIS MONACHVS. 818.

LISMORENSIS in Argadia Ecclesia antiquissima erat, Episcopali honore iam tum decorata, cum res fidei cępere bene in eo Regno se habere, a pio huius Cœnobij alūno quodam Anonymo scripta erat.

Conuersio Scotorum. *lib.* 1.

Quando floruit, non licet obseruare ex scriptione, hoc modo ex eo constat Principem illius egregiæ ad nostrates Romanæ legationis fuisse *Paschasium*. Videtur vixisse anno DXXX. nam meminit Regis Conrani.

HENRICVS LICHTONVS. 819.

HENRICVS *Lichtonus* Morauiensis Episcopus Religionis eximius cultor, ac eruditionis sacræ radians quædam lampas, in vnum corpus laboriosè redegit.

Canones Ecclesiarum Scoticarum. *lib.* 1

Catenam auream patrum. *lib.* 1. quæ prodiit Venetiis.

Viuebat anno MCCCCLX. Ioannes Leuchæus lib. VIII.

THOMAS LAVDER. 820.

THOMAS *Lauder* Dunkeldensis Episcopus, omnium non illius modo sedis, sed, & quorumlibet sui seculi Antistitum eo Regno eminentissimus, piissimus, doctissimus, cuius tempore viuebat *Alexander Millus* Canonicus, qui illius Ecclesiæ acta luculento, & erudito stylo conscripsit. Hic *Iacobum II*, Regem bonis artibus informauerat Episcopatum non nisi inuitus accepit anno LX. ætatis nec tamen laborem iuuenilem fugit, nam, & doctè ipse singulis hebdomadis concionabatur, & disciplinam Ecclesiasticam moresque Cleri mirè restituit, exemplo, hortatu, terrore, pœna, agros Ecclesiæ suæ Cis, & trans Taium diuisit, firmauitque regio diplomate ne negligentia decessorum aut rapacitas, successorsue in curia obesse sedi posset. ædes sacras īcredibili animo, & magni-

ficentia restaurauit, auxit, de nouo erexit, vestiarium suppellectile aurea, & argêtea, vestib. pretiosis instruxit ornauitq. Canonicorũ numerum auxit, sacella fundauit musicos suis sumptibus in perpetuum stabiliuit ponte insigni Taium strauit, Turrim seu Campanile à fundamentis extruxit, & ne ingenio minor, quam alij actibus videri possit. Scripsit.

Vitam Ioannis Episcopi. lib. I. hic est de quo lib. IX. supra, qui S. Andreæ designatus post VII. annorum in cur. Rom. moras DunKeldensis Antistes obiit, miraculorumque gloria irradiauit.

Concionem sacrarum opus. lib. I.

Postillas in Euangelia. lib. I.

Canones Ecclesiæ suæ. lib. I.

Obiit anno MCCCCLXXXI. die IV. Nouembris sedit annis XXVI. Epitaphium hoc ei ex more, positum hoc reperi numerale, sed corruptissimum.

Grex sine mæstitia Christo funde precata
Pro Pastore Thoma Laudir aureola:
Quem sanctum Pneuma ducatur pius atque Columba.
Ad cæli summum Virgo Maria thronum.
Vixerat hac sede præsul fulgendo decore.
Annis terdenis actibus innumeris.
M. Semel L. & ter ac vno C. quater annis.

Putarim curruptum posse facile sic restitui Epicedium.

Grex sine mæstitia iam Christo funde precata.
Pro Pastore Thoma Laudir aureola.
Quem sanctum Pneuma adducat pius atque Columba.
Ad Cæli summum, & Virgo Maria thronum.

IOANNES LEOCHAEVS. 821.

IOANNES *Leochæus* Duci Tremolio nuper inscrpsit poema cui titulum fecit.

Flores Kalendis Maij. lib. I.

De spe Epos. lib. I.

Contra Episcopos Scotos Satyram, quo nomine exilio multatus. Viuit

Viuit in Galliis, & musæ præsidijs relegationem solatur.

LAVRENTIVS LONDORIS 822.

LAVRENTIVS *Londoris* Abbas *Sconæ* legum professor primus in Academia Santãdreana, *hæreticæ prauitatis Inquisitor* Schotichron lib. XVI. cap. XIX. vna cum *Litstaer* à *Iacobo I.* Inuitatus cum octo aliis decretorum professoribus, vt narrat Hector Boethius loco supra proximè laudato vir magnæ famæ, maioris meriti. Edidit, vt est in Bibliotheca iuridica.

De Electione, & electi potestate. lib. I.

Examen Hæreticorum Lolardorum quos toto regno exegit. lib. I.

Processum Petri Krek hæresiarchæ Angli. lib. I.

Florebat Anno MCCCCXI.

IOANNES LESLAEVS. 823.

IOANNES *Leslæus* paupertinũ ortum magnis virtutibus illustrem reddidit *Mariæ* Scotorum Reginæ in vtraque Fortuna Comes, Rossiæ Episcopus renunciatus nihil omisit quo fidelis subditi impleret partes, Maiestatẽ Reginæ tueretur, hæresim profligaret, ac primum arcem Edimburgensem, cum *Georgio Gordonio* Huntilæi Comite tutatus est pro Regina Anno MDLXVII. Iacob. Aug. Thuar. lib. XL. historiar. & cum eandem apud Anglam perditissimi accusarent per duelles *Iacobus Comes Mortonij*, *Adam Episcopus Orcadum*, *Robertus Commendator Dumfermilini*, *Patricius Baro Libdsanys*, *Iacobus Macgillius*, *Henricus Baluanius Lidintonus*, & *Georgius Buchananus*, & Indictis Eboraci Comitija contra ius, & fas, inauditoque exemplo, cognitoribus Reginæ, quę soli Deo subest; datis intercessit viriliter, & summa eloquentia illegitimam cognitionem probauit esse *Leslæus* noster quem Comitabantur *Gulielmus Bareluinstonus*, *Robertus Baro Bodius Gaulnus Commendator Kiluinini*, *Ioannes Gordonius*, & *Iacobus Cocburnus*, id actum die VII. Octobr. anno MDLXVIII. *& cum spe datæ fide*, verba sunt Gulielmi Cãbdeni in Annalib. Anglicanis,

non-

nonnullorum pernicie plurium periculo Reginæ suæ inseruiret, in Custodiam *Londini* datus, quod inter *Thoman Hauartum* Norfolcii ducem, & *Mariam* dominam suam, ignara Angla nuptias tractasset, & diutius detentus quod inter eius chartas Commentarius ignotis literis scriptus inuentus, suspicionem rerum maximarum intenderet id actum IV. Eid. Octobr. anno MDLXXI. August. Thuan. lib. LI. historiar. & post menses omnino XIX. liberatus custodia, Anglia est abire iussus, & mox in Gallias traieeit. Eius extant multa felicitatam ingenij testantia. In his.

De gestis, & moribus Scotorum. *lib.* VI.
De consolatione in aduersis. *lib.* II.
De iure Mariæ Stuartæ ad Regnum Angliæ *lib.* I.
Oratio pro libertate. *lib.* I.
De fœminarum Principatu *lib.* I.
Epistolę Reginæ nomine ad Principes Christianos. *lib.* I.
Duo Tractatus MSS. In Bibliotheca Regis Magnæ Britanniæ. *lib.* I.
Apologia pro se. *lib* I. dum, sed metueret à Comite. *Sonthamptoniæ.* quem in vitæ discrimen vocauerat, & ab *Henrico Hovvardo* ducis Norfolcii fratre; Gulielm. Cambdenus loco laudato ad annum videlicet. MDLXXIII.

Obiit anno MDXCIVI. Bruxellis Aubert. Miræus Chron.

DVNCANVS LIDDELIVS. 824.

DVNCANVS *Liddelius* educante; Doctore *Gragio* professor publicus in Academia Iulia ac medicinæ lauream adeptus scripsit.

De arte medica. *lib.* I.
De febribus. *lib.* III. Principi VValliæ *Henrico* Inscriptos.
Disputationes Medicinales. *lib.* I. Prodierunt ante tredecim annos Helmistadij.
In quosdam Alexandri Trallianì, & Cornelii Celsi locos, obseruationes. *lib.* I.

Obijt

Obijt Abredoniæ in Scotia anno MDCXIII.

GEORG. ARCHANG. LESLÆVS. 825.

GREGORIVS *Archangelus Leslaus* in ipso adolescentię flore habitum D. Francisci Capuccinus induit, in Flamima ac rara cōtinentia nec minore pietate verbum Dei facundus concionator nunciat scripsit,& vulgare parat.

De potestate Papę in Principes seculares directa. Tra. 1 1.

Viuit adhuc,& insignis verbi diuini præco, patriam suam, vt ab Hæresi, vt abstrahat, domi indefessus nititur

HIERONYMVS LINDSAYVS. 826.

HIERONYMVS *Lindsayus* Comitis Cranfordiæ frater præclarus legum doctor, diui Francisci habitum induit,& fundauit celebre suorum monasterium Perthe *Oliphanto* Comite mirà deuotione impensas subministrante. scripsit permulta. Et in his.

De legum Antiquarum abrogatione. lib. 1. Vtile opus ait Iordanus.

De Regularitate. lib. 1.

De vi excommunicationis. lib. 1.

Florebat anno MCCCCLII. Meminit, & Franciscus Gonzagā orig. Seraph. Religion. parte. III. pag. DCCCXXIX.

IACOBVS LOCANVS. 827.

VT verum sit eum multa scripsisse, ego nihil vidi pręter Epigrāmata quædā Regi ad Scotos suos redeunti oblata.

Finis Libri vndecimi.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER XII.

S. MACARIVS. 828.

S.*MACARIVS Scotus, & primus Abbas apud Herbipolim in Franconia* ait Antonius Possèuinus Apparat. sacr. pag. CCC*LXX*. monasterium istud Scotorum in peregrinorum gratiam precibus Christiani Scoti fundauerat *Embricho* Episcopus Herbipolensis, vt literæ fundationis habent, quarum exemplar pete à Ioãne Trithemio in chronico Monasterii S. Iacobi, è quo hęc paucula e multis excerpsi, ad quem locum primum Abbatem nomine *Macarii* habuit sanctum per omnia virum cuius sanctitatis euidenter signum probauit, quod de eius meritis *vinum in aquam coram testibus conuertit peregrino* Abbate videlicet de *S. Burchardo, Gebhardo*, præposito de nouo monasterio, *Burbo Henrico Mukellino, Iringo* de Zabelstein, & cęteris multis tam clericis, quam laicis. Vt primum creatus Abbas Romam peregrinationem suscepit, receptusq. ingenti cum lætitia à Pontifice miraculorum gloria in ipsius Pontificis mẽsa claruit. Scripsit.

De laude martyrum. lib. 1. Eisingrinio autore.

De Scotorum in Germania monasteriis. lib. 1. quod opus vtinam ad manus meas peruenisset multum enim subsidij liceret inde sperare.

Epistolas ad Eugenium III. Papam. *lib.* 1.

Venit ex Scotia in Franconiam anno MC*XXXIX*. creatusque est Abbas eodem anno. Obijt anno MCLIII. sepultus in Ecclesia dicti monasterii cum hac inscriptione.

HIC IACET MACARIVS PRIMVS ABBAS HVIVS ECCLESIAE PER QVEM DEVS AQVM IN VINVM CONVERTIT. Miracula ab vel defuncto diuina virtute perpetrata habentur apud Ioannem Trithemium loco laudato, quibus addendum,

& il.

& illud *in eius transitu Angelorũ voces auditas*. Dicitur nunc corpus eius sacrum translatum, & in media Ecclesia religiosissimè decoratum eleuatumque, durat hodie familia in Argadia vulgo *Makachermik*, & celeberrima ac quasi præsens est memoria apud nostrates.

S. MACCÆVS. 829.

S. *MACCAEVS*, siue *Maxaus S. Patricij* discipulus ac pro ea ętatis rudioris conditione poeta suauis Medicus, ac Mathematicus insignis Antonius Posseuinus ibidem loci. Scripsit.

De recipiendis lapsis. *lib.* 1. in Bilioth. ss. patrum.
De fide perseuerante. *lib.* 1.
De iudicijs Natiuitatum. *lib.* 1.

Viuere desiit anno CDLX.

S. MACRA. 830.

S. *MACRA*, vel *Magra*, siue, vt alijs visum *Machra* Regis Scotiæ filia ac sanctissimi *Guthagoni* soror, cum quo patrium voto peregrinationis egressa in valetudinem grauem prolapsa Romã pergere non potuit, sed vbi frater discessit, in Pago quodam *Fismes* conualuit in agro Remense, vbi habitũ postea Concilium sub annum CM*XXX*V. dictumque Remense Tom. III. Concilior. Nicolao Chesnau autore. Sub hoc temporis Virgo beata sanitati restituta est; disquisitio per *Rictionarum* Galliarum sub Diocletiano & Maximiano Augustis p̃fectum de Christianis institui cæpta, & inter alios *Macra* Scota comprehensa nec minis nec supplicijs deterreri potuit quin in sancta fidei obseruatione perseueraret. Hæc ex Continuatore Vetemundi presbyteri Epistola Ioannis Fraserij ad Adamum Blacuodeum apud Gilbertum Brunum in Collectaneis de passione eius Flodoardus lib. IV. Histor. Rhemẽsis cap. LI. *Post insuperabilem Christi Confessionem grauissima tormenta perpessa, post mamillarum abscissionem, & repentinam curatiouẽ per Angelicam in carcere visitationem, dum super pruuas, & testulas accensas nuda volutaretur, cum precibus, & gratiarum actionibus immaculatum Deo reddens spiritum ac triumphans aduersarium ini-*

bi labia petijt cælum. Corporis deinde reuelationem Bubulco factum translationem,& reuelationem,& miracula exequitur fusè Vsuardus in Martyrologio die VI.Ianuar. *In territorio Rhemense passio sanctæ Macra Virginis, quæ iubēte Rictionaro præside cum in ignem esset præcipitata, & permāsisset illæsa, deinde mamillis abscissis, & squallore carceris afflicta super testas, etiam acutissimas ac prunas volutata orās migrauit ad dominum.* locum mendo liberat Cæsar Baronius ad Martyrologij Romani tabulas die VI.Ianuarij vbi pro *Rictionaro* legit *Rictio Varo* Rectè haud dubiò nam in loco laudato Flodoardi,& capite etiam sequenti eiusdem libri in MS.obseruatum ita scriptum esse Georgius Coluenerius Theologus egregius hic est ille *Rictius Varus*, qui immani truculentia in sanctos Dei sæuiit per vniuersas Gallias, cuius miserandum interitum legere potes in immortali opere Annaliū Ecclesiasticorum Illustrissimi Principis Baronij ad ann.CCCIII.existimo vno anno citius *Guthagonum* fratrem excessisse, siquidem inter sāctos nostrates ille refertur sub annum XCIx.à Iacobi Cheinei tabulis, vt lib.VII.dictum,& consentit Calendarium Adami Regij,& Collectanea Bruni,& continuator Veremundi in annum CCxcix.reiiciunt quod ex *Macræ* historia verius esse conuincitur.

Passa ex anno ccc.& mirū sanè patriam tam illustris fæminæ non esse à Flodoardo expressam: se distud fatale est Scotiæ meæ malum.

S. MACHVTES, 831.

S.*MACHVTES*,ꝗ seu *Macutes*, seu *Maclouius* Scotus *S.Brandani* socius, Episcopus in Scotia, sed cuius loci non obseruaui inepte Ioannes Generbrand à Leidis Carmelitanus lib.1.chr. Belg.cap. XIV. *S.Magutus perpetuo virgo in Anglia vixit* de quo Sigebertus Gemblacensis in chronico. *Hoc tempore in Scotia Brandanus claruit, qui fortunatas insulas septennali nauigatione requirens, multa miraculo digna uidit, à quo Macutes, qui, & Maclouus regulariter educatus, & ipsius nauigationis socius, in Britannia sanctitate, & miraculis claruit, qui à Britannis exacerbatus eis maledictis transijt ad Gallias, & sub Leontio Santonum Episcopo multo tēpore virtutibus claruit. Britannos verò propter suam maledictionem varijs*

cladi-

cladibus addictos data rursus benedictione absoluit.& sanauit.

Vitam eius scripsit idem Sigebertus Gemblacensis,quā recitat Laurentius Surius Tom. VI,qui cap.1.hæc habet S.*Maclouius nobilitate parentum apud homines seculi inter suos non mediocriter inclytus citra oram Britannici maris fuit editus,pater eius Guent nomine,Comes fuit,qui Vrbis Gimicastrum nomine conditor extitit,matrem ipsius Darual appellatam accepimus* fatetur idem alios eiusdē acta,sed antiquiores celebrasse.Ita enim in Epistola ad *Tietmarum* Gemblacensem Abbatem *Vita piissimi Confessoris Christi Maclouii,qui,& Machutes dictus est diligenter quantum ad veritatem historiæ antiquorum stylo erat exarata,sed quia minus ordinate digesta.*&c.Adi ad Petrum lib.x.Catalogi cap.Lxiv. Trithem. de vir Illust.ordin.S.Benedicti cap.xxxv.Acta eiusdē extant MS. in Bibliotecha Vaticana Baronio teste.

Recolit sanctissimam eius memoriam Ecclesia die xv. Nouembris Martyrolog.Roman.eo die *in Britannia natalis S.Machuti Episcopi,qui à primæuo ætatis suæ tyrocinio miraculis emicuit.*Eadem recentiores Martirologorum autores Petrus Galesinius,& alij Frāc. Maurolyc. S.*Machuti Episcopi,& Confessoris,qui claruit in Britannia temporibus Iustiniani Imperatoris.*Clarius Ioannes Molanus addition.Vsuardi.*Ipso die Santonas ciuicate, depositio S. Maclouii Episcopi,& Confessoris in Britannia, Vrbe Alectes, qui à primæuo ætatis suæ tyrocinio,innumerabilibus miraculis splendidè emicuit.* Falso Vrbem *Alethem* natalem S.*maclouii* patriam vocat cum illa sit in Minori Britannia,voceturque S.*Malo* hodie falso inquam, nam Britannum insularem faciunt omnes,& Gibertum, qui leget cap.xxi.facile intelliget non Gallum,sed Britannia Insula oriundum,*nam per Scandala impiorum expulsus à suo Episcopatu, apparato omnis perfectionis commeatu,collecto quoq. fidei monachrorum discipulatu,longa nauigationis exacto cursu,tandem potitus Aquitaniæ regionis portu,& deueniens ad partes Santonicæ Vrbis primò omnium interrogandū esse potauit si illis in locis vigeret ritus Christianitatis.*Si *Aletha* natus,vt,contendit Molanus,quomodo fuit ei longus nauigationis in Santones vicinos cursus?Deinde cur an Christiani ibi vigerent cultus, ignorauit? Esto igitur verum in Scotia natum sede sua Episcopali patria deiectum,in Aremorica

aliam *Alectæ* dignitatem Episcopalem gessisse. Scripsit.

De fortunatis insulis. lib. I.
Epistolas ad Britanicas Ecclesias. lib. I.
Epistolas ad Brendanum. lib. I.
Ordinationes suæ Ecclesiæ. lib. I. quæ *Aletha* in Aremoricis asseruantur, quæ vrbs ab eo nomen sortita est.

Claruit anno DLXIII. Sigebertus loco laudato, & alij.

S. MARGARETA. 832.

S. *MARGARETA* hæres Regni Angliei, neptis Edmundi, filia *Eduardi*, nata in Hungaria exulante apud *Salomonem* Regem patre, quem *Canutus* Angliæ Rex ad sueuorũ Regẽ interimẽdũ miserat, nupsit *Malcolmo* III. Regi, eique sanctam, & numerosam sobolem enixa est. Vitam eius perscripsere *Hector Boethius* lib. XII. histor. Scotic. *Turgotus* Prior Dunelmensis II. vt infra hoc opere ostensum lib. XVIII. S. *Adelredus* Abbas siue *Ealredus Rhie Vallensis*, vt habet Surius Tom. III. apud quem perpetuo *Macolinus* corruptè pro *Malcolmus* est. Idẽ. *Menda* in histor. Thomæ VValsingami hypodigm. Neustr. ccccLXXVII. Memoriam eius recolit Ecclesia die X. Iunii martyrolog. Rom. *In Scotia S. Margareta Regina amore in pauperes, & voluntaria paupertate celebris.* Ioan. Molanus Addition. Vsuard. die isto, & die XVI. Nouemb. Scripsit.

Preces quasdam pias. lib. I.

Obiit anno MXCVII, quarto Eidus Iunii vel anno MXCII. Matthæus VVestmonasterien. sepulta ad S. Trinitatis ædem quam ipsa erexerat. Annales nostrates. Sedente iu Petri Cathedra Vrbano II. Imperante *Henrico* IV. apud Francos Regnante *Philippo I.* Annales Anglici, & in his Polyd. Virg. lib. VII. pag. CXXXIII. & lib. IX. in principio. Per hanc ius in Anglicanam successionem Regi Scotiæ acquisitam etiam ante nuptias Hẽrici VII. sororis, & Iacobi IV. Translatio deinde facta sub Alexandro III. Rege XIX. Iunii. MCCXXXI. Gilbert. Bruni Calendar.

S. MAZOTA. 833.

S. *MAZOTA* Virgo s. *Doneualdi* F. miraculorum gloria, etiam viua inclaruit, patre autẽ defuncto cum octo suis sororibus à Rege Pictorum *Garnardo*, ædes cum reditu ex agris vicinis Abernethi impetrauit, magnaque sanctitatis opinione in Eremitica vita supulta ad radicem ingẽtis quercus, qui locus patrum nostrorum memoria celebri affluentis populi concursu frequentabatur. Hect. Boeth. lib. x. histor. Scot. pag. CLxxxI.

Floruisse credita est anno DCCXVII. Non est Martyrologij Romani tabulis adscripta.

S. MONANVS. 834.

S. *MONANVS* Diui Andreæ Archidiachonus persecutionem Danorum, ethnicorum, qui *Gadano* Rege Scotiam truculenter inuaserant, declinãs in celebre illud piorum in *Maia* Insula Cœnobium se recepit, indeque cum multis aliis extractus, coronam Martyrij constanti pietate est assecutus. Eius sunt.

Epistolę ad diuersos.	*lib.* 1.
Carmina sacra.	*lib.* 1.

Passus est anno DCCCLXXIV. vide lib. 1. hoc opere in S. Adriano.

S. MALCOLMVS 835.

S. MALCOLMVS III. Rex à capitis magnitudine *Caumiore* appellatus ordine Lxxxv1. Regnum adeptus *Dũcani* F. *Malcolmi II.* N. ab Ingulpho Croylaudensi Hist. pag. Dxv1. *Maltouius* dictus male, sed maiori ille sceleftitate, in re ipsa, quam nomine, friuolus, & nullius momenti scriptor, lapsus est. Statum mirabiliter reformauit, nomen tantum aut secundo adiecit cum antea omnes vnico tantum nomine vocarentur *Barones, Thanos Comites* creauit, vnde pleræque nobiles sub eo familiæ exortæ, nondum adhuc Ducum nomẽ cognitum, Primi enim Duces creati *Dauid Stuart Dux Rothesay, & Robertus Dux Albaniæ* circa annum MCDxxx.

At

At *Malcolmus* ne temporalia tantum ordinasse videretur IV. Episcopatus nouos, & Abbatias erexit Anonymus in vita S. Margaretæ apud Surium Tom. III. *Margareta Regina Regem ad iustitiæ misericordiæ, eleemosynarum aliarumque studia virtutum, & actus instigauit, & Deo cooperante, ob temperantissimum reddidit* de fortitudine Polydor. lib. x. qui locus arguet Fulgosium nugamenti, quod vide in Apparatu nostro pag. XCIIX. & cum Polydoro confer. Scripsit.

Legum spurcarum abrogationem hortante S. Margareta vxore. lib. I. seu edictum.

Fraude equitis Angli dum Annicum in Anglia obsidet perimitur anno Regni sui XXXVI. *Vrbano II.* Papa. *Henrico* IV. Imperatore *Philippo I.* Francorum Rege in diuorum Relatus numerum Molan. Appendice ad Martyrolg. die XV. Octob. Boeth. lib. XII. histor. Scot.

S. MALCOLMVS. 836.

S. *MALCOLMVS* IV. *Virgo* dictus ob vitæ puritatem s. *Eduardo* Aberdonensi Episcopo propositi de seruanda Virginitate voti Comes nepos S. *Dauidis* Regis ex fratre *Henrico*, & abnepos ss. *Malcomi III.* & *Margaretæ* Regum Princeps lenis, Comis, probissimus, seditionibus tamen intestinis petitus, sed perduelles à *Gillechristo* victi in ordinem redacti. Hic, vt erat moribus sanctis à Rege Angliæ perfidissimo deceptus cogitur profectionem in Frãcum sua autoritate confirmare, ac secunda expeditione negauit Anglo aut comitatum aut suppetias contra Francum, à quo Combria, & Huntintonia priuatur, sed iacturam forti animo pro tempore ferens bello Anglum petit, prouinciasque suas recuperat. Legationem Romam decreuit ac domi periculosas seditiones tres compos uit. Illum Guillelmus Neubrigensis Christianissimum Regem vocat lib. I. Hist. Ang. cap. XXV. vbi malè *Malcolmus* dicitur de quo hæc habet *tenero superni amoris feruorem concepit in tota vita sua candore pudicitiæ, titulo humilitatis, & innocentiæ puritate conscientiæ, mirum suauitate pariter, & grauitate ita excelluit, vt inter seculares quibus solo habitu congruebat monachus, & inter homines quibus imperabat terrenus quidẽ Angelus*

gelus videretur sub finem capitis dicitur *Virginem speciosam, & nobilem à matre inductam, & ad latus in lecto collocatam deseruit, ac tota nocte in pauimento coopertus pallio iacuit*: quod, vt verũ est, ita quoque illud scurrile, quod *Scotos* vocet *nationem barbaram, & peruersam*: quater eo capitulo, deinde *Improbos, & Audaces*, sed prodit virulentiam suam in impurioris ille scriptor nec patriæ meæ præiudicat, quæ morum ciuilitate, & sanctitate cum cultissimis Europæ populis nedum cum Anglis colluuie Danicarum, & Germanicarum gentium spurcissima contendere potest. At potius Angli barbari erant improbi, & audaces cum fidei lumen nondum hausissent nec sacris locis religosisue personis non parcerent, vt in Apparatu meo videre est: sed redeo ad regem, qui Scripsit.

De fœdere cum Francis seruando. *lib. 1.*
Meditationes. *lib. 1.*

Obiit Iedburgi Anno Regni xvii. salutis MCLX. Põtifices erant *Eugenius, Anastasius* IV. *Adrianus* IV. *Alexander. III.* Imperatores *Conradus* III. *Fridericus* I. Franciæ Rex *Ludouicus* Iunior. In sanctorum album illatus. Colitur die *XXV*. Decembris præclarum ei lessum canit idem Neubrigensis lib. II. cap. XIX. sanctitatis merita & exitum prædixit S. Godricus, vt in eius vita extat in Scotichronico lib. IIX. cap. X.

S. MARIANVS. 837.

S. *MARIANVS* cognomento *inclusus* siue *Scotus*, primum *S. Martini Coloniæ, deinde Fuldæ Monachus* ait Anton. Posseuin. Apparatus sacri pag. CCCXCIV. imo primo *apud fuldam postea Moguntiam* inclusus Sigebertus chron. ad annum MLXI. hunc Cæsar Baronius Tom. X, Annalium ad annũ DCCCXCI. reprehẽdit acriter tanquam fabulæ autorem de Ioanna fœmina Papissa, sed illius mendacij suspicione liberauit pridem V. cl. Aubert. *Miræus.* testatus se Antiquissimos manuscriptos uidisse, à quibus totum illud Commẽtum abfuit. De eo Christophor. Brovver. lib. I. Antiq. Fuldens cap. XXIII. in rebus Vvideradi Abbatis *Matthæus* Vvestmonasteriensis ad annum MLXXXII *Marianus Scotus S. Bedæ linealiter consanguineus ipsius sancti libros omnes cum multis alijs perscrutans similis illi in moribus, & scĩetia esse nitebatur. Hic* Ma-

rianus à natiuitate Christi Chronica sua incipiens, vera, & plenaria adhuc vsque annum perduxit multum laborans, vt errorem de annis Domini corrigeret; super hoc enim multorum opinio animos lectorum reddebat suspensos. Idem illum liberalibus studijs imbutum vocat, & scriptorem Chronicorum veracissimum alibi antiquitate Fulden. pag. CCXCIV. & alibi in editione Christophori Brouueri. Nec Encomium de illo omittendum apud Sigibertum Gemblacensem ad annum MLXXXII. *Marianus Scotus Chronicā suam à Christi natiuitate inchoatam vsque ad hūc annum perduxit, qui erat ætatis suæ annus LVI. multum laborans corrigere errorem de annis Domini, qui inueniūtur in Cyclo Dionisii, hoc facile est videre, hinc positis ab eo annis Domini sm̄ Cyclū Dionisii altrinsecus aūt secundum veritatem Euangelii*, quod quomodo sit intelligendum haud facilè assequor, nam chronica Mariani, quæ hodie circumferuntur, non à Natiuitate Domini, sed à Creatione mundi incipiunt. Idē Sigebertus lib. de scriptorib. Ecclesiastic. cap. CLXXII. *Marianus Scotus vir suo æuo longè disertus.* Scotia est egressus tumultuantibus sub *Machabæo* Rege Scotiæ, aut verius tyrannidem eo in ciuium capita exercente *Histiriographus insignis, computista celeberrimus, Theologus grauis, quę omnia in hodiernum vsque diem scriptores ei omnes tribuunt.* Balæus. Volunt eum Asserij *Me*nenensis opera vsum, sed, male, nam *Robertus* Herefordensis Episcopus, opera eius *in arctum contrahens, deflorauit, splendide adeo, vt magis valere videatur defloratio, quā opus ingens ipsum* ait Malmesburgensis lib. IV. gest. Pontif. pag. CLXIII. Sanctus habendus Arnold. Vuion lib. II lig. vit. cap. LII. Scripsit.

Chronicorum Annales à condito mundo ad suam ferè senectutem.	*lib.* III.
Euangelistarum concordiam.	*lib.* I.
De Vniuersali compuso.	*lib.* I.
Emendationes Dionysii.	*lib.* I.
De magno Cyclo Paschali.	*lib.* I.
Algorismum.	*lib.* I.
Breuiarium in Lucam.	*lib.* I.
Annotationes scripturarum.	*lib.* I.
Epistolas hortatorias.	*lib.* I.

Alia

Alia multa enumerat eius opera Gualterus Albanensis.
Natus est anno MXXVIII. seculũ reliquit, vt ipse loquitur Anno MLII. *Peregrinus factus pro regno Cælesti*, vt ipsius verbis vtar patriam suam reliquit, & in Colonia V. Feria, Kalendis Augusti. Monachus effectus est anno MLVI. siue, vt malè computat Sigebertus anno MLXI. de Colonia, vt ipse ait, exiens causa orationis cum Abbate Fuldensi appulit Fuldam anno MLVIII. sequenti anno media quadragesima presbiter Herbipoli creatus decennio toto inclusus mansit, tum Moguntiam venit, & secundo inclusus est, vt ipse narrat anno MLXIX. Obijt autem, & apud *S. Martinũ* sepultus fuit MLxxxv. Dodechinus Abbas sãcti Dysibodi, in cõtinuatione *chronici Mariani*. Alij triennio citius obiisse volunt quod verum esse non potest, nam ipse ad annum MLxxxiv. Chronologam suam perducit. Varium de eo iudicium Iosephi Schaligeri, qui non ad manum laudat Paulus Petauius Senator Parisinus lib. de Cyclo.

S. MARIANVS ABBAS.

S. *MARIANVS* alter, à monacho, & Historico Ratisbonam venit cum sex sociis monasticam vitam professis, & à *Friderico* nepote *S Leopoldi* ex *Bertha*, benignè exceptus *S. Petri* Sacellum extra Vrbem obtinuit, postea auxilio Pogensium, & Comitum de la Bar monasterium fundauit, quod *Scotense* illo seculo, siue *Scotitum* hodie vocatur VVolfgangus Lazius lib. vii. de Migrat, Gẽt. pag. CCCXII. Scripsit.

Regulam ad fratres lib. i. & alia, quæ ibidem loci *MSS.* asseruantur.

Floruit anno MCLXIII. quo obiit, fundatum Cœnobium anno MCLVIII.

S. MANSVETVS. 838.

S. *MANSVETVS Episcop. Tulli, qui natione Scotus, S. Petro discipulus Romæ ordinatus* ait Constantinus Ghinius pag. LX. *Claudium*, Scotam *S. Pudentis* Coniugem, è Scotia, vt videtur, secutus

Diuum *Petrum* Romam venientem audiuit,& ab eo humanæ salutis mysteria edoctus in Galliam missus,mira sanctitate Tullensem Ecclesiã rexit,primusque Episcopus sedit, Anton. Mouchiacen. Demochar.Tom. I I.cap.XXXII I.*Sanctus Mansuetus S.Petri Discipulus,socius S. Clementis Episcopi Metensis natione Scotus* Theatrum Conuers.gent. Arnoldi Mirmanni , *Tullenses habuere Apostolum,suaque in Christũ fidei primum antistitem,S.Mansuetum,S.Petri discipulum,S.Clementis collegam,origine Scotũ* chronicon chronicorum Ioan. Gualterij Tom.I I.pag.CXXII. idem repetit.Eadem tempestate ab Apostolica sede in Gallias destinati sancti viri,& pij *Martialis* ad Lemouices,*Iulianus* ad Cęnomanos,*Clemens*,Papæ Clementis patruus ad Metenses *Maternus* ad Treuirenses *Sixtus* ad Rhemenses , *Frontonius* ad Petragoricos, *Memnius* ad Catalaunos Robert. Altissiodorensis chronic.pag.XXXI I I.Celebratur eius memoria die III.Septembris Martyrolog. Roman.Ado Treuirensis,Molanus ad Vsuardum,& alij.Atque hic sanè omnium Scotorum sanctorum primus. Hiberni impudenter ciuem suum faciunt,sed Tabulæ Ecclesiæ Tullensis Guil.Eisengrinus C.I.part.I.dist.III.Frãc.Roziers Tom.I I. stemmatis Lotharingæ,hist.Capital.XXI I. & Constantinus Ghinius in Natalib.ss.Canonic.pro nobis contra mendicorum impotentiam stant grauiter,& Adso Abbas,qui vitã eius scripsit cap.II.*Scotorum clara propagine genitum* vocat. Ad Gerardum Episcopum eadem vita versu.

Protulerat quendam generosum Scotia natum.
Mansuetum.

Scripsit. *De Apostolicis traditionibus. lib.*I. quę Tullénses religiosè asseruant.

Sedebat anno LXII.die I I I.Septemb.

S. MACHORIVS. 839.

S. MACHORIVS *Religiosus,& pius Muthlaci Episcopus* ait Anonymus in libello De Antiquitate Religionis in Scotia. De eo sic Hect. Boeth.lib. IX.Hist.Scot.in fine.*Insignes habiti sunt vita innocentia,& eruditione inter nostrates,Solnatiorem tenente,Macho*

rius

rius Episcopus cuius nomini pracipuum Aberdonense templum, vbi nunc sacra episcopalis sedes, est dicatum, Hic à martyrologio Romano, vt multi alij, malo Scotiæ fato, absunt. Scripsit.

Ad popularos Scotos. *lib.* I.

De Pictorum excidio. *lib.* I. Ioan. Fordan.

Vixit anno DCCCLXXX. colitur XII. Nouemb. & dedicatio templi eius incidit in XV. Ianuar.

S. MOLOCVS. 840.

S. *MOLOCVS* discipulus S. *Brendani*, aut S *Machuti, Congel'i*, quod verius, nam *Machutes* socius *Moloci* nō præceptor notat Pitseus socium se iunxit *Bonifacio Queretino* Scotiā lustranti, Episcopalique ornatus dignitate totum septentrionalem regni tractum piè informauit, Argadum Apostolus, apud quos in Lismorēsi Basil ca sepultus religiosa concurrentis populi veneratione frequentabatur. Hect. Boeth. lib. IX. Scot. hist. pag. CLXXII. *Eum, pugnam inituris Rex Malcolmus demisiè precatur, & victoria, potitur* idem lib. XI. pag. CCXLII. tum voti compos templum ei ingenti sumptu erexit, idem pag. CCXCV. Ioannes Leslæus lib. IV. pag. CLV. Scripsit.

Vitam Brandani Magistri. *lib.* I.

Commonitorium ad Scotos. *lib.* I.

Floruit anno DXC. Abest à martyrologii Romani tabulis.

S. MECHTILDIS. 841.

S. *MECHTILDIS Scotia Regis filia*, ait Tomas de Cantiprato in Apiario lib. II. cap. X. Virginitatis studiosa in Gallias clam aufugit cum *S. Alexandro* fratre, & in villa Lapione prope Cistercioꝝ Cænobium, & viua, & mortua miraculis claruit. Scripsit.

Ad fratrem de mundi contemptu. *lib.* I.

Claruit anno MCCXXXVIII. colitur die XXVI. Februarij Molan. in Vsuardi additionib. plura Ioānes Trithemius chronico Hirsaugæ anno MCLIV. nisi ea sit alia Anton. Dauroultius cap. IIX. Catechis. Historial. tit. XXIV. §. V. *Alexander S. Mechtildis Virginis filia Scotorum Regis frater.*

S. MEROLILANVS. 842.

S. *MEROLILANVS Martyr scotigena* ait Flodoardus lib.IV. hist. Rhemensis cap.XLVIII.scripta perierunt.

Floruit anno incerto migrauit ex hac vita peregrinus, vt ipse reuelat loco laudato, nec sine miraculo.

S. MALRVBVS. 843.

S. *MALRVBVS* eremiticam vitam sanctissimè professus Danis sub *Malcolmo II*. Scotiam ferocissimè incursantibus ad Marnam, quam toties optauit, martyrii palmam tandem recepit. Apices tantum operum inuenio cum ea perierint. scripserat autem.

De imitatione sanctorum. *lib.*1.

De Christiana perfectione. *lib.*1.

Vixit anno *M*XXIV. recolitur eius memoria die XXVII. Augusti Adami Regii Calendarium, & Breuiaria scotica.

S. MEDANVS. 844.

S. *MEDANVS*, Vuion lib. III ligni vitæ pag.CCCCXXI. Episcopus, *Modani Colmanni Prisci, & Eucbini* Episcoporum æqualis, *pius per agros scotorum, Pictorumque Christi dogmatis concionator* ait hect. Boethius lib. VIII. histor.scotic.in fine, quo tempore vixerit in ambiguo est, nam ad *Achaij* Regis seculum idē eos, auctor reiicit lib.x. pag.CXCI. *Medanus, Modaniusq. Germani monastica vita addicti, imitandæ virtutis se ad posteros præbuere exemplaria.* scripsit.

Laudes monasticæ vitæ. *lib.*1.

Florebat anno DXXXIV. vel secūdum alios anno DCCCIII. sanctorum albo adscriptos Ioannes Leslæus lib. IV. pag. CLXVII. patronus *In Kylmadah*.

S.MAT-

S. MATHILDA. 845.

S.*MATHILDA* à morum mansuetudine cognomento Bona, Scotiæ ss. *Malcolmi III.* & *Margaretæ* F. à parentibus ab ineunte ętate Deo in VVintoniæ Cœnobio piè oblata, vna cum s.*Christina*, miro sanctitatis voto, exemplar Virginibus erat, & continentis & abstinentis vitę. Sed cum *VVilhelmus Rufus* Angliæ Rex inter venandum in nouo saltu extinctus esset, & *Henricus* eius Germanus in Regnũ successisset, illa amicorum efflagitationibus importunius, nec spõte monasterio extracta, eidem nupsit Corographia Britanniæ ferunt nonnulli eam *fructum ventris sui Diabolo commendasse*, nec caruit deuotio euentu, nam biennio post mortem ip sius VII. Kalend. Decemb. omnes filij simul naufragio periere Gulielmus Neubrigen. lib. I. histor. Anglic. cap. II. filia excepta, quę *Henrico* Imperatori nupta, & ipsa tot Augustorum parens. Petrus Bugranus colloquio III. Histor. monast. fuerit velata, nec ne, dubitatum, vtcunque const. sane XVIII. annis totis sub Regula vixisse, Regina facta feruentiori studio pietatem amplexa inter alia leprosorum, quibus depositis vestibus Regiis: ipsa, famulabatur, plenam semper donum habebat, à quo sanctitatis officio nec maritus, nec frater S. *Dauid* Scotiæ Rex retrahere potuerunt, quin, vt ipsa dicebat *Regi morituro æternum Regem præferret*. Adi ad historicos Matthæum Paris ad annum MC. MCV. MCXVIII. Polydor. Virgil. lib. XI. hist. Anglic. in principio, Ioãnes Leslæus lib. VI. pag. CCVVIII. iacet Londini ad Diui Petri in Cœnobio VVestmonasteriensi cum hac inscriptione

Prospera non lætam fecere, nec aspera tristem,
Aspera risus, ei prospera terror erant.
Non decor effecit fragilem, non septra superbam,
Sola potens humilis sola pudica decens.

Obitus eius incidit in annum MCXVIII. quo die eius memoriam Ecclesia recolat non deprehendi, abest certe ab omnibus Martyrologiis, quod sciam, in XVIII. Septẽbris locant. errat Cambden. in Dorsetshire pag. CXCVI. qui eam *Edgari* regis filiam facit contra cum stant vita sanctæ, historia ipsa Angliæ, & scotiæ, Gual.

Mal-

Malmerburiẽsis pag.XCIII.lib.V.*materna pietatis amula* Reges Houeden.part.I.pag.CCLIX.Huntindon.lib.V. pag.CCX.*Margareta fuit mater* Mathildis *Regina Anglorum* Polydor.lib.XI.hi-ſtor. *Erat Sadgaro Regi Scotorũ, ſoror nomine* Mathildis, at in priore errore ſtat Luſignanus corona IV.cap.XXV.

S. MIMBORINVS. 846.

S.*MIMBORINVS* primus Abbas S. *Martini*, quod Cœnobium *Eberger*us Archiepiſcopus Colonienſis teſte S.Mariano in Chronicis Scotis peregrinis in perpetuum tradidit poſſidendum Ioannes Leslæus lib. V.pag.CXCV.in Rebus *Culeni* Regis. Scripſit

De fundatione monaſterij. lib.I.

Tractatum de ſacramentis. lib.I. MS.in eodem monaſterio, autor Irenicus.

Obiit anno CMLXXV.ſederat annis XII.totis, *ſanctitate plenus* ait Arnold. Vuion lib.XXX. pag.CDXXI.die eius natalis ignoratur.

S. MALACHVS. 847.

S.*MALACHVS* Liſmorenſis ſiue Argadiæ in Scotia Epiſcopus memoratur à D.Bernardo in vita S. *M*alachiæ. Colitur die X. Aprilis *M*olan.additionib.Vſuardi. Scripſit.

Epiſtolas ad Bernardum. lib.I

In Eccleſiaſtem. lib.I.

Floruit anno MCLXI.

S. MAKVVOSLOKVS. 848.

S.*MAKVVOLOKVS* Epiſcopus Sodorenſis *S*cotis illis ſilueſtribus qui Hibernienſes dicuntur, vitæ melioris præcepta tradidit. Scripſit.

Pro adibus ſacris ad Mordacum Regem. lib.I.

Floruit anno CCCXX.colitur apud noſtrates die XXIX. Ianuar. Breuiar.Scotica, & Eccleſiæ conſenſus.

S.MAG-

S. MAGLASTIANVS. 849.

S. *MAGLATIANVS* Epiſcopus ex eo Doctorum grege fuit, qui Angliam, Galliam, Germaniam, Italiamque fama, & merito impleuerunt, ſocius *Alcuini, Clementis, Rabani, & Ioannis*, Nihil omiſit, illis ad Carolum Magnum amandatis, quo veræ pietatis apud ſuos honorem promoueret. Scripſit.

Hymnos ſacros. lib. 1.

Vixit anno DCCCXVIII. colitur die *XXX*. Ianuarii Breuiar. Scotic.

S. MEDOTHVS. 850.

S. *MEDOTHVS* Epiſcopali dignitate ſcoticam Eccleſiam, fide adhuc rudi, & naſcente pietate eſt moderatus, ex eorũ Antiſtitum numero qui à *Culdeis* electis, vbique regni Eccleſiis præerant nulli certæ, ſedi adſtricti. Scripſit.

Contra idolorum vanitatem. lib. 1.
De contemptu falſorum Deorum. lib. 1.
Homilias. lib. 1.
Pro Eccleſia ad Crathlinthum *Regem.* lib. 1.

Floruit anno CCCXVIII. colitur pridie Kalend. Februar. Breuiar. Scot.

S. MINNANVS. 851.

S. *MINNANV* Archidiaconus celebri nomine, & pietatis, & eruditionis viguit chariſſimus *Kennetho* Regi, cum quo totum Regnum luſtrauit, eoque extincto, quod perditam *Donaldi V.* Regis luxuriam ferre non poſſet aula ſeceſſit, poſt eius funus acerbum denuo apud *Conſtantinum II.* Regem magno loco fuit. Scripſit.

De legitima Pictici Regni cum Scotico vnione. lib. 1.
Apologiam pro Rege. lib. 1.

Vixit anno DCCCL*XXVIII*. colitur die 1. Martij Breuiar. Scot. templum ei in Gallouidia, cui nomen *Kilminnan*.

S. MAR-

S. MARNANVS. 852.

S. *MARNANVS*, siue *Marranus* sanctissimus Antistes populū suum mira pietate instruxit. Scripsit multa, sed apices paucorum superant. In his.

Pro fœdere seruando. *lib.*1. quod Scotię Rex *Indulphus* cum Anglis contractum inuiolatum seruauit, Danorumque Reges *Hagonem Moruegum*, & Henricum cum vniuersis copiis deleuit post *Analassū* eorundem Regem septennio ante extinctum acie, & cum suis ad internecionem datis.

Monitorium ad Ecclesias patrias. *lib.*1.

Floruit anno DCCCCLxII. colitur die II. Martij Breuiar. Scotic.

.S MAKKESSAGV. 853.

S. *MAKKESSAGVS* Scotos Episcopali dignitate rexit ex *Culdeorum*, vt existimo, ordine electus ædes ei sacra Leuinia, prope comitatum de Menteth, vocatur *templum portus* Nundinis, & frequentia populi celebre. Scripsit.

Manipulum precum. *lib.*1.

Catechesin ad Neophytos. *lib.*1.

Floruit anno Dxx. colitur die x. martij Breuiar. Scotic.

S. MVNDVS. 854.

S. *MVNDVS* Abbas in Argathelia, austeræ ad modum, & cōtinentis vitæ scripsisse putatur multa. In his.

Fascini, & veneficiorum disquisitionem *lib.*1. illæ optimum Principem *Duffum* Regē violauerat mirifice, ac lectulo affixerant.

Vixit anno DCCCCLxII. colitur die XV. April. Breuiar. Scotic.

S. MAGNVS. 8.55

S. *MAGNVS* gente scotus ad Orchades Insulas, quæ pietatē quam à ss. *Brandano*, & *Machute* olim hauserant, exuentes in priorem

infide

infidelitatis statum redierant, destinatus ab impiobis paganis martyrio affectus. Scripsit.

Ad Orcadianos monita salutaria, lib. I.

Viuebat anno MCIX. colitur die XVI. Aprilis Breuiar. Scot.

S. MOLONATHVS. 856.

S. *MOLONATHVS* Eps, Discipulus ac socius peregrinationis laborumque *S. Brandani.* Scripsit,

Acta Brandani magistri. lib. I.

Floruit anno DCXXVIII. colitur die XXV. Iunij Breuiar. Scot.

S. MALIMBÆVS. 857.

S. *MALIMBÆVS* Eremita integerrimæ, vitæ ac sanctissimis moribus cum in Eremo sua pie orationibus vocaret, a Danis truculentissimis fidei hostibus est peremptus. Scripta perierunt aut temporum, iniuria, aut hæreticorum maligna impietate.

Floruit anno MXXIV. colitur die XXVI. Iulij Breuiar. Scotic.

S. MATHANVS. 858.

S. *MATHANVS* Episcopus, incertum, cuius sedis, precipua sanctitate sub *Donaldo* Rege inclaruit. Scripsit.

De Benedictini ordinis apud Scotos. Claritudine. lib. I.

Nam ille ordo nullibi sanctius, quam apud Scotos viguit ex Annalibus nostris probauit Arnoldus Vuion non vno loco, sed precipuæ lib. I. cap. LXXI. id s. Adelmus confirmat, omnium scotorum eo æuo litteratissimus habitus. lib. de laudib. Virginitat. cap. XXIX. vbi de s. *Benedicto.*

Huius alumnorum numero glomerantur ouantes,
Quos gerit in gremio fæcunda Britannia cives,
Aquo iam nobis Baptismi gratia fulsit,
Atque magistrorum veneranda caterua cucurrit.

Vixit anno DCCCLVI. colitur die XXIIX. septembr. Breuiar. scot.

S. MARNANVS. 852.

S.*MARNANVS*, siue *Marranus* sanctissimus Antistes populũ suum mira pietate instruxit. Scripsit multa, sed apices paucorum superant. In his.

Pro fœdere seruando. *lib.*1. quod Scotiæ Rex *Indulphus* cum Anglis contractum inuiolatum seruauit, Danorumque Reges *Hagonem Moruegum*, & Henricum cum vniuersis copiis deleuit post *Analassũ* eorundem Regem septennio ante extinctum acie, & cum suis ad internecionem datis.

Monitorium ad Ecclesias patrias. *lib.*1.

Floruit anno DCCCCLXII. colitur die II. Martij Breuiar. Scotic.

.S MAKKESSAGV. 853.

S.*MAKKESSAGVS* Scotos Episcopali dignitate rexit ex *Caldeorum*, vt existimo, ordine electus ædes ei sacra Leuinia, prope comitatum de Menteth, vocatur *templum portus* Nundinis, & frequentia populi celebre. Scripsit.

Manipulum precum. *lib.*1.

Catechesin ad Neophytos. *lib.*1.

Floruit anno Dxx. colitur die x. martij Breuiar. Scotic.

S. MVNDVS. 854.

S.*MVNDVS* Abbas in Argathelia, austeræ ad modum, & cõtinentis vitæ scripsisse putatur multa. In his.

Fascini, & veneficiorum disquisitionem *lib.*1. illæ optimum Principem *Duffum* Regẽ violauerat mirifice, ac lectulo affixerant.

Vixit anno DCCCCLXII. colitur die XV. April. Breuiar. Scotic.

S. MAGNVS. 8.55

S.*MAGNVS* gente scotus ad Orchades Insulas, quæ pietatẽ quam à ss. *Brandano*, & *Machute* olim hauserant, exuentes in priorem

infide

infidelitatis statum redierant, destinatus ab impiebis paganis martyrio affectus. Scripsit.

Ad Orcadianos monita salutaria, *lib.* 1.

Viuebat anno MCIX. colitur die XVI. Aprilis Breuiar. Scot.

S. MOLONATHVS. 856.

S.*MOLONATHVS* Eps, Discipulus ac socius peregrinationis laborumque *S. Brandani*. Scripsit,

Acta Brandani magistri. *lib.* 1.

Floruit anno DCXXVIII. colitur die XXV. Iunij Breuiar. Scot.

S. MALIMBÆVS. 857.

S.*MALIMBÆVS* Eremita integerrimæ, vitæ ac sanctissimis moribus cum in Eremo sua pie orationibus vocaret, a Danis truculentissimis fidei hostibus est peremptus. Scripta perierunt aut temporam, iniuria, aut hæreticorum maligna impietate.

Floruit anno MXXIV. colitur die XXVI. Iulij Breuiar. Scotic.

S. MATHANVS. 858.

S.*MATHANVS* Episcopus, incertum, cuius sedis, precipua sanctitate sub *Donaldo* Rege inclaruit. Scripsit.

De Benedictini ordinis apud Scotos. Claritudine. lib. 1.

Nam ille ordo nullibi sanctius, quam apud Scotos viguit ex Annalibus nostris probauit Arnoldus Vuion non vno loco, sed precipuæ lib. 1. cap. LXXI. id s. Adelmus confirmat, omnium scotorum eo æuo litteratissimus habitus. lib. de laudib. Virginitat. cap. XXIX, vbi de s. *Benedicto.*

Huius alumnorum numero glomerantur ouantes,
Quos gerit ingremio fœcunda Britannia cines,
A quo iam nobis Baptismi gratia fulsit,
Atque magistrorum veneranda caterua cucurrit.

Vixit anno DCCCLVI. colitur die XXIIX. septembr. Breuiar. scot.

S. MIRINVS. 859.

S. *MIRINVS* Abbas Benedictinus, & sanctitate, & literis clarus multis annis piissimè *Pasletum* Cœnobium rexit. Scripsit.

Canonum sacrorum Epitomen. lib. 1.
In omnes Epistolas Canonicas lib. 1.
Homilias de sanctis. lib. 1.

Florebat anno CMLxix. vel CCCLxix. Gilbert. Brun. colitur die xv. Septembr. Breuiar. Scot.

S. MARNOKVS. 860

S. *MARNOKVS*, & ipse ex *Caldeorum* ordine ad Episcopatum destinatus streńuam operam paganis ritibus extirpandis nauauit Scripsit.

Pro vera pietate, & Dei cultu contra Gentiles. lib. 1.
De locis sanctis. lib. 1.

Obiit anno CCCxx11. sepultus in Kilmornak prouincia Cuningamia, sub Abbate Kilvvinini, vbi celeberrima deuotione miraculorum gloria maximo concursu frequentabatur, dum hæresis nuper Religionem extingueret. Colitur die xxv. Octob. Breuiar. Scot. & Ecclesiarum consensus.

S. MAVRA. 861.

S. *MVRA* Virgo, & sanctimonialium Magistra, viua sanctitate, defuncta miraculorum gratia conspicua fuit à cuius nomine famosus locus *Kilmaur* appellationem sortitus. Scripsit.

Regulam ad sorores. lib. 1.
S. Scolasticæ vitam. lib. 1.
Meditationes. lib. 1.

Floruit anno DCCCxcv111. Colitur die 11. Nouēb. Breuiar. Scot.

S. MARNOKVS. 862.

S.*MARNOKVS* Confessor à priore,& ætate, & vitæ conditione diuersus. Scripsit.

Acta quorundam Sanctorum. *lib.* 1.

Floruit anno DCCCxII.colitur die VIII.Nouembris Breui.Scot.

S. MATHANVS. 863.

S.*MATHANVS* alius à laudato,licet eodem vixerit seculo, & dignitate Episcopali,vt alter honoratus. Scripsit.

De laudibus sanctæ crucis. *lib.*1.

De septem doloribus Virginis. *ib.*1.

Floruit anno DCCCLxxxvII.Colitur die xII.Nouembr. Breuiar. Scotic.

S. MIDDANVS. 864.

S.*MIDDANVS* Abbas in Buquhania,celebrem sui populo illi recordationem,& sanctissimam reliquit memoriam de cuius actis mira narrantur. Acta eius habebat MSS. V.cl. Ioannes Fraserius Parisiensis professor,& publicare,bono patriæ cogitabat, sed mors præuenit,& veluti secundo funere *Middanum* extulit, qui Patronus est in *Phillorthe* Fraseriorum nobilissimorum gentili patrimonio. Scripsit.

Epistolas ad uarios: *lib.* 1.

Documenta ad fratres. *lib.*1.

Floruit anno Dni.colitur xIx. Nouembr.Breuiar.Scot.

S. MATHVLVS. 865

S.*MATHVLVS* peregrinatione ad loco pia suscepta deuenit in Gallias,vbi clerus sanctitate vitæ motus,cum sibi antistitem designauit,itaue Xantones.quos priuatus ad vitam puriorem hortatus est,exemplo Episcopus traxit Anton.Demochar.in tabulis illius Ecclesiæ scripsit.

Homilias ad populum. *lib.* I.
De trinitate. *lib.* I V.

Floret anno DLIII. colitur die xv. Nouembr. Breuiar. Scotic.

S. MAXENTIA. 866.

S. *MVXENTIA* Virgo *Soluathij* Scotiæ Regis filia, aut *Marcolmi*, vt ait Robertus Buklaud. in vita sanctorum pag. CCxxxvi. Martirij palmam in Galliis meruit prope Pontem, qui etiamnum hodie eo facto celebratur prope Bellouacum, vbi templũ ei erectum. Claruit anno DCCXCII. colitur die xx. Nouembris Breuiar. Scote, aut xxvi. Octobr. mirifica opulentia sacram ei ædem Carolus Magnus honorauit.

S. MANERRVS. 867.

S. *MANERRVS* in patria Episcopus, quã meritis, gloriæ coronam in hac vita sperauit in cęlo consecutus est. scripsit.

Lecturas sacras. *lib.* I.
Locos communes in Biblia. *lib.* I.
Conciones pias. *lib.* I.

Claruit anno DCCCxxix. colitur ab Ecclesia scotica, templis non vno ei loco erectis die xviii. Decembr. Breuiar. scotit. & *Kalendarium* Adami Regij.

S. MOVEANVS. 868.

S. *MOVEANVS* Scotis egregiam operam in laboriosa sacrarum scripturarum expositione nauasse legimus, ea ætate adolescense rat S. *Blanus*, & Episcopali dignitate fungebantur ss. *Congallus* & *Kennethus*. Abbatem multos rexisse monachus Scotichron. testatur patronus habitus *in Kippan*, vbi celebre ei templum cum canonicorũ Collegio Florente apud nostrates pietatis Zelo, erat alius ab eo *Moueano*, qui cum ss. *Medano*, *Vigiano*, & aliis floruit. Scripsit.

De Regulari vita ad monachos. *lib.* I.

Decre-

Decreta Ecclesiastica. *lib.* I.
Ad Ecclesias Scoticas. *lib.* I.
Epistolas ad diuersos *lib.*I.

Florebat anno CDXLIV. Alii in aliam ætatem reiiciunt, sed non admitto. Scotichronicon mortem eius locat in annum CCCCL.

S. MODANVS. 869.

S.*MODANVS* Episcopus, sed cuius loci, incertum tanta vetustatis iniuria, *Medani* prioris frater Germanus, vt dictum. Celebre ipsius fuit Brechinæ nomen, vt testatur Ioannes Fordanus. Scripserat plurima, sed refertur tantum superfuisse ante centum quinquaginta annos.

De Episcopi Officio. *lib.* III.

Floruit anno Dxxxv. vel, vt aliis potius videtur anno DCCCIII. inter sanctos receptum scribit Ioannes Leslæus lib. IV. pag. CLXVII. Vuion lib. II. pag. CDxxI.

S. MELCHIADES. 870.

S.*MELCHIADES vir ex Scotia oriundus ob sanctitatem conspicuus* secundum autoritatem Hectoris Boethii lib. XII. histor. Scotic. pag. CCLXIV. sepultus in Cœnobio *Claravallensi*, eodem pene tempore quo fato cessit *D. Bernardus* loci illius primus Abbas. Isto nullum clariorem nostra gens tulit. ediderat infinita sanctitatis, & doctrine plenissima opera, sed tantum celebrari audiui apud Theodoricum.

De legitima Petri Cathedra contra scihsmaticos. *lib.* I.

Viuere desiit anno MCxx.

S. MODOCVS. 871.

S.*MODOCVS* alter, & vitæ professione, & tempore, a sequente longe diuersus, siquidem cum ille *Culdeus* tantum esset, hic *Episcopus* fuisse perhibetur *Medani, Modani, & Euchini Episcoporum* æqualis. Scripsit.

Homi-

Homilias lib.1.Ioan.Fordan.
Vixit anno DXXXIV.sanctorum albo adscriptus Leslæus,& alij.

S. MOTEFERVS. 872.

S.*MOTEFERVS* vnus ex duodecim Discipulis diui *Columbæ*,eo in Hiberniam ex scotia transmittente,cum *Scandaleo*,*Eoglodio*,*Totaneo*,*&* *Gallano* in Insula *Iona* sedem figens, multorum monachorum parens in magna sanctitate extitit. Scripsit.

Ad monachos in Iona Insula. *lib.1.*

Vixit anno DCVI.Ioannes Leslæus lib.IV.pag.CLxx.in sanctorum album relatum Scotichronicon narrat lib.V.cap.IX.

S. MONO. 873.

S.*MONO* ait Aubertus Miræus lib.de Canonicor.Collegiis cap.Lxxx.ex Ioanne Molano de natalibus ss.Belgij.*Angelico monitu ex Scotia in Arduenam venit,vbi solus soli* Deo *multo tempore seruiuit & feliciter occubuit,à sicariis latronibus confossus,vbi etiam est sepultus in Ecclesia quam ipse cōstruxerat.*Est *autem Naissoin Pagus illustris sanguine,& reliquijs gloriosi martyris sub ditione Abbatis* Monasterij *S.Huberti,quod est in Arduenna,à quo duobus milliaribus distat intra diocæsim Leodiensem.Nominatur discipulus ss. Remacli,& Ioannis Agni Episcoporum* Traiectensium *ad* Mosam. Ad *eos enim è Scotia venerat,quę* Regio *multos sanctos velut stellas lucifluas ad diuersas mundi transmisit partes cæterum Beato viro ob titulum Christianitatis mactato,Pipinus Rex regaliter decimas obtulit quas habebat inter Letiam,&* Vrcam,quæ verba sunt ex Anonymo scriptore deprompta quem *Ioannes Charlier* præpositus Ecclesiæ .s*Mononis* eruit,& surius publicauit tom.v.die XVIII.octobr.cuius hoc est initium *fuit S.Monon de occiduis mundi partibus oriundus videlicet ex Scotia* Georg.Garnefelt vit. Eremit.pag.cc. S.*Monon Scotus,solitarius in Gallia,a latronibus occisus.* Discrepāt autem Miræus,& Molanus ab autore illo,nam quem Anonymus *Ioannem Agnum Tunagrensum* Episcopum facit,illi *Traitensium ad Mosam* esse volunt,colitur eius memoria die XVIII. Octobris vt di-

vt dixi in martyrologio Romano nulla mentio. Molanus non omisit Addition. ad Vsuardū *In Nassonia natal s Beati Aonenis Martyris, qui Angelico monitu de Scotia Arduennam venit*. Subiungit, quæ supra posita sunt verba. Scripsisse putatur.

Constitutiones suæ Ecclesiæ. lib. 1. quæ monachis solis fundata, hodie canonicos habet in diocæsi Leodiensi *Miræus* loco laudato.

Viuebat anno DCCXXXVIII.

S. MOMBVLVS. 874.

CVm Sigebertus Gemblacensis chronico ad annum DCLI. dixisset *præter hos, & alij multi de Anglia vel Scotia in Gallijs peregrinantes verbum Dei seminabant, multumque fructum Deo faciebant scilicet Etto*, Elognius, *Bertuinus* Subdit in ora Aubertus *Miræus inter alios fuere sancti Adalgisus, Momblus, VVasnulphus, & Antbodus*. Nec plura probant eum Scotum esse, quod sciam. Hic etiam à martyrologio Romano omissus habetur apud Molanum Addition. Vsuard. die XVIII. Nouemb. *In Galliis S. Mombuli Abbatis*. scripta omnia perierunt.

Vixit anno DclxI.

MARIA. 875.

MARIA *Stuarta Iacobi* V. vnica *Iacobi* VI. mater *Francisci* II. Galliarum Regis Vidua, proxima Angliæ hæres, nam *Henricus* VIII. Anglus *Elizabetham* publico Regni ordinum decreto vt spuriam, nec suam expunxerat, matre etiam *Anna Bolena*, quod rea adulterii cum multis, incæstus cum fratre esse, securi percusa. Hoc fonte Clandestinum Anglæ in nostram Principem odium, mox ea absente, aperta factio astu Anglicano erupit, & cum Angla nuptias sui ducis *Hamiltonii* filio sancte promisisset, modo nouam ille Religionem inducere vellet, illico noui motus in procerum animis excitari *Lidintonio*, qui apud *Elizabetham* agebat, auro corrupto aut pollicitationibus, quod olim, per virum experientem traditum credidi, nunc damno, cum intellexerim *Ioannem Me-*

tella-

tellanum Lidintouia Baronem pietatis vere assiduum fuisse cultorē res sic se habet *Iacobus* priors s. Andreæ spurius Reginę frater, qui postea Comes Mornaiæ, odio quidem religionis, sed maiori regnandi cupiditate ardens, primus procerum auro pellectus, ita procerum turbauit mentes hæresi fauentium, vt excogitarit rationem, & sibi, & sectariis operosam, scilicet transire in partes Anglicanas, vt *Maria* defuncto marito ad Gallias deserendas inducta, omnia in armis, mutatamque domi religionem offenderet, tum furioso Caluini catulorum ausu ad arma conuolatum, & victa acie repetita à rebellibus Regina fęmina pientissima contumeliose tractata ludibrio omnimodo affecta, ad postremum in arcem lacu Leuinio compacta, atque ad libidinem perduellium hæreticorum custodiæ mancipata, crebris *Elizabetha* Anglicanæ literis sollicitata, quæ ei, & securum apud se receptum pollicebatur, & ingentes copias vltro offerebat si a perduellibus supplicia digna destinasset exigere. Ita lacus Leuinij custodia excedens nec suorū rationibus, nec *Ioannis Hamiltonij* Sātandreani Archiepiscopi lachrymis cessit, *quin se Charissima*, vt aiebat *cognata fidei committeret*: Sic exiguo comitatu in Angliam traiecit, & Dumbretonia arce relicta, crudelibus se impiæ, & seuientis lupæ Anglicanæ mani bus tradidit, a qua XIX. annos totos carcere arctissimo detēta, subditis suis sathanæ ministris clam instigantibus, nec Guisijs opem ferre, Gallia ciuilibus turbis agitata, valentibus, in arce Fodringania nouo exemplo, & Principibus pernicioso securi est percussa vnica impietatis ea Insula remota pietatis destina. Cuius innocentiam, sanctitatemque variæ gentes, egregiique scriptores extulerunt, & maxime Scoti de quibus hoc opere lib. I. in *Anonymis*, & lib. IX. in *incertis*, & alibi, vt occasio fuit egi innocētiā tā piæ Principis frustra ob uelant sectarii Angli, ipsa enim falso accusata, à XLIIX. Anglis interrogata, respondit, *Deum sibi non defuturum, qua velit in orthodoxa Ecclesia viuere, & mori.* Florimund. Ræmundus lib. VI, Hæroseon cap. XIIX. deinde Amia Pauleto homini profligatissimo exprobauit tyrānidem Anglæ, *qua ipsam nulla alia causa, quam religionis vexaret*. ibidem loci tū ubi capitalis in eam lata sententia, grauiter maiestas sua christianissima, *gaudia mea non sunt in terra, sed in Cælo, mihi quidem mors grata est, qua*

iustis-

iustissima fidei causa obeo, in hoc vno dolitura, quod non viderim catholicos, qui dira patiuntur, libertate, ad Dei gloriam priusquam moriar, donari. ibidem scribens postmodum ad Iezabelem Anglam, paratum sibi spiritum, Domini nostri exemplo ad precatur *misericordiam Dei implorо super me, & super omnes, qui mihi tantum boni conciliarunt, vt has miserias, morte innocente, possim euadere.* Eadem in literis ad Carolum IX. datis. *religio catholica, & ius legitimũ in regnũ Angliæ, duæ causæ solæ mortis meæ sunt* ad vnũ è magnat bus scribens *me viua*, inquit *status religionis Anglicanæ subsistere non poterat, ego Deo gratias, quod videar adeo vtile instrumentũ stabiliendę in hac insula fidei* in fine earũ literarũ. *mihi quidem* inquit, *iucundissimum fuit semper, & nunc iucundius est vitã hanc sacrificare pro salute animarum huius insulæ*, tum demum in theatro illo lugubri moritura *si quispiam in hoc catu catholicus sit, oret pro me, & testetur me innocentem mori in professione fidei catholicæ apostolicæ, & Romanæ*, & quisquam morituræ non credet? hoc testãtur seditiosa ministellorũ Sathanæ concialabula, in quibus ad rauim inclamabatur. *nihil esse tam necessarium, tam mors hæc futura sit, esse vitam religionis, principem hanc aliquando, exemplo Mariæ, vt fidem Romanam remissuram, & loco amotam, reposituram Papæ dominationem.* Ergo hic verus sectariorum timor, sed, & ipsa lupa Angladum sententiam iniquam in eam publicat *causa Euangelij, & veræ religionis Christi, pax, & tranquillitas regni, necessitatem mortis ei denuntiant, & nobis imponunt.* cap. XIX. prosequitur postmodum narrare *eam ab ineunte ætate corruptam, & imbutam errore Papatus* in sequentibus. *vitã suam, Regni pacem, religionis bonum, viua Regina Scotiæ, titubare.* sic ex sua, & aduersariorum confessione constat non alia causam, quam fidei orthodoxæ tutandæ inuentam seruus publicus abscissum ostendens caput *Deus*, inquit *Elizabetham fortunet, ita eueniat hostibus Euangelij*, hæresim intelligẽs, cuius illa hostis erat. Epitaphium ei multi variis linguis panxerunt, sed duo tãtum apponam. Primũ est à Maphæo Berberino Patricio Florentino adolescente annor. XVII. exaratum, vt appareat sanctissimæ Martyris precibus, & Cardinalem, & Scotorum protectorem eum postea euasisse, & vt nos omnes auguramur, & incomparabilis virtus promeretur Pontificem

summum futurum. Vtinam tantum boni Christianæ rei, & literariæ contingat. Versus sunt.

Te quanquam immeritam ferit, ô Regina, securis
Regalique tuum funus honore caret.
Sorte tua gaude, mærens neque Scotia ploret,
En tibi Pompa, tuas, qua decet exequias.
Nam tibi non paries atro velatur amictu,
Sed terras circum nox tenebrosa tegit.
Non tibi contextis lucent funalia lignis,
Sed cæli stella Nama tristis abest.
Sed canit ad feretrum superum chorus aliger, & me
Cælesti incipiens voce silere iubet.

Alterum est Ioannis Dempsteri Bibliothecarij Veneti Gentilis mei.

Regibus orta, dedi Reges, Reginaque vixi,
Ter nupsi, tribus orba viris, tria Regna reliqui
Gallus opes, Scotus cunas, dedit Angla sepulchrum.

Omnibus naturæ fortunæque dotibus instructissima Princeps, inter Angliæ Reges ad VVestmonasteriū sumptuosissimo tumulo collocata, habet alia Epitaphia, sed inepta, & ridicula, quæ tanti nō sunt, vt hic ponantur. Scripsit.

Carmina latine, Gallice, Scotice varia, & cultissima. *lib.* 1.
Consolationem diuturnæ suæ, & iniquæ Custodiæ. *lib.* 1.
Epistolas ad Regem filium Regem Galliarum, Guisios consanguineos suos, Elizabetham Anglicam perfidum pro pudium ac prostibulum. *lib.* 1. quarum nonullas Cādenus Annalibus suis inseruit.
Monita regalia ad filium. *lib.* 1.

Passa est martyrium die XVIII. Februarij anno MDLXXXVII. fœmina cœlo dignissima, vt, quæ omnes Christi martyres captiuitatis supplicio longè superauit. Neque enim vllus martyr XIX. annorū squalorem ac hostilem custodiam sensit. Audio ossa ad Regum Anglorum sepulturam VVestmonasterium trāslata miraculis clarere, martyrem vocat historia Gallica Petri Matthæi Tom. II. lib. VI. Narrat II. ex libello supplici Catholicorum Anglorum.

S.MO.

S. MADOCVS. 876.

S. *MADOCVS* nobili ortus familia S. *VVinoci* Scoti ex patria peregrinationis socius, & vitæ sanctitatisq. imitator. Anony. auctor vitæ S. VVinoci Scoti apud Suriũ Tom. VI. die VI. Nouemb. *Habuit in consortium suscipiendæ peregrinationis coniuratos in Christi Sacramenta tyrones. Quadanocum videlicet, Ingenocum, & Madocum genere quidem spectabiles, & vita probabiles.* Nec plura de eo scripsit.

Acta S. VVinoci Magistri. *lib.* 1.

Florebat anno DCCXVI. Beatum colit Flandria Henr. Coster. in Arb. Bertin. Locrius pag. LXXX.

MACCHABÆVS. 877.

MACCHABÆVS Rex Scotorum LXXXV. *Malcolmi II.* ex filia *Doada* nepos Regnum iniuria adeptus tyrannice, & ferociter in capita procerũ grassatur quare à *Malcolmo III. Duncani* Regis F. ex Anglia euocato, & vita, & Regno priuatur scripsisse fert.

Leges Regno vtiles. *lib.* 1. Hector Boethius lib. XII. histor. Scoticæ pagina CCLI. quas deinde successor *Malcolmus* abrogauit omnes, Eodem libro pag. CCLVI.

Extinctus est anno Regni sui XVI. salutis humanæ MLXIV. à *Makduffo* Fifæ Comite. Sedebat in Petri Cathedra *Nicolaus II.* Imperabat *Henricus IV.* Francorum Rex erat *Philippus I.*

MALCOLMVS. 878.

MALCOLMVS II. Rex *Malcolmi I.* nepos *Kennethi III.* F. ex Anglia redux *Grimum* bello petit, & victo coronam eripit, à Danis acie victus, tentato iterum certamine eos superat, sub fine ætatis ingrauescentis, mansuetudinem solitam, in tyrannidem auaritiamque commutans ad Glamuensem arcem optimatum factione perimitur. Scripsit.

Leges Municipales. *lib.* 1. Balæus.

Leges de Regni successione. *lib.*1. Ioannes Leslæus.

Peremptus est anno Regni XXXI.sal.MXL.sedente Romæ *Benedicto VIII.* Imperante *Henrico III.* Francorum Rege *Henrico* I.vide Hectorem Boethium lib.XI.

MARTINVS PÆNITENTIARIVS. 879.

MARTINVS Papa *Pænitentiarius* ab officio ita vocatus, cognomento etiam ab Historicis *Poloni* notus, patria, vt Eisingrinus vult Cartulanus monachus Cisterciensis, vt nonullis perperam videtur Dominicanus, quod verius est Archiepiscopus Cosentinus *Alii hunc Scotum faciunt*, inquit Antonius Posseuinus Apparat.Sacr.pag.CCCCX.Bugianus Benedictinus, & Arnold. Vuion lig.vit.lib.1.pag.LXXII.Platina in Victore III. *Martinus. Scotus vir magna Doctrina, singularisque vita.* Scripsit.

Chronologiam. *lib.*1. Cuianiles passim fabulas admiscuit, maxime portentosum illud commentum de Ioãne Pontifice fæminam, quod abunde, vt spero, refutaui lib.vi. Hetrur. Regal.cap.11. In hunc nostrum *Martinum.* annotationes Edidit Suffridus Petrus.

Florebat anno MCCL. vel MCCCXX. Bugiano, & Vuione Autoribus.

MARTINVS. 880.

MARTINVS hic alter monachus *Cisterciensis* male à quibusdam cum superiori confunditur, putaturque ordinis fuisse D.Dominici Baptista Platina in Victore III. *Martinus Scotus vir magna doctrina, singularisque vita in sua historia conscribit.* Paulus Langius monachus Boznamensis chron. Citizens. *Martinus Scotus Cisterciensis ordinis Romæ in pretio fuit*, Scripsit celebratissimum opus.

Martinianam siue *historiam breuem.* *lib.*1. ait ibidem Langius Cygnæus.

Florebat anno MCCLXVII. Paul.Morigea lib. II.cap.VI. *Mantinus Scotus, secundum nonnullos ordinis Cisterciensis opera multa magna fama composuit.*

MAR-

MARCERIVS. 881.

MARCERIVS vetustissimus autor primus omnium res Scotorum scribere exorsus, Edidit prisca, & vulgari Scotorum lingua.

Aduentum Scotorum in Albionem. *lib.* 1.
Regum scotorum gesta. *lib.* 1. Ex quibus pleraque Veremundus historiæ Scoticæ veluti fons, & parens desumpserat.

Historiæ suę seriem perduxit ad Regem *Caractacum*, qui fuit numero XVIII. Rex hoc est vsque ad annum salut. LIII. Hic est ille *Caractacus*, qui rerum gestarum fama omnes sui æui Principes superat quique gloriam *Claudii* Imperatoris mirificè auxit, dolo *Carthamandua* nouercæ captus, ac Romam triumphali pompa productus. Præter Annales nostrates C. Tacitus, & alij

S. MAILDVLPHVS. 882.

S. MAILDVLPHVS cognomēto *Pædagogus*, siue *Madulphus*. Ioānes Leslæus lib. IV. pag. CLXVII. siue *Meyldulphus eruditione Philosophus professione monachus*, ait VVilhelmus Malmesburiensis lib. 1. de gestis Reg. Angl. pag. VI. *eruditione, & ingenio singulari, latinè, & græcè doctus.* Ioan. Capgrauius Romanorum rituum accerrimus, & pœnè inuictus propugnator, ædificauit monasterium in Anglia *Malmesburiense*, tot monachorum, ac sanctorum patrum domiciliū *degens in nemore illo*, ait Gulielmus Malmesburiensis, *amano, deficiente victu scholasticos docuit, qui postea omnes monachi euaserunt*, quam laudem etiam hęreticus Camdenus attribuit in VVilshire pag. CLXXIV. *Maldulfus quidam scotus. vir singulari pietate, & summa eruditione* idem Capgrauius, Lelandus, Babeus, nobis hostis, & frustra hic mendicent Hiberni. Scripsit.

Pro Ritu Romano contra Britannos atque scotos. *lib.* 1.
De obseruatione Pascha. *lib.* 1.
Pro tonsura ac clericatu. *lib.* 1.

Regu-

Regulas artium diuersarum. *lib.1.*
De Disciplinis naturalibus. *lib.1.*
Hymnos. *lib.1.*
Dialogos. *lib.1.*
Epistolas diuersas. *lib.1.*

Claruit anno DCXC. sepultus in Cœnobio Malmesburiensi à se fundato. colitur die IV. Nouembris Georgio Neutono teste.

S. MARGARITA. 883.

S. *MARGARITA* alia à priore *Christierni Daniæ regis filia*, ait Stephanus Lusignanus Corona. IV. cap. X. *Regi scotiæ desponsata, vita integerrima, frequentissimis orationibus, ieiuniis, & eleemosynis, beata dici, & haberi meruit* plura ex Historicis Danis, & scotis in libro nostro de affinitatibus Regum Scotorum obscura admodum sunt acta.

Claruit anno MCD. aut circiter.

S. MARINVS. 884.

S. *MARINVS* Episcopalia in Scotia munera obiuit, trāsmarinas regiones, fidei ardore succensus, Euangelium tulit, & postquam Petri successorem adorasset, in Germaniam, fertilem tunc laborum sanctissimorum messem, ac vineæ Domini aream, descendens, Boiarios in sincero fidei catholicæ cultu confirmauit, ac tandem verba exemplo confirmans, pro zelo religionis exustus, martyr. colit. Passus anno DCLXX. cum nepote suo s. *Amano* colitur die XVI. Decembr. Matthæus Rader. in Bauaria sancta.

S. MAKBEATHATHGNE. 885.

S. *MAKBEATHATHGNE* cum socijs suis *fide feruens, furtim consuit lembum taurinum Birsis, alimentum hebdomadarium sibi supplet eleuat dies per vela septem, totidemque noctes, Aelfridum adit regem Anglorum. deinde Romam vestigia legit, ab inde Hierosolymas ire pretendit, nec miracula quidem non minima facta bre-*

uiario

uario in hoc fas esset prædicere tota. verba sunt Fabij consulis Ethelvverdi historiæ lib. IV. pag. CDXXCI. locus in Cornubia, seu Cornvvallia seruat appulsus memoriam, silent tamen, vt miraculorum, ita ipsius viri sancti, non annales modo Anglorum, sed, & Scotorum. Scripsit:

Ad Regem Aelfridum. *lib.* I.

Peregrinabatur anno DCCCXCII. dies incertus.

S. MARNOK DVB. 886.

S.M*ARNODVB*, seu M*arnocduus* Eremita Scotus, in occidétali regni ora, vbi ingentium eius beneficiorum, vt præsentium, per ædes sacras, & aras, memoria viget fuit *Marnoci* Culdei discipulus vt in vita eius, quam Veremundus scripsit, apparet: sic verò dictus ab habitu corporis, quasi *Marnocus Niger*, sic enim olim atque ét nunc Montani nostri Scoti, seu Hibernienses, vt vocantur, nomina imponunt scriptorum, si, quæ ediderat, memoria exoleuit. Claruit confessor anno CCCLXIV. colitur XXIII. Februar. vt Nūdinæ probant.

S. MASORIVS. 887.

S.*MASORIVS apud Insulam Sargiam Britanniæ claruit*, ex eadem prouincia ortus, socius *S. Sāpsonis* Dolensis Episcopi Petrus lib. IX. catal. CIII. *Sargia* autem est inter Orcades. vt existimo nonnulli hunc *Maglorium* vocant, in his est Vuion, sed nescio quam recte.

Floruit sub annum DCL*XXX*.

S. MACRIRIVS 888.

S.MACRIRIVS Episcopus in Scotia, & quidem Sodorensis, ex ea familia, quæ etiam nunc hodie superest, & in mōtanis locis non minima autoritate, & prærogatiua pollet, vnus eorum antistitum fuit, quos *S. Maurus* Comites dedit *S. Vrsula* filiæ suę cum Virginea cohorte profecturæ, ut loquitur Petrus lib. I*X*. cap. *XX*CVII.

& so-

& sonat *Macririus,filiũ Kirii* antiquissima enim gens *Kiriorum* apud Scotos, ex qua, proculdubio, originem trahunt *Riarii* Marchiones Itali, qui Sanonæ primum consederunt, deinde fori Cornelij, ac Cæsennæ principatum tenuerunt, nunc uerò Senatores Bononienses opibus, & autoritate florent, per Ferdinandum Magni Hetruriç Ducis, ad Augustum Exoratorem, sed ad *Macririum* redeo, qui cum frater esset *Geresina S.* Siciliæ Reginæ, S. Vrsulam ad martyrium grandi passu properantem insecutus, ab Hũnis eiusdem palmam accepit.

Passus est anno CDLIV. XXI. Octob.

S. MAVRVS S. 889.

S. MAVRVS *Rex Scotiç Christianissimus S. Vrsulç Pater* ait Petr. Equilin. loco proxime supra laudato, hũc porro non Regẽ fuisse, sed regis fratrẽ, filium, anũculum, aut aliquid simile suspicor, illa enim ętas per uniuersum orbem ferebat, ut regum liberi Reges uocarentur, uide Apparatus nostri lib. 11. cap. 1. hic adde etiam consuetudinem regnorum septentrionalium, qua receptum, ut, & spurij regum filij reges dicantur. Houeden. part. 11. pag. CDXXV. *consuetudo regni Noruueiç est usq. in hodiernum diem quod omnis, qui alicuius regis Norueiç dignoscitur esse filius, licet sit spurius, & de ancilla genitus, tantum sibi ius vendicat in regnum Noruię, quantum filius regis coniugati, & de libera genitus.* ex horum filiorum ex legitimis nuptijs genitorum unus hic noster, errat importune Stephanus Lusignanus, qui hunc corona XV. facit regem Britanniæ Cismarinæ in Gallijs.

Claruit anno CDXL.

S. MAVRINVS. 889.

S. MAVRINVS Abbas s. Pantaleonis Scotorum in Vrbe Coloniensi, quod, monasterium tot sanctorum altrix, quot uix aliud in Germaniis. hic porro ex abate martyr, & professionem monasticam sanguine suo nobilitauit, & securitatem æternam sibi peperit historiam martirij iussu *Christiani* Scoti Abbatis loci scripsit

Stepha-

Stephanus monachus eiusdem gentis,& Cœnobij professus, vt in Actis eius,& ex ijs apud Vuionem lib.III Mosandrum,Surium tom.III.& alios videbis,memoria,vt videtur,exoleuerat, & cum templi noui fundamenta iacerentur,inuentum est gloriosum corpus cum hac inscriptione.*hic Requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini,qui in Ecclesia atrio martyrium passus,sub die 4, idus Iunij.* nihil eum scripsisse suspicor,aut si scripserit, perijsse.

Annus quo venit à Scotia incertus,passus est itidem incerto anno historia scripta anno CM.inuentum ossuarium LXIV. annis post hanc scriptionem.Colitur passio die x.Iunij inuentio die XIII.Octobr. Molan.

S. MALCALLINVS. 890.

S.*MALCALLINVS* Scotus Leuinia prouincia oriundus,id est ex Montanis Siluestrium,quos vocamus, partibus genitus,vt historia ss.Lotharingiæ fidem adstruit apud Cheyuæum,quare ab imperitis *Hibernus* audit,contra rationem , & acta , monachus Scotiam deseruit,& amore Dei exul,loca sancta inuisit,in reditu Verodunum adpulit, iuxta quam Eremum incoluit,e qua extractus monasterio propositus,auream Scotorum suorum pietatem secutus.Appendix Flodoardi.*Vir Domini Malcallinus,natione Hibernicus,Virduni,in vigilia Vincentij leuitæ,& martiris,vitam transitoriam, quam habebat,exosam,deseruit,& cum Domino viuere feliciter,incboauit.qui præfatus Abbas in corpore quiescit in Ecclesia S.Michaelis Anchangeli,cuius Abbatiam , dum corporaliter , in hoc seculo maneret,pro moderanime rexit.* Hibernicum vocat ex consuetudine seculi,nam sic Scoti Montani tunc dicti. Martyrologium Romanum die XVI.Decemb.Aberdoniam in Hibernia illo sensu locat vt omittam hodie inter Siluestres illos *Malcallinorum*,seu *Makallinorum* familia vigere,ex qua hic sanctus originem habuit scripta deperierunt.

Depositus est abbas,& confessor anno DCCCCLXXVIII. colitur die XXI.Ianuar.Vuion in prætermissis ad lib. III.

MENALACHVS. 891.

S. *MENALAHCVS* Episcopus Scotus, socius ac collega *S. Liuini* Archiepiscopi Scoti, vt in illius vita S. Bonifacius, & ipse Scotus, aperte loquitur, magistrum suum in Gallias comitatus, & ei martyrio affecto superstes, alicuius in Scotia Ecclesiæ pastor, summa sanctitate gregem rexit, uec signis scripsit, exploratum.
Vixit confessor anno DCLXIII. dies incertus.

S. MENNA. 892.

S. *MENNA* virgo regia soror ss. *Eliphii*, & *Eucharij*, necnon *Libariæ*, & *Susannæ* cum ijsdem, & triginta tribus, aut, vt alij, duobus sociis, Scotia egressa, & sanctorum operum plena, gladio percussa, agonem pro Christo consumauit, virginitatis puritatem martyrij gloriæ coniungēs, Monacham fuisse ex actis liquet, vt appareat diu ante *D. Brigidā* moniales in Scotia vestitas, quod olim credulus scripseram: vitam autem eius memoriæ prodidit S. Rupertus Tuitiensis rogatu Albani Abbatis Scotorū Cœnobij Martiniani Coloniæ. sacræ reliquiæ, cum corpore integro, iacent in loco, qui dicitur *Poroes*. Surius Tom. v. pag. CCXXCIII.
Passa anno CCCLXI. colitur die xvi. Octob. Sur. ab impio, & parabara Iuliano mactata.

S. METHODIVS. 893.

S. *METHODIVS* Scotus Abbas, nec plura deprehendo, & apud Martyrol. Carthusianum solum quod memini eius mentio celebratur, vsque adeo in tenebris res Ecclesiæ nostratis iacent, & à te Deipara virgo factam expectat.
Annus incertus. Colitur xvi. Martij.

S. MICHAEL. 894.

S. *MICHAEL* tacito nomine in vita S. Malachiæ nominatur, quam scripsit S. Bernardus, retulit Surius tom. VI. pag XXX. hic cum

labo-

laboraret dysenteria, miraculose ab codē sancto sanatus, Cœnobia maxima continentia administrauit, Petrus lib. x. cap. XXVII. eundem autem hunc fuisse qui à *Malachia* liberatus vita ipsius apud continuatorē Fordani loquitur pag. CDXCIV. & res nota.
Claruit anno MCXXI. colitur XIIX. Nouembr.

S. MODESTA. 895.

S. *MODESTA* scota soror *S. VVillibrordi*, patriam deserens, fratre vocante, inuicto animo Euangelio militauit, Abbatissa monasterij Treuirensis. quod *Horreum* dicunt, in quo regimine successit *S. Irmina* Regis Galliarum Dagoberti filia, acta Ecclesiæ illius, & ex illis chronicon chronicor. Ioannis Gualterij. pag. MCDXLIX. scotam probaui lib. XIX. infra hic, nam *VVillibrordus* frater scotus erat.
Florebat anno DCCXL. colitur IV. Nouembr.

S. MOTTOMAGVS. 896.

S. *MOTTOMAGVS* scotus eorum vnus, qui dignitate Episcopali præditi, lumen, fidei ad exteras, & præcipue Germanicas gentes pertulere, de quo nihil aliud scio, nisi ipsum in martyrologio Germaniæ Canisiano coli die XIIX. Maij tu lector adi ad opus.
Annus apud me incertus.

S. MOOH. 897.

S. *MOOH* Abbas regularis vitæ callentissimus, literarum humanarum doctus, & quod omnia hæc superat, sanctissimi patris nostri *Brandani* magister, vt vita eius loquitur. hic primus nostratiū meditatus hominis primi felicitatem, dum in statu innocentiæ, in Paradiso terrestri ageret, deinde eiusdem parentis nostri lapsum infelicem, & quibus artibus tam miserabili conditioni humanitatis obuiam iri posset: idcirco eum Paradisum terrestrum inuenisse, intrasse, descripsisse, siue credula ætas ignorantiæ mixta persuasit Petrus lib. V. Catalogi cap. CXVIII. falso sane, non post dipul-

ſum primum hominem,& obſeratas gladio igneo vibrante fores, nulli mortalium Paradiſum viſere,niſi *Enoc*, & *Eliæ* à Deo permiſſum,labor igitur ſanctus *Moochi* ſcribere.

Meditationes de Paradiſo tereſtri. *lib.* 1.

Monita ad Brandanum. *lib.*1.

Vixit anno DLX.colitur xix. Decembr.

S. MVRDACHVS. 899.

S.*MVRDACHVS* Eremita ad lacũ quendã in Argadia maximum pauperimum habitaculum ſortitus,adeo feruenter Daiparam Chriſti parentem Virginem coluit,vt frequenter ab ea conſolari meruerit extat vita cum IX.lectionibus,& tota ſeries eius depicta in templo ei dicato,fuit autem Bardorum e gente oriundus, ideo hæreditario quaſi sãguinis iure poeticæ addictus,& quidem vltimus eorum philoſophorum,quod eo nomine Scoti ſic vocarunt ingens vitæ ſanctimonæ teſtimonium refertur in hunc modum latrones noctu vicinam cellæ sãcti,Vulgo *Kilmurdah*,ędem ſacram diripuerant,totamque ſupellectilem abſtulerant, & inter alia alter calceorum,qui gemmis diſtincti Deiparæ Virginis imaginem,ornabant,ablatus, vicinia ſanctum primo quidem ſuſpectum reddidit,deinde in iudicium pertraxit, at ille confertiſſima populi,omnis generis,&ſexus,ſtipata,multitudine,ad aram fidẽter acceſſit,& cum aliquandiu proſtratus oraſſet, rem mirandam imago alterum calceum,pedes extenſo,in ſinum orantis, & iam leuati,placide dimittit,populus venerabundus miraculum agnoſcit,delatum adorat,ille honores auerſatus procul recedit, maiori cura ſacris imcumbit ,in vltima ſenectute ſcribit.

Hymnos Deiparæ. *lib.* 1.

Vixit anno DCCC.colitur V.Octobr.

IO. FRANC. METELLANVS. 900.

I*OANNES Franciſcus Metellanus* vir ortu nobilis,ſed ſapientia, doctrina, morumque integritate longe nobilior,patria egreſſus ordini S. Franciſci Pauliani Minimorum ſe tradidit,in quo Euangelico

gelico verè ritu se gerens, symmystis instar miraculi fuit, nuper cum Hirlandi apud sacram de propaganda fidè congregationem Romæ libellum obtulissent, vt ipsi, Scotis exclusis, in Scotiam, au toritate Apostolica, mitterentur contendentes Scotos eo munere indignos. hic alijs cōniuentibus causæ non defuit, sed solus euicit vt Scotię honor suus cōstaret, ac viles Hirlandi repellerētur nec doctrina, nec religione pares, quod S.D.N. *Vrbani* VIII. pen dentia visum. Scripsit.

Libellum supplicum promissione patria. *lib.* I.

Conciones disertissimas. *lib* I.

Transiit Bononia hoc ipso anno MDCXXV.

ALEX. MONTGOMER. 901.

ALEXANDER *Montgomericus* Canonicus Lateranensis Abbas S.Crucis sub monte Doloroso, furente in Scoticum nomen *Eduardo* I. Anglo decreto publico, non solum monasterio suō, sed toto regno elimininatus, & cum iuberetur in Angliam migrare, aufugit in Gallias, sed cum *Robertus Brusius* Scotorum epaminō das Angliæ regem statariа ad Bannocburnacie profligasset L. mil libus cæsis, redijt hic ad suos, & scripsit versu.

Encomium Roberti Regis. *lib.* I.

Scribebat anno MCCCXIV.

M. MOVBRAY. 902.

MARCVS *Moubray* Scotus adolescens probæ indolis in patria magnorum studiorum fundamenta iecit, in Italiam deinde descēdit, ac lustratis celebrioribus vrbibus venustissimum literarum emporium Bononiam delegit sibi sedem vbi serio iuri uili incubuit, auditor *Saliceti*, familiaris Cardinali Brutię, breui in magnū euasit virum, ad publicam professionem, ingenii sui merito, vocatus, scripsit. & eidē Cardinali Mecenati suo inscripsit

Lectura in ff. vetus. *lib.* I.

Viuebat anno MCCC.LXXII.

ALEX.

ALEX. MORISON. 903.

ALEXANDER *Morisonus* Leuinius nepos ex sorore *G. Buchanani*, sed catholicus, quem multum propria virtus, sed magis iunioris Scaligeri cõmendatio, in posthumis extollit, opera omnia auunculi, purgata denuo excudenda curauit. autor laudatus sic epigramma cultum concludit.

Nunc opus hoc, Morison, quod luminis edit in auras,
Vestrum est, typographus fecerat ante suum.

IOANNES MAILROSIVS. 904.

IOANNES Mailsosius *cognomine, & natione scotus*, ait Anton. Possevin. Apparat. sacr. pag. CCxv. *Mailrosius* malè à Sixto senensi lib. I V. Bibliothec. sanctor. vocatur errant qui hunc cum s. *Ioanne Duns*, aut *Ioanne Airigena* de quibus supra, confundunt. Nec minus ineptiunt homunciones Angli, & in his Polydor. Virgilius lib. V. histor. Anglican. pag. CV qui hunc ex scotia vel Hibernia in Galliam cum comite suo vno venisse, & venalem habere se scientiam subinde iactasse. Nugatur inquam ille, nã cum *Alcuino, Rabano*, & *Clemente ab Achaio* scotiæ Rege ad *Carolum Magnum* missus bonas artes in Italiam eo sęculo sepultas intulit, & post fundatam Academiam Parisiensem Ticinensem communi opera instituerunt. Nam præter ea, quæ supra relata sunt, vtriusque Academiæ parentem fuisse *Carolum Magnum* per multi, & fidedigni docent Biblioth. Minor patrum Ioan. Gualterii pag. DCCCCXCVIII. *Ioannes Mailrosius scotus, socius Claudii Clementis*, & alibi pag. MCCxcvII. *ex scotia venerunt in Galliam Claudius, Ioannes, Rabanus, & Alcuinus, quibus Parisiensis Academia fatum suum genitale debet sub Carolo Magno*. Idem in Chronologia Ecclesiasticopolitica pag. DCCxxxIIx. Autor Anonymus in uita s. Bennonis cap. IX. apud surium tom. VII. Robertus Gaguinus, Nicolaus Gillius, Papirius Massonus in Annalib. Gallican. *Ex quibus verbis apparet tres publicas scholas à Carolo Magno institutas, quæ Academię dicuntur, ipso mortuo perituras fuisse*

G Lu.

si Ludouicus Paternum morem secutus, non fuisset cui literarum cura non minor quam patri fuit. Paucis interiectis *Parisiensis, Patauina, & Ticinensis Academię Carolum Magnum parentē suum appellant.* Sed *Clemente Rabano, Ioanne,* & *Alcuino* Scoti Academiarum harum fundatoribus, vel aliò ad Præsulatus euocatis, vel defunctis cum pares virtutibus ipsorum, & eruditioni non inuenirentur successores scholæ illæ languere cæperunt, adeo, vt sub Lothario, & Ludouico Imperatoribus in VI. Concilio Parisiēsi lib. III. cap. XII. sub annum DCCCXXIX. Gregorio IV. Pōtificę hęc verba sint. *Similiter etiam obnixè ac suppliciter vestra celestitudini suggerimus, vt morem paternum sequentes saltē in tribus congruētissimis Imperii vestri locis, Scola publica ex vestra autoritate fiant vt labor patris vestri, & vester per iniuriam quod absit labe factando non pereat.* Claré *Caroli Magni* cura fundatas tres scholas appa ret, à filiis ipsius restauratas, & nouis auctas professoribus, & antea hoc opere explicatum, & consentiunt scriptores. Platina in Leone III. Videantur inferius in *Rabano* dicenda.

Academiam Papiensem, seu Tecinensem à *Carolo Magno* fundatam & si certo consensu Transalpini tradant. tamen Itali nihil simile retulerunt, quin imo Bernardinus Saccus, qui Ticinensem Historiam decem libris est complexus contentus de obsesso Ticini *Desiderio*, & capto disseruisse, nihil de schola erecta prodit, sed facit, quod facere solet negligens, & indoctus scriptor. Alii serius multis seculis Academiam ibi constitutam volunt, scilicet sub *Carolo* IV. anno MCCCLXI. quod probabile duxit Paulus Merula, part. II. Cosmograph. lib. IV. cap. XXXV. quod manifestò falsum, siquidem ea vrbs prima in eo tractu lumen fidei accepit, Pompeio discipulo *Sancti Syri* in eius vita autore, primaque Cis Alpes peregrinis doctoribus illustrata nobile fuit bonarum artium omnium Emporium Scotici, Gallici, & Anglici Annales omnes siue vlla discrepantia. Sed redeo ad *Mailrosium.*

Qui à nobilissimo Cœnobio in agro Scotico *Mailros* siue *Melros* nomen sortitus est, erat hoc *Tuidi fluminis circumflexu clausum*, vt ait Beda lib. V. histor. Ecclesiast. Gent. Anglor. cap. XIII. Vnde errore in eo tollendus lib. IV. cap. XXVII. vbi situm ait ad *Tindi fluminis ripam*, sed corrige *Tuidi Flumē* enim illud hodie separat Angli.

Angliam à Scotia eo æuo totus in Scotorum finibus fluebat, & monasterium illud a Scotis semper regebatur. Beda loco laudato. Ex hoc Cœnobio extractus *Ioannes* noster à *Carolo Magno in Italiam missus Ticinum, seu Papiam.* ait Balæus, *Academiam fecit.* Præclarum sanè ab hoste genti nostræ iurato testimonium, sed mox post labitur fœdissimè *displicuit multis quod contra Romanos ritus Græcis adhæsisset.* Nec in minori errore versatur Simeon Dunelmensis in chronicis qui putat contra hunc scripsisse Paulũ Florum, qui res Iustiniani carmine composuerat, & frustra sunt etiã qui hunc in Catalogum Hæreticorum à Bernardo Lutzemburgo relatum existimant cum non de *Ioanne Mailrosio* omnia illa sint intelligẽda, sed de *Ioanne Airigena.* Eius sunt multa ad posteros relata, sed hæc paucula extant, & recensent.

Super Canones Arzachelis. lib. 1.
Epistolas ad Carolum Regem. lib. 1.
Versus diuersi generis. lib. 1.
Commentarios Scripturarum. lib. 1.
Homilias eruditas. lib. 1.
De Germanis iuxta Iremeum. lib. 1. Bastono autore.
Dialogum de Natura. lib. 1.
De primo rerum principio. lib. 1.
De Eucharistia. lib. 1. hæc sunt gemina ipsius opera.
In Euangelium Matthæi. lib. 1.
De officiis diuinis. lib. 1.
De officiis humanis. lib. 1.
De naturę diuisione. lib. 1. sunt hæc non huius, sed alterius *Ioannis*, vti super hoc opere in nomenclatura eorum lib. 1. & lib. ix. liquidò apparet.

Obiit Aabas Cęnobii Ticinensis Benedictinorum, ex donatione *Caroli Magni* anno DCCXCII. vel quod verius est anno DCCCXII.

FRANCISCVS MAYRONIS. 905.

FRANCISCVS *Mayronis*, siue *Moronis* Franciscanæ familiæ socius, *Discipulus Scoti, famam eius pæne consecutus.* Volaterran. lib. XXI. pag. DCXXXIII. *in Gymnasio Parisiensi appellatus Doctor illumi-*

illuminatus, Actum Sorbonicum instituit quo nihil laborosius S. Theologia candidatis suis imponit Anton. Posseuin. Appar. sacr. pag. D. qui licet patriam taceat, eâ tamen expressit Illustrissimus Robertus Bellarminus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis *Maronius Scolastica eruditione præstantissimus, & in diuinis scripturis suo tempore clarissimus* Sixt. Senens. lib. IV. Bibliothec. sanct. Paulus Langius, Cygnæus in chronic. Citizensi pag. DCCCXLI. *Viri sapientes, qui hoc tempore scriptis floruerũt Franc. Maronis ordinis Minorum Doctor illuminatus.* Eius sunt.

Commentaria in IV. libros sent. *lib.* I.
Quodlibeta. Formalitates. *lib.* I.
De primo principio. *lib.* I.
De expositione diuinorum nominum. *lib.* I.
De vniuocatione. *lib.* I.
Quadragesimale. *lib.* I.
Sermones de sanctis. *lib.* I.
Postilla annotationum in totam sacram scripturam. lib. I memoria dignæ, ait Sixt. Senens.
De veritatibus Beati Augustini. lib. I. Francisc. Gonzaga part. I. pag. LXXXIII.
In Decretales. lib. I. Ibidem
Epitomen super libros naturales Aristotelis. lib. I. Ibidem
De paupertate Christi, & Apostolorum. lib. I.
De virtutibus, & vitiis Capitalibus. *lib.* I.
De Articulis fidei. *lib.* I.
De Baptismo. *lib.* I.
De Humilitate. *lib.* I.
De Indulgentiis. *lib.* I.
De Corpore Christi. *lib.* I.
De Angelis. *lib.* I.
De suffragiis Defunctorum. *lib.* I.
De pœnitentia. *lib.* I.
De Ieiunio. *lib.* I.
De vltimo iudicio *lib.* I.
De septem donis Spiritus sancti. *lib.* I. quæ omnia vel Venetijs, vel Basileæ prodiere ait Bellarminus loco laudato.

Florebat anno MCCCXX.vt receptior præfert sententia. Alij reijciunt in annum MCCCLXV. in his Paulus Langius. Obiit Placentiæ cui *Sanson* ordinis Generalis monimentum erexit, quod vide apud Henricum Villot Belgã Athenar Orthodoxar. pag. cxxxvii.

MAIOLVS. 906.

MAIOLVS Scotorum peregrinorum, qui D. Benedicti habitum induerant Coloniæ Abbas Religiosi voti tenacissimus. Scripsit.

De Passionibus sanctorum. *lib.* 1.

In Euangelium Matthæi. *lib.* 1. Accepi Coloniæ asseruari.

In Regulam Diui Benedicti. *lib.* 1. Meminit Ioann. Trithemius.

Obiit anno MLXI. florent VVigoruien. & alij.

MACCHABÆVS. 907.

MACCHABEVS Monachus insigni pietate, nec minore doctrina Egregius Verbi Dei præco habebatur, cum ss. *D. Andreæ* reliquiæ in Otholiniam adferente *S. Regulo* delatæ sunt. Scripsit primu squod sciam apud nostrates.

Laudes B. Mariæ semper Virginis. *lib.* 1. Versu, Veremundo autore.

Panegyricum in Laudem S. Andreæ. *lib.* 1. Est in Biblioth. Iacobi Bongarsii M. S.

Floruit anno CCCLXIX. Hector. Boeth. lib. vi. hist. Scot. pag. CV.

S. MERINATVS. 908.

S. MERINATVS Diaconus *Damiani* presbyteri frater, de quo lib. iv. hoc opere supra, Magna pietatis ac eruditionis fama populares suos ad Pictos vicinos fidem docebat cum *S. Regulus* Reliquias diui *Andreæ* postea Scotiæ tutelaris in Albionem inferebat Boeth. loco proxime supra laudato. Scripsit

Contra

Contra errores Gentilium. *lib.* I, Boeth. opus præclarum, & Ioanni Molano Brugensi laudatum.

Vixit anno CCCLXIX.

S. MERINVS. 909.

S. *MERINVS* Monachus *S. Regulo* græco per familiaris, qui vel vna cum illo in Scotiam appulit, vel cum ille appelleret strenuam, Deoq. acceptam instruendis Christiana pietata popularibus operam impendebat scripsit.

Homilias de sanctis. *lib.* I.

Florebat anno CCCLXIX.

IOANNES MAIOR. 910.

I*OANNES Maior* vulgo *Mayr* Hadintonēsis, Theológus Parisiensis, socius Sorbonicus, *auo suo doctissimus* Andreas du val professor Sorbonicus Apologia contra Richerium, *socius* etiam *Nauarraus*. Iacobus Breulius Antiquitat. Parisiens. lib. I I. pag. DCLXIV. studiorum suorum tyrocinia in Scotia fecit primum tū in Collegio Christi Cantabrigiæ in Anglia, vt ipse fatetur lib. I. histor. cap. V. Parisiis deinde docuit magna nominis cèlebritate. Demū ad suos Scotos reuersus doctoris partes laboriosè, nec sine summa ingenij, vt ea ferebant secula sustinuit iniurius ei Georg. Buchananus, qui æmulationis studio lib. I. Epigramat. de eo *in Ioannem cognomento Maiorem, vt ipse in fronte libri sui scripsit.*

Cum scateat nugis solo cognomine Maior,
Nec sit in immenso pagina sana libro.
Non mirum titulis quod se ueracibus ornat,
Nec semper mendax fingere creta solet.

Eius ingenij monimenta ad Posteros transmissa sunt hęc.

Historia Maioris Britanniæ. *lib. VI.* quo in opere fateor quædam esse bonæ frugis, sed multa erronea, quædam ridicula, quale est illud de *Ponte Hadintoniensi*, nonnulla manca, denique omnia negligenter scripta, sed venia tudi illi æuo danda.

Decisiones sententiarum. *lib. IV.* opus à Theologis huius æui valde laudatum, & supra fidem vtile.

Sophisticalia Parisiensia. lib.I.
Placita Theologica lib.I.
Commentarij in Matthaeum. lib.I.
Disputationes Sorbonicae. lib.I.
Sermones per annum. lib.i.
Caxtoni Chronici versio. lib.VII.
Catalogus Episcoporum Lucionensium. lib.i. Anton.Demochar.lib.I. cap.XXVI.

Redux in Scotiam obijt Andreopoli S.Theologiae professor anno MDXX.

MAGNVS MACVLLOCH. 911.

MAGNVS *Macullochus*, seu *Macolo* vir egregius à secretis *Gulielmo Schevves* Archiepiscopo S.Andreae. Eius est.

Polychronici aut Scotichronici transcriptio, & continuatio. lib.I.& alia.

Florebat Edimburgi MCCCCLXXXII.Anno.

RICHARDVS MIDLETON. 912.

RICHARDVS *Midleton*, seu à *media Villa*, aut nonnullis placet, *Mediouillanus* Scotus fuit, vt Sixto Senensi placet, & repetit Ioannes Pitsaeus Anglus de Illustr. Angliae scriptoribus aetatae XIV. atq. etiamnum hodie extat familia *Medletoniorum*, qui tanto surculo, à trunco suo profecto gloriantur Parisiis inter Celeberrimos Sorbonae Doctores habitus, & patriae suae Scotiae, & ordini D.Frã cisci quem induerat ingens ornamentum contulisse visus est, vulgari elogio dictus *Doctor solidus copiosus, fundatissimus, & autoratus.* vt in Athenis illis suis orthodoxis Henricus Villot scribit. Et cum *Ioannes Petrus* noua haereseos semina spargeret *Bonagratia* decimus minister incautos occuparet huic examinandã commisit, qui haereses omnes eas, & solerter detexit, & eruditè confutauit: cuius gloriae nec illud officit quod inter XIV. sui ordinis Doctores numeratur, qui circa tumulum subtilis doctoris aereis laminis affigebantur. scripsit.

Super Euangelica. lib. IV *Super Epistolas Pauli.* lib. XIV.

Super

Super Magistrum sententiarum. *lib.* IV.
*Super distinctionem Decreti.lib.*1. *De ordine iudiciorũ.lib.*1.
*De conceptione B.Mariæ Virginis .lib.*1.*Opusculorũ. lib.* 1.
*Quodlibeta Theologica LXXX.quæstionum. lib.*1.
Commentarios imperfectos, *lib.*1.
In Regulam D.Francisci *lib.*1.
Contra Petrum Ioannis. *lib.*1.

Obiit anno MCCC.de quo illud dicebatur.

Sacra refert celebris Richardus dogmata quondam.
Quem genuit media Villa decora virum.

MVRICHERODACHVS. 913.

MVRICHERODACHVS Benedictinus Monachus S.*Mariani* Comes ex Scotia in Germaniam venit,& monasterij Ratisbonensis à *Friderico*,vel vt alij volunt ab *Henrico* Burgrauio 11. nuper incola scripsit.

Ad Scotos peregrinos. lib. 1. *Pro cultu imaginum.lib.* 1.
De virtute s.Crucis. *lib.*1.

Floruit MCLVIII.Lazius,& alij.

MARTIROLOGIVM S. CRVCIS. 914.

Cœnobium Regium ss.*Crucis* ad Edimburgi muros, fundationis suæ acta ac vitam *S.Dauid* Regis accuratissimè in vnum corpus collegerat,multorumque Monachorum cura successionem continuauerat,id vocatum.

Martyrologium S.Crucis. *lib.*1.

Peruenerat ad annum MDLXI.à fundato Monasterio vide Apparat.Hist.Scot.

PETRVS MAILLART. 915.

PETRVS Maillart iuris vtriusque Doctor vir magna dignatione, tota iuuentute in Gallijs exacta, à *Carol VIII.* cum *Beroaldo Stuarto obygno* ad *Iacobum III.* orator missus, vetus inter Reges Galliæ,& Scotiæ fœdus renouauit,& Scripsit.

Pacta

Pacta perpetua inter Francos, & Scotos Reges. lib. I.
Repetitiones Codicis. lib. I.
Solemnes in iure quæstiones. lib. I.
Breuiarium legum lib. I.

Legatus è Gallia missus Edimburgi fœdus renouauit Anno MCC-CCLXXXIII. die XXII. Martij Annales Gallici, & Scotici Ioan. Leslæus lib. VIII. pag. CCCXXIV.

PATRICIVS MYRTON. 916.

PATRICIVS *Myrton* Aberdonensis vir singulari eruditione, & vt existimo vtriusque iuris doctor, turbatis in Scotia rebus, & vacillante religione Catholica rerum potitis hæreticis Edinburgum publica Cleri Aberdonensis deliberatione ad rationem fidei suæ in Senatu reddendam missus est comitātibus eum *Ioanne Leslæo* postea Reffensi Episcopo, & *Alexandro Andersono*, tam grauiter causæ suæ patrocinatus est, vt non iustitia aut causæ æquitate, sed immani furore Catholici victi viderentur scripsit.

Pro Catholica veritate. lib. I.
De sanctis inuocandis. lib. I.
De Capite visibili Ecclesiæ. lib. I.
De Purgatorio. lib. I.

Scribebat anno MDLX. Ioannes Leslæus autor est.

IOANNES MVRE. 917.

IOANNES *Mure* Benedictinæ regulæ se submisit in celebri Cœnobio Crucis Regalis, & fuit domus illius Supprior. *vir doctissimus, & vita continentissima* ait Gilbertus Brunus in Collectaneis Scripsit.

Contra Alchymiam. lib. I.
De secretis philosophorum. lib. I.
Moralia decreta. lib. I.
In sententias. lib. I.

Obijt anno MDLXXXV. die XV. Nouembr.

S. MARCVS. 918.

S. *MARCVS* Episcopus Scotiæ peregrinatione Romam instituta, in regressu ad s.Galli monasterium in Heluetiis substitit,& sāctissimè cum fratribus vixit EcKerhardus monachus in vita s.Notkeri Balbuli cap.VIII. *Quendam Episcopum Scotigenam, nomine Marcum dominus misit ad Cellā S.Galli qui rediens Roma,repatriare volens, Gallum,tanquam compattriotam suum visitat,cui comitabatur,* legendum, *quem,filium sororis Moengal nomine ,postea Marcellus à nostris,diminitiuè à Marco auūculo eius,suo* debuit dicere *est vocatus,hic erat in diuinis,& humanis scripturis eruditissimus.* An *Marcus* aliquid scripserit non deprehendi,tanti tamen viri memoriam præterire non sustinui.

Claruit circa annum CMXII. Iodocus Metzlerus aut L.annis citius.

S. MARCELLVS. 919.

S. *MARCELLVS*, siue *Moengal* auūculo *Marco* peregrinationis Romanæ comes Humanarum ,diuinarumque literarum eruditissimus,vt ex EcKerardo supra laudato liquet,quin, & ipse subdit. *Traduntur post breue tempus* Marcello *scholæ claustri cū Beato NotKero Balbulo,& cæteris Monachici habitus pueris* fuere sub eiusdē ferula ,clarissimæ postea sanctitatis, & præcipuæ dignationis viri *Rapertus*,& *Tuntilo*, vt ex narratione eiusdem loci manifestum Scripsit.

De septem liberalibus disciplinis. lib.1.
De Musica. lib.1.
*De Cantus Ecclesiastici reformatione.lib.*1. Erkerhardus ibidem.

Floruit anno DCCCCXII.aut L.annis prius quod est verisimile, nam *Notkerus* tum puer erat. Castitatem in eo extolit idem EcKerhardus cap.xxii. *Castus,vt Marcelli discipulus, qui fœminis oculos clausit* colitur die xvii. Decēbr. Tab.Sangallensis Cœnobii.

S. MODESTVS. 920.

S. *MODESTVS* Episcopus Liburniæ in Sclauonia à S.*Virgilio* constitutus, *vt ea gens à ritibus idololatriæ reuocaretur*, ait Anonymus autor vitę s.*Gebehardi* tom. VI. Antiquar. lectionum scripsit.

Ad Ecclesiam suam. lib. 1. MS. Salisburgi.

Epistolas. lib. 1. in quibus Scotum se nominat Epist. VII. prodierunt Argentinæ.

Claruit anno DCCLXXVII. colitur V. Decembr.

IOANNES MACHABÆVS. 921.

IOANNES *Machabæus* mutata in Scotia Religione, fugit in Angliam *Nicolai Shaxtoni* Sarisburiensis Episcopi, & *Gromuelli* amicitia subleuatus, inde in Daniam concessit, & varia egit vsque ad finem fortuna. Scripsit.

De vera, & falsa Ecclesia. lib. 1.

Themata quædam in Dania disputata. lib 1.

Obiit Christiani Daniæ Regis familiaris, & pro regibus Scotiam factionibus sæuè lacerantibus anno MDL.

GVLIELMVS MANDERSTOVN. 922.

GVILIELMVS *Manderstoun* Parisiensis Medicus clari nominis & vt ea ferebant sæcula eruditus, opera sua dedicauit *Andreæ Forman* Scotię primati. Eius sunt per multa in variis scientiis diligenter elaborata; sed ego hæc pauca tantum vidi.

Tripartitum Epitoma doctrinale, & cõpendiosum in totius Dialecticæ artis principia. lib. 1.

Quæstionem de futuro contigenti. lib. 1.

In Ethicam Aristotelis ad Nicomachum Commẽtarios. lib. 1.

De Arte Chymica. lib. 1.

Obiit anno MDXX. in Scotia an Gallia, ignoro.

IACO-

IACOBVS MARTINVS. 922.

IACOBVS *Martinus* Dunkeldensis Lutetiæ Parisiorum philosophiæ professor claritudine ingenij admirabili, postea ad Allobroges transiens Philosophiam Augustæ Taurinorum cœpit eadem felicitate docere, multa edidit relatione dignissima, mihi per pauca videre contingit.

In artem memoriæ. lib.1. Lutetiæ.

De prima simplicium, & concretorum corporum generatione. lib.1. Taurini dedicauit *Hieronymo Ruuere* Archiepiscopo.

De intelligentijs motricibus. lib.1. ibidem, & eidem nuncupatum.

Venit Parisios anno MDLV. Acta nationis inibi Germanicæ MSS. ad D. Cosmi. Scribebat Taurini anno MDLXXVI. quando, aut vbi obierit non comperi.

S. MELLANIVS PROBVS. 924.

S. *MELLANIVS Probus Scotus*, ait Antonius Posseuinus Appar. Sacr. pag. CDXXXIII. verba Constantini Ghinij Senensis sunt ex Natalibus sanctorum Canonicorum *Rhotomagi S. Mellanii Episcopi, qui ex maiori Britannia veniens, videns miracula B. Stephani Papæ, conuersus ad Christum ab eodem sancto Pontifice instructus, baptizatus, & clericus, & gradatim sacerdos ordinatus, diuino oraculo Rhotomagensis Episcopus consecratus fuit anno Domini CCLVI. Eo igitur pergens, apud Antisiodorum hominem, qui bipenne pedem sibi in duas partes diuiserat, signo crucis sanauit veniës autem Rhotomagum prædicauit prædicationem miraculis confirmauit, ac fere totum populum conuertit ad Christum, ad quë post multos labores XI. Kalendis Nouembres letus migrauit.* Eadem Petrus à Natalibus Episcopus Equilinensis lib. IX. cap. XCIII. qui baculũ pastoralem eum ab Angelo accepisse ait, dum missam celebranti *Stephano* Papæ inseruiret Demochares *Mellonem* vocat aliis est *Mellonas*. colitur autem sacra eius memoria die XXII. Octobris, vt

 dictum

dictũ cõfirmat Ioan.Molanus Addition. ad Vsuardũ. *In Galliis ciuitate Rhotamago natalis S. Melloni, qui eiusdem vrbis primus Ecclesiam Archiepiscopus rexit, ibidẽque sepultus gloriosissime quieuit.* plura, & euidentiora habes apud Vincentium Bellouacensem lib.XII.cap.LXXIV. S. Damasus Papa in Pontificali, si tamen ille author est Baronius, & alii. scripsit eodem autore Possuino.

Homilias. *lib.* I.

Floruit anno cclx.

MERLINUS 925.

MERLINUS cognomento *Caledonius*, quod ad Caledoniam in Scotia siluam natus esset, sic vocatus, frustra eum sibi Angli vindicant, cum omnium scriptorum consensu sit indubitatum latino æuo Scotorum nomine ignoto *Scotus* vocari solitos *Caledonios Britannos* Ouidius statius, Valerius Flaccus, Selinus, Martialis, & alii Cognomentum autem Caledonii ei vel ipse Balæus adstruit Bibliotheca minorum patrum pag. Dcccclxxv. *Merlinus Caledonius, alias Siluestris, scotus.* Mira de ortu eius comminiscũtur, quod scilicet mater confessa sit ab immundo se compressam spiritu aut incubo Auernali eum genuisse. Vtcumque se res habeat illud sanæ pro comperto, mirandam in illo futurorum scientiam Hect. Boeth. lib. VIII. histor. Scot. pag. CLXXIX. & non spernendam, ac ne naturalem quidem prodigiorum interpretationem. idem lib. IX. pag. CLIII. scripsit hic.

Suarum diuinationum. lib. I. Cuius autoritate vtuntur multi graues, & antiqui scriptores, & in his.

Ioannes Hardingus. lib. I. Chronicorum cap. XXV. vertit eas latinis versibus Galfredus Monometensis, & extant MSS. in Collegio Mertonensi Oxoniæ, & in Collegio S. Petri Cantabrigiæ.

Super quibusdam honoribus *lib.* I.

Dicta de septimo. *lib.* I.

Super quodam sexto. *lib.* I.

Expositiones mirabiles de Arboribus Londini ardentib. De æstuantibus insolito furore Tamisis vndis, de Infante apud Cantianos in vtero matris ridente, de fonte apud Ebora.

Eboracum sanguinem ebulliente. lib. 1.
De albanorum fortunis. lib. 1. hoc opus de Scotis so-
lis scriptum videtur, illi enim tum *Albanorum* nomi-
ne, vt Angli *Britanorum* veniebant.
Prophetia prosaica. lib. 1.
De tempore Regis Arthuri. lib. 1.

Vixit anno CCCCXLV. vt Sigiberto videtur in chronico eo anno vel anno CCCCLXIV. Matthæus VVestmonasteriē. & recentior hæc sententia. Quidam reiiciunt in annum DLXX. in his Pitseus, constat, & *Telesini* Scoti fuisse discipulum, & *Arthuro* Regi perfamiliarem secretorumque conscium, & multos annos in *Caledonia* Scotorum sylua Eremiticam vitam sanctè duxisse.

DVNCANVS MACRVDERVS. 926.

DVNCANVS *Macruderus* Dumblanensis Lutetiæ liberales artes studiosè didicit, laboriosè, docuit omnibus honorum Academicorum gradibus euectus, edidit.

In Politica Aristotelis annotationes. lib. 1.
De Astrologia Poetica. lib. 1.
In fragmenta omnia Ciceronis obseruationes. lib. 1.

Adscitus est in Academiam Parisiensem anno MDLII. & primum literas humaniores, deinde Philosophiā est professus magno auditorum, & numero, & applausu.

MATTHÆVS. 927.

MATTHÆVS Episcopus Aberdonensis cognitor causæ *Hugonis* Episcopi Sant-Andreani, quæ illi cum *Ioanne* Episcopo DunKeldense vertebatur, nominatur in literis *Clementis III.* apud Houedenum Annalium part. 11. pag. CCCLXVIII. & d literæ illæ *Aberdēse* pro *abedonēse* corruptè habent, ideque mendum inhæsit in alia Epistola eiusdem Pontificis vbi *venerabilibus fratribus Iocelino Glascuensi, Matthæo Aberdensi, Richardo Merefensi* Episcopis, pro *Aberdonensi*, & *Morauiensi*, legitur. hic *Rogerum* in Episcopum inuxit. Verba Houedeni sunt pag. CCCCXL. *Roge-*

rus frater Roberti Comitis Leicastriæ electus Episcopus S. *Andreæ in Scotia,ordinem sacerdotis,& Pontificalē consecrationem suscepit à Matthæo Episcopo de Aberdene.* De eo Hector Boethius lib.de Pō tificibus Aberdonensibus plura,sed opus illud non est mihi ad manum. Scripsit.

De Exemptione Cleri. *lib.*1.

In Euangelia de sanctis. *lib.*1.

Lucidarium Ecclesiasticum. *lib.* 1.

Sedebat anno MCXCIX.

GVLIELMVS MALVAISIN. 928.

G*VLIELMVS Maluaisin cognomēto,Glascuensis Ecclesiæ electus, ordinatus est in sacerdotem apud Lugdunum ab. . . . . eiusdem ciuitatis Archiepiscopo, IX.* Kalend. *Octobris,videlicet die Sabbathi quatuor temporum,proximè ante festum* S. *Michaelis,& in crastino ibidem scilicet die Dominico consecratus est in Episcopū Glascuensem ab eodem Archiepiscopo per mandatum Domini Innocentij Papæ III.* Nec de eo plura. Eius est.

De Miraculis S.Niniani. *lib.* 1.

Acta sancti Kentigerni. *lib.*1. laudat Mombritius.

Inunctus est anno MCCII.translatus ad Ecclesiam S. Andreæ sedit xxiii.obijt vii.Idus Iulij anno MCCXXXVIII.Scotichron.lib. VII.cap.XLI.

S. MAGILMVMEN. 929.

S.M*AGILMVMEN* Monachus Romam peregrinatione instituta petens,ex itinere diuertens *Aelfredum* Regem Angliæ conuenit,quem virtutum suarum reddidit admiratorem fuit enim *artibus frondens,literæ doctus,magister insignis Scotorū.* ait Ethelvveldus chronicor.lib.IV.scripsit.

Sermones de sanctis ad Regem Aelfredum. *lib.*1.

De peregrinatione ad loca sancta. *lib.* 1.

Peregrinabatur anno DCCCXCI.colitur IX.Februar.

ALEXANDER MILLVS. 930.

ALEXANDER Millus Canonicus Dunkeldensis paulo ante Scotiæ lapsum, & Ecclesiæ desolationem, vir Doctus, & eloquens, & in antiquitate nostrate versatissimus, vt ex superstitis pur puræ fragmentis colligo. Scripsit

De Ecclesiæ DunKeldensis successione, & Episcopis lib. 1.
Initium historiæ est *circa annũ Domini DCCXXVII.*

Florebat anno MDII.

GREG. MAYBOLIVS. 931.

GREGORIVS Maybolius presbiter suo æuo doctissimus ac primus præfectus in Mayboille, Iacobi Kennedij, viri Illustrissimi capellanus, vt charta fundationis eiusdem loci præfert: fœderi cum Franciæ rege Carolo VI. confirmando orator missus Gualterus VVardlau Cardinalis, hunc Gregorium rogauit, vellet comes esse, & in obeunda legatione tanta se rerum ciuilium prudentia gessit, vt Archidiaconatum Glascoensem, à Cardinali suo adeptus non mediocri illi etiam Ecclesiæ ornamento fuerit, hæc de eo Henricus Sinclarus Glascoensis Episcopus felicis ingenij partus sunt ex iudice Maiæ ista.

De caremonijs Ecclesiasticis. *lib.* 1.
De Decimis. *lib.* 1.
De pastorum vigilantia. *lib.* 1.

Floruit sub Roberto II. Anno MCDXC.

ROGER. DE MONTEROSEO. 932.

ROGERVS de Monteroseo, manachus Cisterciensis, professus in Killos in Morauia, ac eiusdem Cœnobij prior vt existimo, secundus, nam cum s. Anselmus primus Abbas obiisset, s. Nernus ei successit, vt in Scoti chronico lib. 11x. cap. xxv. & hic noster si beo prioratum administrauit, vt colligo ex opere suo, cui, in Dei rano indice hic apex.

Diffi-

Duffi Regis mors ad Neruum Abbatem. lib.1.

Florebat anno MCXXC. aut circiter.

MICHEAS. 933.

MICHEAS Monachus Cluniacensis, ex sacerdote seculari factus regularis obseruator in Cœnobio Crucis Regalis, constans assertor veritatis, & fidei Ortodoxæ propugnator, erudite multa memoriæ posteritatis mandauit, sed editum tantũ est contra diuortium *Henrici* octaui, sub titulo.

Pro causa Catherinæ Reginæ. lib.1.

Vixit in Anglia anno MDXXX, nescio qua occasione.

MICHAEL. 934.

MICHAEL Glascuensis Episcopus in Anglia consecratus. Scripsit.

Pro Morcuto in Scotia exulante ad Gulielmum conquæstorem Angliæ Regem deprecationem. lib.1.

Inauguratus est anno MLXX. meminit Polydorus Virgilius lib. IX. histor. Anglic. pag. CLVI. & alii.

S. MAVRITIVS. 935.

S. MAVRITIVS insularum Missæ Abbas cum *Roberto Brusio* Rege, vt *Turpinus* cum *Carolo Magno* militauit Brachiumque s. Philiani, aut tulit, aut ferre in Regis castra voluit, & postquam sacra administrasset, cruento Anglis ad *Bannocburn*, prælio Crucem prætulit, milites hortatus, summam eis à sacritatem indidit, vt Regem *Eduardum* in fugam compellerent L. millia perimerent, & CC. Equites auratos s. *Philani* Brachij miraculum historia loquitur, & non insolens reliquias sanctorum in castra ferri docemur ex Epistola *Carlo* Mani ducis in Capiutlar. lib. V. cap. 11. Greg. Turon. lib. VI. hist. cap. XXVII. scripsit.

De sancti Philani actis. lib.1.

Conciones adi Mlites sacras. lib.1.

Pro

Pro libertate ad Regem. *lib.* I.

Floruit anno MCCCXV. Hector Boethius lib. XIV. histor. Scot. pag. CCCIII.

S. MEDANVS ALTER. 936.

S. *MEDANVS* hic alius à *Modani* fratre multis seculis dissitus, sed ipse Episcopus cũ *Vigiano* monacho, *Moneano, Blaano, Englatio, Colmoco, sanctissimis Pontificibus*, ait Hector Boethius lib. XI. histor. Scot. pag. CCCXXXIV. æqualis floruit. Eius scripta omnia perierunt.

Vixit Anno M. colitur XIV. April.

MARIA R. 937.

MARIA Regina *Iacobi V.* vidua, Regno vndique seditiosorum factionibus, domi forisque indies gliscentibus, vexato, paucos antequam obiret dies ad filiam in Gallijs agentem scripsit, & misit.

Monita Politica. *lib.* I. seu nomina eorum, qui dignitate, vel virtute in Regno pollebant, vt ipsa intelligeret, quibus fidere deberet, & a quibus cauere. Ioan. Leslæus lib. X. pag. DLXX.

Scribebat anno MDLX. quo, & extincta est mulier singularis exempli, & incomparabilis prudentiæ, qua viua, Religio, & iustitia latè vigebant, extincta, scelus vbique, & hæresis eruperunt. Obijt Edimburgi die XI. Iunij.

S. MODDOCVS. 938.

S. *MODOCVS* vnus ex ijs quos per antiqua cõsuetudo vocauit *Cudeos*, hoc est *Dei Cultores* eadem tempestate qua *Amphibalus Antistes, Calanus, Ferranus, Ambianus, & Carnocus Christi seruatoris doctrinam per omnes Scotorum Regiones concionando multis piisque sudoribus seminantes*, ait Hector Boethius lib. VI. histor. Scot. pag. XCIX. scripsit, vt Veremundus Presbiter prodidit.

Contra Idolorum cultores. *lib.* I.

Vixit

Vixit anno cccxxii.vel anno CCLVii. Ioannes Leslæus lib. iii. pag. CXXII.

MOGALLVS. 939.

MOGALLVS Rex xxiii. *Galdi* Regis ex sorore nepos, vel ex filia ut alijs placet, fœdus cum Romanis, & Pictis solenniter pepigit, & sanctè custodiuit, cultus idolorum promouit, Romanos rupto fœdere irruentes protracta in multam noctem pugna superauit: qua iniuria irritatus *Hadrianus* in Insulam traiecit, sed deficiente Commeatu, & in syluas dilabente *Mogallo* re infecta abijt, extructo vallo per LxxxM. passus, sed ille muro interiecto securus, amoto Romanorum hostium metu in fœditates prolapsus, & sua, & maiorum acta corrupit. Scripsit, & vulgauit, quæ vsque hodie inuiolata obseruantur apud nostrates.

Legem, vt damnatorum bona Principi cederent Boethius, & Leslæus.

Extinctus est optimatium conspiratione anno Regni sui xxxvi. salut. CLviii. in Cathedra Petri sedente s. *Pio I.* Imperante *Antonino Pio* Augusto.

MICHAEL. 940.

MICHAEL *Scotus in medicina inter primos eruditus, atque ob singularem peritiam, non minus Eduardo Regi Angliæ, quam Alexandro dum viueret, charus acceptusque*, ait Hect. Boeth. lib. xiii. in fine. Hic ob admirabilem physicarum rerum cognitionem vulgo *Magnus* dicebatur, de quo innumerabiles etiamnunc hodie aniles fabulæ circumferuntur, nec vllum apud nostrates clarius nomen, cognomentum etiam *Scoti* non est familiæ, sed nationis Illud init eius ingenium, & scientiam Picus Comes Mirandulanus disputation. aduersus Astrolog. lib. Viii. cap. VI. & lib. xii. Idem amare nimis ac stultè *scriptorem illum nullius ponderis, magnæ superstitionis* appellat cap. Vii. quanto verius, & melius eximiæ attollunt Symphorianus Camperius, Rogerus Bacon. lib. de vtilitate linguar. *Eximius iste physicorum motuum, cursusque syderum inligator*. Atque hic quidem, vt mathematicum, vel medicum extulere

tulere, sed vt Theologus eximius audit à Ioanne Baconthorpio lib. III. sententiar. quæst. III. Eius sunt,

Super autorem sphære.	lib. I.	*De sensu, & sensato.*	lib. II.
In Aristotelis Meteora.	lib. IV.	*De memoria, & reminiscēt.*	li. II.
De constitutione Mundi	lib. IV.	*Cōtra Auerroëm in Meteora.*	li. I.
De Anima	lib. I.	*Imagines Astronomicæ.*	lib. I.
De cælo, & Mundo.	lib. II.	*Astrologorum dogmata.*	lib. I.
De generatione, & corruptione.	li. II.	*In Ethicen Aristotelis.*	lib. X.
De substantia Orbis.	lib. I.	*De signis Planetarum.*	lib. I.
De somno, & vigilia.	lib. II.	*De Chiromantia.*	lib. I.

De physiognomia. lib. I. hoc solum opus laudant Gesnerus, & Simlerus in Bibliotheca.

Abbreuiationes Auicennæ. lib. I.

De Animalibus ad Cæsarem. lib. I. Is est *Fridericus II.* Imperator, cuius rogatu hic etiam Iuuenis multa opera scribere est aggressus.

Vixit vsque in vltimam senectutem, & attigit annum MCCXCI. quo obijsse certū, & vt puto, in Scotia libri ipsius dicebantur me puero extare, sed sine horrore quodam non posse attingi ob malorum Dæmonum præstigias, quæ illis apertis fiebant. Sed nugamenta hæc, & ignauæ plebis credulitas.

DAVID MELDROM. 941.

DAVID *Meldrom* vir insigni pietate, nec minore literatura, Ecclesiæ Dunkeldensis Canonicus, & officialis à *Thoma Lauder* Episcopo Dunkeldense iam sene Romam destinatus, probe, & prudenter in ea se aula gessit. Scripsit.

Vitam Thomæ Lauder Episcopi. lib. I.
Super Decretum Gratiani. lib. I.
In Clementinas. lib. I.
In Extrauagantes. lib. I.

Viuebat anno MCCCCLXXXI. plura de eo Alexander Millus ipsi Synchronos.

GILBERTVS MAKBRAYAR. 942.

GILBERTVS *Makbrayar* monachus Benedictinus congregationis Cluniacensis, professus in celebri Cœnobio Crucis Regalis, vir religiose pius, & in sacris literis egregie versatus, multa contulit in sui monasterij ornatum, quæ enumerat Richaldus Brunus in suis Collectaneis. Scripsit.

Thologiæ scholasticæ speculum. lib. 1.
Viridarium sanctorum. lib. 1.
Speculationes ex libris Regum. lib. 1.
Exemplorum sacrorum manipulum. lib. 1.

Obijt anno MDXLVII. die XI. Ianuar. sepultus in suo monasterio, quod ædificijs splendidissimis decorauerat.

ALEXANDER MONTGOMERI. 943.

ALEXANDER *Montgomeri eques Montanus* vulgo vocatus, nobilissimo sanguine Pindarus Scoticus ingenij elegantia, & Carminis venustate nulli veterum secundus, Regi charissimus, Iacobo, qui poeticem mirificè eo æuo amplexabatur, quique Poetas claros sodales suos vulgo vocari voluit, multis Ingenij sui monimentis patriam, linguam ditauit, & exornauit, ad me qui impubes patriam reliqui paucorum notitia peruenit. In his.

Cerasus, & Vaccinium. lib. 1. poema diuinum quo amores suos descripserat, per Cerasum amicæ sublimis dignitatem: per vacinium contemnendos inferioris, & fastiditæ amasiæ amplexus intelligens.
Satyra in Poulartum. lib. 1. qua nihil virulentius, aut ingeniosius musæ comminiscuntur ætas certe nostra non vidit.
Epigrammata vernacula. lib. 1.
Cantiones amatoriæ. lib. 1.

Obiit magno Regis dolore, qui ingenij ipsius festiua comitate non vulgariter oblectabatur Anno MDXCI.

IACO-

IACOBVS MELVILLVS. 945.

IACOBVS *Meluillus*, seu *Meluinus*, & ipse Poeta vernaculus ingeniosus. Edidit poema sub titulo:

De Matutina visio. lib. I. & alia multa.

Obijt anno MDXC.

ANDREAS MELVINVS. 946.

ANDREAS *Meluinus* discipulus *Georgij Buchanani* poetarum omnium nostratium hoc æuo litteratissimus, suauissimus, diu in Gallijs, & Germanijs Ceu Palæstra omnis virtutis decurrit bonasque artes liberaliter profectus, ad Scotos suo redux, ne Episcopo crearentur pro virile obstitit; eoque nomine Lōdinum citatus, facile ab Anglicano consilio ad Scoticum tribunal mira libertate prouocauit. sed Conatu irrito: datus enim ad custodiam D. Pauli, Decano, indeque turri Londinēsi inclusus, & si omni fauoris apud Regem spe præclusa, tamē sui non est oblitus, & negata, charta, parieti tamen, & lateribus cultissima epigrāmata incidit; vt ap pareret liberum ingenium clauso corpore non potuisse coerceri: in eum tūc eruditi quique, cùm vt arrogantis hominis audaciam castigarent, tum vt Regi suo placerent, stylū strinxerunt: in queis valde enituit Ioannis Barclayi Gulielmi filij acumen vno, alteroque acutissimo epigrāmate. Eius sunt infinita, sed ego pauca vidi. In his.

Gathelus. lib. I. Poema heroicum sublimi vena *De Scotorum in Albionem appulsu.*

Meluiniana superbia. lib. I. cui exordium *Scotorum Anglorum, Gallorum à sanguine regum ille ego Meluinus.*

Declamationes in Patricium Adamsonum Archiepiscopū, sant Andreanum. lib. I.

Contra Episcopos. lib. I.

Epistolæ ad Regem. lib. I.

Epigrammata varia acutissima. lib. I. In his in aræ

Regiæ abusum lusit ingeniosissimè. vt mihi videtur.

Cur stant clausi Angliæ libri duo Regis in ara?
Lumina cæca duo? pollubra sicca duo?
An cultum, nomenq́ Dei tenet Anglia clausum?
Lumine cæca suo, sorde sepulta sua.

Obijt anno MDCXX. Charus Henrico Bullionæo Duci, quò se post custodiam Anglicanam cõtulerat, & iam in vltima senectutis ingrauescentis periodo dicitur musas iuueniliter coluisse: vir bono rei literariæ natus, si ab hæresi praua educatione nõ fuisset corruptus: de quo tamen dubito, nam audiui catholicum excessisse.

MATTHISONVS. 946.

MATTHIONVS Neraci diu Gimnasij Præfectus bonas artes docuit, & tandem laborioso illo onere deposito, aduocationem causarum in Senatu Burdegalensi, & auide arripuit, & honoratè exercet, nulli togatorum, vt audio, secundus. Edidit.

Declamationes quasdam scholasticas forensi ritu. lib. 1.
Encyclopædiam. Decennio toto elaboratam iam emittit, magnæ spei opus. lib. 1.

Viuit Neraci, & forum ornat.

DAVID MAKYNIVS. 947.

DAVID Makynius Aberdonensis ex nimia studij assiduitate grauem capitis morbum contraxit, qui se per nares exonerans ad quærenda remedia in Belgium proficisci compulit; sed medicorum ope incassum implorata ad suos redijt, & iuuentuti erudiendæ se addixit; vir magnæ, ac recõditæ eruditionis; memoria etiam in paucis rara. Scripsit.

In Sybillina oracula. lib. 1. non falsa quidem illa, & adulterina, doctorumque lectione indigna, quæ octo libris circumferuntur, sed in vera Sybillarum fragmenta, quæ eruerat ex *Platone, Aristotele, Plutarco, Aeliano, Pausania, Iustino Philosopho, Diodoro Siculo, Clemente Alexandrino, Stephano, Eustratio, Hermia, Suida,*

Procopio, Agathia, Iamblicho, sanctis item patribus latinis oratoribus, ac Poetis, quod opus *Marcus Antimachus* non infeliciter tentauerat. Imperitè de iis Isaacus Casaubonus philosophatus, vt contra Exercitat. I. cap. x. Euincit Andreas, Eudæmon Ioannes Castigat. lib. I. cap. V. Iacob. Spiegel. Scholiis in lib. VIII. Rich. Bartholini Austriad, & ipse Poeta lib. I. in fine.

Carmina varia. *lib. I.*

Epigrammata vtràque lingua. *lib. I.*

Obiit Aberdone anno MDLXCVIII.

DAVID MENZES. 948.

DAVID *Menzes* sacrarũ literarum in Academia Aberdonense insignis professor, scripsit doctissimè, & eloquentissimè.

Conciones sacras. *lib. I.*

Florebat annò MDXX. Meminit Boethius.

THOMAS MORESINVS. 949.

THOMAS *Moresinus* Medicus Magni nominis in Galliis Gèrmaniisq. ac domi claruit. Eius sunt in lucem multa data, sed pauca vidi in quibus hoc præcipuum.

De Metamorphosi metallorum. *lib. I.*

Obiit anno MDCI.

Finis libri decimisecundi.

LIBER XIII.

S. NENNIVS 950.

S. NENNIVS ex primis Scotiæ Doctoribus, qui labores pro Christi causa subierunt, insularum circa Scotiam Apostolus quas Euangelii lumine illustrauit. Eodem pœne tempore quo in Angliam S. Viri è Scotia profecti fidei semina in ea gente sparserunt siquidem *S. Finnanus* de quo supra hoc opere lib. VI. Primus Northumbrorum Apostolus, & Lindisfarorum Episcopus primus, Ex eius schola prodiit. Hunc, vt sanctum nostrates colebant, sed in nullo Martyrolologio mentionem deprehendi nemo eo illa tempestate plura scripserat, sed pauci operũ superstites.

De origine Britannorum. *lib.* 1.
De Vabibus eorumdem. *lib.* 1.
Elogium Britanniæ. *lib.* 1.
Cosmographia historia mundi. *lib.* 1.

Obiit in Insulis Hebridibus, iam enim Orcades, & Acmodes lustrauerat anno DCXX.

S. NEVHAL. 951.

S. Abbas quidam, vt puto, Anonymus de *Neuhal* Monasterio *pro Christo ceruices dedit*, ait Nicolaus Sanderus lib. VII. de visibil Monarchia, quo die Martyr hic colatur non inueni. nam inter eo. sanctos quorum natales incerti, eum reponit Arnoldus Vuions lib. III. pag CCCCVIII. scripta omnia interierũt. Quo tempore floruerit, non deprehendi, cum illi taceant.

S. NICOLAVS. 952.

S. *NICOLAVS Culdeus*, atque vnus ex primis Scoticæ Ecclesiæ Episcopis, sæuiente per Britannias *Maximiani* persecutione, martyrio affectus in vrnam lapideam sacro sanctæ reliquiæ corporis frustratim concisi, & truncati repositę, atque vna cum cruce quadam venerabili, in terram deffossæ, postea effossæ hac inscriptione venerationem ac meruerunt *S. Nicolai Episcopi* quibus deinde Rex *Alexander III.* rogatu Glascoensis Episcopi magnificam Ecclesiam apud Plebes construxit, quæ, stante apud nostrates pietate, miraculorum gloria erat Illustris, & concursu mirabili frequentabatur. An aliquid hic primus Episcopus, vt puto, in Scotia martyr, scripserit non deprehendi.

Passus est martyrium anno CCXCVI. Repertum sacrum corpus ex inscriptione agnitum, & cum cruce exaltatum VII. Idus Maii, anno MCCLXII. qui fuit decimus, & tertius *Alexandri III.* Regis, vt pluribus in Scotichronico extat lib. XIV. cap. XVI.

S. NECTANVS. 953.

DE *S. Nectano* verba sufficient Hectoris Boethii lib. XI. historiæ Scot. pag. CCXLV. *Quo tempore eodem Dauide Rege pio Autore Aberdonēsis sedes facta, & amplioribus dotata reditibus longè ornatior, celebriorque cunctis est habita Murthlaci sacrū magistratum omnium primus gessit Beanus vir pietate, & eruditione inter diuos, sed aliquot post annos relatus, in eius locum suffectus* Donortius, huic Cormacus successit, non absque sanctitatis *opinione Beatum finem vterque sortitus: Nectanus inde tenuit pontificatum quem Dauid primus Rex iure inter diuos muneratus, Murthlacensi sede Aberdoniam trāslata, vt patrem semper veneratus Aberdonensem Antistitem voluit, appellari.* Mentio eius apud Turgotum Dunelmensem in vita S. Dauidis, & ab Aberdonensibus, vt sanctus colitur, licet sileant Martyrologia. Scripsisse ferebatur.

Vitam S. Dauidis Regis.	*lib.* 1.
Vitam S. Margaretæ Reginæ.	*lib* 1.

Floruit anno MCXI.

S. NINIANVS. 954.

S. NINIANVS *Pictorum Episcopus, Regio Britannorum, sanguine Romam venit adolescens.* Anton. Posseuin. Apparat. Sacr. pag. D. Verba etiam adscribam Hect. Boethii lib. VII. histor. Scot. pag. CXV. *Inter nostros Ninianus Episcopus, sanctitate, & miraculis clarissimus, ac casa Candida Pontificalis, in Galdia sedis primus institutor. vbi, & adem condidit D. Martino suo Auunculo sacram, Scotorum videlicet Pictorum, Britonnumque Doctor, & Padonomus non vulgaris, & eo nomine omnibus, qui Albionem incolunt, vel hac nostra atate in multa veneratione habitus.* Idem in descriptione Scot. *Candida casa D. Niniano sacra habens Cœnobium in quo sepulchrum ac Reliquia viri sanctissimi.* Eadem Ioannes Leslæus lib. IV. pag. CXXXII. Magna hic miraculorũ gloria supra omnes illius Insulæ diuos frequentabatur, nuncupato Deo sub inuocatione nominis ipsius summo. Archiepiscopatus Glascuensis templo celebre illud de Dauide Rege ad Dunelmiã victo acie quod Annales nostri referunt sub annum MCCCXLVIII. *telum Regis tibia infixum extrahi non potuit, priusquam S. Ninianum inuiseret, visa enim tum est tibia manifesto aperiri ac telum prosilire.*

Cognomentum huic est secundum alios *Venedota*, at aliis placet *Bernicius*, vtcunque se res habeat fuit sanè vir magnæ sanctitatis vita illibata plura apud Bedam lib. III. histor. Anglor. cap. IV. scripsit verò.

Meditationes Psalterij, *lib.* I.

De sententijs sanctorum. *lib* I.

Vixit anno CCCCXXXII. Eius memoriam recolit die XVI. Septembris Martyrologium Roman. & Ioannes Molanus eodẽ die in addition. ad Vsuard. *In Scotia Niniani Episcopi, & Confessoris.* Iniuriusei Hæreticus Ioannes Foxus in protestat. ad Ecclesiæ Anglican. pag. IX. sed vindicat autor Conuersionis Angliæ part. I. cap. X.

S. NOVATVS. 955.

S.*NOVATVS*, & si Romanus habeatur ortu, tamen, quia matre Scota, *Claudia*, scilicet genitus, vt lib. III. hoc opere supra probatum est, locum hic in nomenclatura habebit de eo qui plura cupit legat concilia Romana sub Symmacho Papa, & Raphaelem Maphæum Volaterranum lib. XVIII. in fine Ioan. Molan. additio. Vsuard. die Iunij XX. *Romæ depositio S. Nouati fratris Timothei presbyteri, qui ab Apostolis in fide eruditi sunt horum Sorores fuerunt Beata Potentiana ac Praxedis sacræ virgines Christi* Martyrolog. Roman eodem die *Romæ depositio S. Nouati filij S. Pudentis Senatoris, & fratris S. Timothei presbyteri, & Sanctarum Christi Virginum Pudentianæ, & Praxedis qui ab Apostolis eruditi sunt in fide horum domus in Ecclesiam commutatæ, Pastoris titulus appellatur.* Plenius etiam Pastor scriptor Antiquus, & Illustris apud Adonem Treuirensem in Martyrologio suo. *De Nouate scribit Pastor in gestis Potentianæ, & Praxedis Virginum ad prædictum Timotheum Germanum eius. Venerabilis Virgo Praxedis post transitum Germanæ suæ* Potentianæ *valdè afflicta erat ad quam consolandam veniebant multi nobiles Christiani, simul, cum S. Pio Episcopo. Inter quos Germanus vester Nouatus, & qui est frater noster in Domino quinque multos Christianos pauperes donis suis reficiebat. Et nos frequenter cum Beatissimo Pio Episcopo ad altare domini communicabat. post annum verò, & dies viginti octo ægritudine detentus, est idem Nouatus, & absens erat à conspectu Virginis Praxedis. Pio autem Episcopo cogitante de omnibus Christianis, vna cum Virgine requiritur, Nouatus vir Dei & dum auditum fuisset, quia ægritudine detinebatur, contristati sumus omnes. Beata Peaxedis dixit ad patrem S. Pium, iubeat sanctitas vestra, vt eamus ad eum, & visitatione nostra vna cum orationibus vestris saluabitur. Et facta constitutione nocte vna cum Pio Episcopo, & Virgine Domini perreximus ad virum Dei Nouatum: Cumque audisset vir Dei Nouatus omnes coogregatos ad se venisse gratias capit agere Deo quia meruit a S. Pio Episcopo, & virgine Domini vna cum nostra deuotione visitari, & fuimus in Domo eius diebus, ac noctibus octo. factumque est*

vt decimo tertio die ipse Nouatus vir Dei transiret ad Dominum Regni Cælestis gloriam percepturus. Quæ verba eò lubentius trā scripsi quò aurea illa amoris Christiani in nascente Ecclesia pietas exprimatur,& nescio an alibi tam apposité.

Ad *Nouatum* redeo,cuius *thermæ* in Viminali ea tempestate sumēdę sacræ Synaxi deseruiebant,quæ , & *Timotheanæ* etiam vocatæ à fratre ipsius *S. Timotheo*. Denique Clarissimum *Nouati* fuit,Principatu Neronis,nomen, Meminit L. Seneca lib. de Consolat. ad Marciam,& eidem tres libros de ira. idem ei L.Seneca inscripsit, vt historicos Ecclesiasticos sileam. Videantur infra *S. Thimotheus* eius frater ss. *Pudentiana*, & *Prexedis* sorores.

Florebat circa annum LXXI.

S. NETHALENVS. 956.

S.*NETHALENVS*,aut *Nethalenus* Episcopus,& Confessor vnus exprimis,qui vitæ Sanctimonia morúmque integritate,& innocentia Ecclesiis nostratibus præluxit. Scripsit.

Manuale officij diuini. lib.1.
De Mysterio Incarnationis. lib.1.
De Articulis fidei. lib.1.
De Donis Spiritus sancti. lib.1.
Ad Rudes Neophytos. lib.1. quæ omnia ab impiis hæreticis flammis tradita religiosam sanctissimi Antistitis memoriam poene extinxerunt nisi cura Doctorū quorundam,& patriæ amantium virorum apices saltem operum ab interitu vindicasset.

Florebat anno CCCCLII.colitur die VIII.Ianuar.Breuiar.Scotic.

NICOLAVS. 957.

N*ICOLAVS Deidonanus*,ait Hect.Boeth.lib XVI.hist. Scot. in fine *prædicatorij instituti vir Coloniæ vbi plures annos Theologiam fuerat professus,fatis absumptus* edidit.

Modum interpretandi sacras scripturas. lib.1.
De Conciliorum authoritate. lib.1.

Mors

Mors eius incidit in annum MCCCCLX. vt ex *Ioannis Dempsteri,* siue *Themistoris* Epistola LIII. liquet floruerat verò sub Iacobo Rege II. Annales Nostrates.

S. NERIVS. 958.

S. *NERIVS* Monachus, incertum cuius instituti, strenuus causæ fidei propugnator, eo seculo popularium animis pietatis semina insperegebat, quo ss. Diui *Andreæ* in Otholiuiam diuinitus sūt delatæ. Scripsit.

De diuina gratia. *lib.*I. Ioannes Maior.

Florebat anno CCCLXIX. Hector Bohetius lib. VI. pag. CV. colitur XIV. Sept.

GEORGIVS NEVTONVS. 959.

GEORGIVS *Neutonus* Archidiaconus Dumblanensis vir magnæ pietatis, nec minoris eruditionis eo seculo non vulgariter facundus, vt ex fragmentis extantibus apparet. scripsit.

Vitas Episcoporum Dumblanensium, & illius Ecclesiæ successionem vsque ad tempora sua. *lib.*I.

Quorundam sanctorum Acta. *lib.* I. quod opus penitus interiit.

Florebat anno MDV.

ADAMVS NEVTONVS. 960.

ADAMVS *Neutonus* Edimburgensis honesta familia, virtute ac eruditione maxima, cum in Galliis honestissimis diu artibus incubuisset, in patriam redux; pueritiæ *Henrici* VValliæ postea Principis à rege præfectus ac Decanus Ducbamensis in Anglia renunciatus, sic se gessit, vt moderatione summa cum maximum locum occuparet maiorem mereri censeretur. Ego prauum in eo in religionem Catholicam affectum tantum culpauerim. Scripsit varia ego paucissima, vidi, in his est.

Coniuratio Ruthuentana. *lib.* I.

Viuit adhuc Londini ex pseudo Decano Dúchelmẽſe Eques erectus.

S. NORTILA. 961.

S. NOTRILA vbi locorũ vixerit? aut quis fuerit? niſi quod con ſtet Episcopum fuiſſe mihi omnino non liquet. Scripſerat.

De eſſentia diuina. lib. I.

Viuebat anno DCCCCXIV. index Anonymi.

S. NANINVS. 962.

S. NANINVS presbyter Scotus, valde obſcuris indicijs ad me deuenit, nec Henricus Sinclarus, nec S. Turgotus, qui eius ſolemnem mentionem faciens, acta ſubticuerunt contenti nudum nomen exhibere, nec de eo amplius inueſtiga.

Annus incertus colitur xxi. Septemb. Martyrolog. Carthuſian.

S. NERVVS. 963.

S. NERVVS Monachus Melroſienſis Abbas celebris Cœnobij de Killos ordine ſecundus, ſucceſſit S. *Anſelmo* Scoto, qui primus loci regimen moderatus, vir monaſticæ vitæ addictus, diſciplinæ religioſæ ſupra, quam dici poſſit ſtudioſus clauſtrum de nouo ſtruxit, ac muro edito firmauit, inſigne quoddam eius miraculum refertur, qui duos viatores, & ad loca Scotiæ ſancti ora peregrinãtes occiſos, ſeu mutuo cõflictu, ſiue ǭ viarum obſeſſoribus, ad vitam reuocauit, dum confiteri, & ſacram ſynaxin percipere digne poſſent quare peregrini per Scotiam eum inuocabant. Scripſit.

In leges clauſtrales. lib. I.

Creatus Abbas anno MCLXXIV. colitur die xxv. April. Scotichronic. lib. VIII. cap. xxv.

AND. NÆVIVS. 964.

ANDREAS *Næuius* Scotus adoleſcens magnæ indolis, primum Ageuni, tum Tholoſæ literas humaniores in Squillano profeſ-

fus, verfu bonus, & profa, latinæ linguæ callentiffimus, nec Grecæ ignarus, qui, fi diu fuperfuiffet, primus fui aui Hiftoricus componi potuiffet, fed quia fragrantiores flores citius marcent, non potuit, morte præreptus, fuorum popularium fpem implere. Scripfit.

Synopfin hiftoricam. *lib.* VII.

Obijt Tholofæ anno MDCIV.

NENNIANVS. 965.

NENNIANVS Francifcani ordinis profeffus, ortu Elginenfis, fic dictus, vt puto, quod hiftorias s. *Nennij* in compendium redegerit, nec quippiam amplius de eo mihi cognitum, & hæc quidem ex Deirenfi iudice excerpta, & coniectura nuda eft. fcripfit.

Deflorationem Nennii. *lib.* I.

Vixit circa annum MCCC. nam *Alexandri III.* meminit.

NICASIVS. 966.

NICASIVS philofophus acutiffimus, & medicorum fua ætate præftantiffimus, Scotia cruentiffimis bellis lacerata in Germaniam abijt, vbi *Othoni* Imperatori I. Charus oīum pæne ipfius expeditionum Comes fuit. Scripfit.

Iter Angufti. *lib.* I.

De Morbis acutis. *lib.* I. Biblioth. medica.

De fanguinis miffione *lib.* I. Et alia quorum mihi ne apices quidem vifi.

Floruit fub *Conftantino III.* qui regnum fponte deponens ac coronæ terrenæ renuncians, monafticum habitum induens, æternam affectauit, fedente in Petri Cathedra poft *Stephanum IX. Martino III.* Anno DCCCCL. Celebrat eius claram memoriã *Thadæus Florentinus*, qui fcribit fummam ipfius fuiffe Bononiæ famam, quo adducor, vt facilè credam eum bonas in ea Academia literas profeffum, fed nihil temere affirmarim.

PATRICIVS NISBETVS. 967.

IOANNES NIMMO. 968.

THOMAS CICOLSONVS. 969.

Apud suos clari, nihil quod viderim emissum in lucem præter, sub Regis in Scotiam regressum inter publicos ordinū omnium applausus *Epigrammatia, & poemata.*

Finis libri Decimitertii.



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER XIV.

S. OTGERVS. 970.

S. OTGERVS an Scotus fuerit haud facile diuinarim, ac multo minus certo affirmarim vide supra lib. xv. in *Plechelmo*, & lib. xix. in *VVirone*. Iidem enim autores, qui de illis tradidere, hunc etiã extulere Ioan. Molan. Addition. Vsuardi die x. Septembr. *s. Otgeri Confessoris, & Diaconi, qui ex Britannia Comes peregrinationis fuit ss. Episcopis VVironi & Plechelmo, atq. post multa pietatis exercitia sepulturam accepit in Ecclesia montis Petri iuxta Rura mondani.* Est eiusdẽ vrbis patronus, & tutelare nomen Aubert. Mireus lib. de Colleg. Canonicor. cap. LVII. strenuam operam plantandæ in Germania fidei cũm *ss. Bonifacio, VVilibaldo, VVillibrordo, VVimibaldo, Acca* aliisque nauauit. B. Marcellin. in vita s. Siniberti cap. xiv. Scripsit.

Pro Synodo Germanica. lib. I.

Floruit anno DCCLV. qui e Scotia Romam iuisse idem Molanus ad firmauit iudiculo ss. Belgij cap. Lxxvi. & in Chronico eorundem pag. Lxxxix.

S. ODDA. 971.

S. ODDA sanctissimæ vitæ Virgo *Eugenii V.* Scotorum Regis filia, de qua nihil præterea comperi nisi quod sãctimonialis facta cũ cæca fuisset visum oculorũ recepit Petrus Trangianus Bastidæus.

Impuras mundi sordes vix ante videbas,
Nunc tamen Odda vides, & generosa fugis.
Consulto male acuta Deus duo lumina credo
Vt meliora tibi redderet abstulerat.

Acta eius plenius in Scotichronico, & apud monachũ Paslatensem, sed quia opus Ioannis Molani de Natalibus ss. Belgii in manus meas

meas non venit, ea attexam, quæ habet Constantin. Ghinius Augustinianus vir diligens, & doctus is ergo in Natalib. ss. Canonicor. die Nouembris xxvii. hæc, scribit. *In Taxandria Brabantiæ depositio s. Oddæ Virginis filia, vt fertur, Scotorū Regis, quæ Rhade corporaliter patrona quiescit. Hæc cūcacitate, esset correpta fama signorum s. Lamberti Episcopi, & Martyris mota Leodium venit, vbi ad eius sepulchrum orans lumen recepit, & ibidem Virginitatem Deo vouit, nec à patre persuaderi vnquam potuit, vt virū acciperet. sed diuino vsu consilio in Taxandriam venit suaque sanctitate Rhodense territorium sublimauit. Cum autem in Sylua latitaret prius. sua loquacitate illam prodijsse traditum est quapropter, & cum pica pingitur. Clara verò signis, & virtutibus ibidem obuiam Christo sponso venit, & ad nuptias vocata æternas quiescit in Rhodonense Ecclesia Canonicorum Anno D. Forte DCCXIII. & vt Patrona ibidem colitur. Quæ miraculis corruscans eleuata est per Otbertum Episcopum Leodiensem anno MCIII.* Martyrologium Anglicum, & Kalendarium... Benedictini præfixum operi pio, cui titulus. *Matinale precum*, Duaci prodijt, hæc habet. *s. Odda filia cuiusdam Regis scotiæ*. idem Iacobus Cheynæus, & Adamus Valassat. Claruit anno DCC. Colitur Religiosè eius memoria templis ei structis variis regni locis die xxvii. Nouemb. Breuiar. Scot.

S. OTHA. 972.

S.OTHA, & ipsa virginitatis gloria insignis S. *Fintana* socia, & vt puto, eodem monasterio velata. Clara erat anno DXXVI. Coluntur ambæ ab Ecclesia Scotica templis, & aris dedicatis die XIII. octobr. Breuiar. Scotic.

IOANNES OGILBY. 973.

IOANNES Ogilby Brunæ in Austria Societati Iesu nomen dedit in qua cum multis annis piè vixisset ad populares Scotos missus, dū costātia verè Apostolica Hæresim oppugnat à sathanæ ministris custodiæ mancipatus, & multorum dierum noctiumque in somnio cruciatus, dum, & Petri Primatum, & sedis Apostolicæ dignitatem

tatem viriliter propugnat, Glascuæ gloriosum agonem Christi inuictus miles consummauit, ac reg. postmodum ægreferente ac ministris tortoribus succensente ac grauiter minãte suspendio vitam finiuit. Scripsit.

Epistolas ad varios. lib. I.

Acta Martyrij sui. lib. I. quæ Duaci prodierunt, & Autographum in sacrario Societatis Iesu religiosè asseruatur Romæ.

Passus est anno MDCXIV. die vltimo Februarij.

ODO. 974.

ODO studiorum gratia peregrinabatur in Italia sub ea ipsa tempora quibus s. Franciscus inuicta virtute Deo cæpit militare, qui è vestigio sanctissimi viri præsentia, vt cælesti spiritu impulsus totus exarsit nec destitit, donec *sanctum illum habitum indutus ordinem suum in Scotiam inferret.* ait Scotichronicon, quod nõ tam miror in Historia illius sancti Patris omissum, quam doleo, nam cum Franciscus Gonzaga præclaro volumine de origine Seraph. Religion. part. III. pag. DCCCXLVIII. dixisset *religionem eam ipso S. Francisco viuo in* Scotia plantatam, tacuit tanti Beneficij autorem, & periisset memoria nisi ex Scotichronici fragmentis eã eruissem. scripsit verò Odo.

De Miraculis a se visis. lib. I.

Ad fratres suos. lib. I.

Obiit Galvvcia exiguo Monasteriolo a se constructo, nec sine miraculorum gloria anno MCCXLI. colitur xxv. Martij.

ALANVS OGILBY. 975.

ALANVS Ogilby, siue Ogiluius nobilissima familia ortus, quæ autorem habuit *Breidum* quendam *Gillechristi* fratrem sub *Alexandro II. VVilhelmi* Regis filio sub annum MCC, *Alanus* noster philosophiæ, & medicinæ scientijs celeberrimus, toto oriente lustrato Constantinopoli aliquandiu substitit, vt ipse sci... primi reliquit, deinde Venetias venit, vbi magi... & lingua-

rum orientalium fama, edidit quæ ibidē cum diu MSS. delituissent publicata fuerunt.

De virtutibus herbarum. lib. VI.

De Balneis. lib. III. MS. hoc opus, sed imperfectū apud me est.

Floruit anno MCCCCLXXI.

S. OSVALDVS. 976.

S. *OSVALDVS* Carthusiani instituti frater cognomento *de corda, vitæ sanctitate eximius.* Petrus Sutor. lib. II. de vita Carthusiana cap. I. quod synceris moribus, & magna pietate crederetur à Iacobo I. Rege ex Anglia cum eiusdem ordinis monachis vocatus, Perthano Cœnobio quod in illius oppidi suburbio idem Rex erexerat præpositus, vt est apud Hectorem Boethium lib. XVII. histor. Scot. pag. CCCLII. fuerat hic *Osualdus* diu in Gallijs versatus Parisijs *Gersoni* Academiæ Cancellario per familiaris. Scripsit, vt ex Theodoro Petreio constat.

Pro correctura librorum sui ordinis. lib. I.

De remediis tentationum. lib. I.

Portiforium. lib. I.

Meditationes solitarias. lib. I.

Translatio operum Gersonis in latinum lib. I.

Epistolas ad Ioannem Gersonem. lib. I.

Florebat ad D. Ioannis Fanum in Scotia, siue oppido Pertho anno MCDXXXIV. fundatum Cœnobium anno MCDXXIX. Scotichronic. lib. XVI. cap. XVIII. vbi hi versus.

Annus Millenus Vicenus sicque Nouenus
Quadragintenus Scotis fert munera plenus
Semina florum, germina morum, Mystica mella,
Cum tibi Scotia sit Carthusia sponsa novella.

Obiit anno MCDXXXVII. XVII. Kalend. Octob. Arnold. Bostius lib. de vir Illustrib. cap. XX. *coram positis, & orantibus fratribus emisit spiritum.*

S. ORONIVS MODESTVS. 977.

SORONIVS cognomento *Modestus*, aut *Sranius*, aut *Srentius*, aut Orantius in indice Anonymi *Magnus* etiam audit, Imperatoriā secutus aulam Palatinos honores attigit, cui Epitaphium solemne appingit Venantius Portunatianus lib. IV. Epigrammat. XXIV.

Non hic nostrâ diu fugienti tempore vita,
Quæ sub fine breui vix venit, inde redit.
Ecce caduca volant præsentia sæcula Mundi,
Sola fides meritis nescit honore mori.
Clauditur hic pollens Orentius ille sepultus,
Cui Palatina prius mansit aperta domus.
Consilijs habilis, regalique intimus aulæ,
Obtinuit celsum dignus in arce locum.
Vir sapiens, iustus, moderatus, honestus, amatus,
Hoc rapuit Mundo quod bene gessit homo.
Sexaginta annis vix implens tempora lucis
Coniuge Nicasia qua tumulante, cubat;
Cuius castus amor colit ipsa sepulchra mariti,
Nec placitura homini, sed dedit, esse Dei.

Vltimum versum puto corruptum nam vult poeta *Nicasiam* Orentij vxorem nunquam de secundis nuptijs cogitasse, sed religiosæ vitæ se addixisse, itaque refinge.

Nec placitura homini se dedit esse Dei.

Idem ille est, vt puto, Carpentoractensi cōcilio subscripsit, vt in tom. III. Concilior. extat, sanè eum *Sedulio* coniungit, & inter poetas veteres Christianos collocat idem Fortunatianus lib. I. de vita S. Martini.

Hinc quoque conspicui radauit lingua Seduli,
Paucaque perstrinxit Florenti Orentius ore.

Certe eundem esse poetam Christianum Orentium, & Orentium Palatinum, cuius Epitaphium supra recensui, Existimat V. cl. Christophorus Brouuerus. Scripsit hic.

Carmina sacra. lib. I.

Floruit anno CCCLV. vt quibusdam falso videtur, sed facilius est

& propensius credere ad ætatem Fortunariani propius accessisse, cum ipsius ille Epitaphium habeat, deinde concilio Carpentoractensi subscribit Anno CDXLIV. & annos LX. computemus quibus exactis obiit, non quadrabit male, neque absonum erit ab opinione Brouuueri, hunc pueriliter, & insipide inter suos ponit Pitseus indoctus pag. Lxvii. & ante Christum natum locat.

NICOLAVS OTTERBVRNVS. 978

NICOLAVS *Otterburnus* Canonicus Glasquensis cũ *VVilhelmo* Scotiæ Cancellario, Ioanne Episcopo Dunkeldẽsi, in Geldriã legatus, vt *Mariam* ducis Geldriæ. & Iuliacẽsis filiam *Philippi* ducis Burgundiæ, Brabantiæque nepotẽ *Carolo VII.* Francorum Rege Camæpo, *Iacobo II.* Regi vxorem peteret. Scripsit.

Acta sua legationis. *lib.1.*

Epithalamium Iacobi II. *lib.1.* publicatum typis Aldinis Lutetiæ.

Orator in Belgium missus ad Conciliandas nuptias anno MCDXLVIII. quando decesserit? & an ad ampliores honores euectus? nihil comperi.

OSBERTVS. 979.

OSBERTVS Canonicus Regularis atque primus Abbas Monasterij de *Iedvvode*, siue *Iedbourg* vir non tantum literatura seculari, & sacra instructissimus integritate vitæ, & Religiosa simplicitate admirabilis. Scripsit.

Ad Dauidem II. Regem fundatorem, *lib.1.*

De fundatione Monasterij sui *lib.1.* è quo opere isti versus sunt in Scotichronico lib.x. cap.XL.

Vnda, nemus, vere duo sunt bona nata placere,
Compositum de re, dic singula laudis habere.

Regula ad fratres *lib.1.*

Acta Capituli. *lib.1.*

Creatus Abbas anno MCXLVIII. obijt MCLXXIV. Scotichronicon lib. VIII. cap. XXIV.

OS-

OSBERTVS. 980.

OSBERTVS, & ipse S. Augustini Regulam amplexus Canonicus Regularis Monachum induit in sanctæ Crucis prope Edimburgum regio Monasterio, tandem meritis in dies crescentibus eum *Alcuinus* curæ pastorali renunciasset in Abbatem eodem die electus. scripsit.

Acta S. Dauidis fundatoris lib. 1.

Abbas creatus, & mortuus anno MCXLI. Scotichr. lib. v. cap. xliii.

OSBERTVS. 981.

OSBERTVS Eps nobili ingenio, & claro loco natus, Episcopus Dumblanensis Rhetor, Poeta, Philosophus, Theologus supra ætatis suæ barbariem, nec minus pietate nominatissimus, scripsit.

Orationes facundissimas, lib. 1.
Hymnnos de sanctis. lib. 1.
De causis secundis. lib. 1.
De Prædestinatione. lib. 1.

Obiit anno MCCXXXI. Georgius Neutonus.

ADAMVS OTTERBVRNVS. 982.

ADAMVS *Otterburnus* Aduocatus Regius sub Iacobo V. magnam ab ingenio suo laudem maximam à Georgij Buchanani præconio æstimationem peperit præsertim a literaturæ poeticæ gloria, vt ex Epigrammate isto colligitur, quod ex libr. II. Epigrammat. eligans est, & apponam.

Lana mea est, inquis, tua tela est; cum tibi reddo
Hæc de carminibus carmina facta tuis.
Synthesimen propria textam si dem tibi lana,
Gloria Palladiæ non minor artis erit.
Nec minus insigni Lysippus laude feretur
Ære licet fingat signa animosa tuo.

Tolle

Tolle, ais, hinc artem, lanam mihi redde, quid autem
Ars tua materia deficiente potest?
At mihi furtiua si reddas vellera lanæ
Nuda tamen pretium merx feret ista suum.
Hac vos de tabula pictores, lege colores
Tollite, Dedaleæ cesset in arte labor.
Nulla Tarentino liuescat lana veneno,
Nec rubeant Tyriis vellera cocta focis.
Deserat Algentem dehinc pauper Mulciber Æthnam
Mendicent Steropes, algeat Æmondes.
Substrahe materiem, nihil artem posse fatemur
Sed pretium gemmis maius ab arte venit.
At mea sedulitas fumos non colligit istos,
Si non culpabor sat mihi laudis erit.

Ex quibus videri posset præceptorem in poetica Buchanani fuisse. Scripsit, licet ego non viderim.

Carmina varia. lib. 1.

Florebat anno MDXXXIV. quo legatione ad Henricum IIX. fungebatur Holinshed. pag. MDLXIII.

THOMAS OTTERBVRNVS. 983.

THOMAM *Otterburnum* prioris gentilem Parisiis insigni nomine versatum accepi, meminit Scotorum scriptorum indiculus Anonymi. Eius sunt.

De laude patria. lib. 1.

Chronici Scotiæ Epitome. lib. 1. viderat dauid Chalmers siue Camerarius, vt ipse in Chronologia testatur.

Viuebat anno MDXXXII.

S. ONANVS. 984.

SONANVS *Diaconus probatis moribus, & doctrina insigni* ait Hect. Boeth. lib. XI. histor. Scot. pag. CCXXXIV. floruit felici illo, & aureo seculo Coætaneus *Meueani, Medani, Blaani, Englatii Colmonii sanctissimorum Episcoporum, Congani Abbatis, Vigiani mona*

ebi,& aliorum qui Christianā apud Scotos pietatem mira,sedulitate ac sanctitate auxerunt Annales nostrates, scripsit.

In varios S. Scripturæ libros. lib. 1. meminit Fordanos, & Scotichronicon.

Viuebat anno MX. die xxiii. Decemb.

S. ODILIA 985.

S. *ODILIA* Vrsulana cum alijs Virginibus Coloniæ cesa, ibidemque sepulta, post multum verò temporis pretiosum corpus mire reuelatum, ac translatum, vt ex lectionibus Cruciferorū ad Huyum. *ipsa enim dixit in visione Ioanni de Eppa conuerso Parisijs, in conuentu fratrum S. Sanctæ Crucis, surge frater, Colonia iuxta S. Geronis Ecclesiam, in viridario Arnulphi, sub piro, in marmoreo sarcophago, inuenies ossa mea; quæ in primarium S. Crucis Cœnobium, iuxta oppidum Huyense volo transferri.* Conuersus à Priore Coloniam missus cum thesaurum cœlestem inuenisset, Sifrido Archiepiscopo nunciauit, qui corpus *Odiliæ* eleuauit, ac capsulam ligneam reuerenter reposuit, deinde prædictus conuersus, capsulam cum literis gestorum, clam à Colonia digrediens, Huyum transtulit, ad Ecclesiam fratrum S. Crucis in ipsa autem translatione, & in loco translationis crebris miraculis corruscauit. Molan. indiculo ss. Belgii pag. LIII.

Passa eodem die quo aliæ Comites, obitur passio XXI. Octob. reuelatio reliquiarum XXI. Nouembr. translatio incidit in diem XIIX. Iulii Canisius, Molanus, acta Huyi.

S. ODRANNVS. 986.

S. *ODRANNVS* Scotus S. *Patricium* Scotum ad conuersionem Hibernicæ gentis, e patria discipulus secutus, dum duræ gentis ceruices iugo Euangelii submittere nititur, ipse caput securi, intrepidus, atque animosus Christi martyr, submisit: vtrique genti colendus, miraculorum gloria cooperabantur ingentem sacræ reliquiæ Glascoam post aliquot secula relatę, vnde adducor, vt Glascoensis Ecclesiæ plantam existimem, quæ me-

usil

S. OSMANA. 989.

S.*OSMANA* virgo regia, cum beatam vitam in terris diu egisset, sepulturæ memoria aboleri cœpit, tum ipsa indicauit res autē sic se habet ex Thoma Cantipratēse lib. ii. Apiarii apud Surium Tom. iii. presbyter quidam in Gallijs ad Iotrense monasterium veniens, in crypta quadam vbi sanctorum corpora, quiescebant, orabat, & cum sancti cuiusdam tumulum, ex alabastritide, præter mente aperuisset, nec tamen eius nomen, aut meritum scire posset piam postmodum *Luitgardam* rogauit, vt à Domino peteret eius nomen reuelari, illa se totam confert ad rogandum Dominum, & cito quod voluit, impetrat, apparuit enim ei instantius oranti, & ait, *ego vocor Osmanna, virgo filia quondam Regis Scotiæ, & per miraculum domini in Gallias adducta, sanctè vixi, defunctaque ibidē sum ac sepulta solenniter, sed mei tandem per incuriam incolæ obliti sunt*, eadem nocte sequenti ipsa repetijt presbytero oranti, atque ita virgo Dei pristinum inter homines honorem, & cultum recepit. vita S. Luitgardæ lib. ii. miror vehementer cur Gabriel Flamma in sua sanctorum vitarum versione Italica eā *Osianam* vocet, sed vehementius mirari subeat, quæ furiæ Henricum Fitz Simonem, & alios Hirlandos impellant, vt hanc Hirlandiæ donent, Scotiæ suæ auferant? nam, vt omittam eam nō aliter quam Scotam in reuelatione vocari, Hirlandia in Pentarchiam diuisa erat, vt non potuerit dici filia Regis Hiberniæ, etiamsi Scotia fuisset Hibernia, quod est falsissimum, sed filia Regis Vltoniæ, Momoniæ, aut aliquid simile: sed eos Furiarum terriæ relinquo, & S. *Osmannam* repeto, quæ decenter collocata à piis hominibus culta.

Reuelauit se anno MCCXL. colitur xxii. Nouembr. Martyrolog. Anglicum.

S. ORBILLA. 990.

S.*ORBILLA* virgo Scota consanguinea *S. Abelis* Archiepiscopi Rhemorum, ab eo patria sua euocata, vt monialibus præesset, diu Rhemis vita sancta, & continentiæ laude, bonisque operibus

plena, in Cœnobio, transacta, ad Deum migrauit officium illius Ecclesiæ, nec vero insolens erat mulieres euocari ad Euangelici operis perfectionem, nam plenæ sunt memoriæ Ecclesiarum per Gallias, & Germanias, Angliam, atque etiam Italiam, vt Insulas nostrates, & Hirlandiam omittam, Scotis mulieribus, quæ sexum suum prætergressæ Dei gloriam promouerunt.

Florebat anno Dcclx. colitur 11. Ianuar. Acta laudatæ Ecclesiæ.

RICHARDVS OLIPHANTVS. 891.

RICHARDVS *Oliphantus* nobilissimo loco ortus Carmelitanæ societatis grauissimus Theologus in Patauino lycæo diu magna felicissimi ingenii laude Medicinæ dedit operam, sed certiora cogitans Imaculatæ Virgini se addixit, & domum redux Aberdoniæ Monachum induit, tum Romam ob res sui ordinis vocatus ex itinere Morbo Ticini decubuit, è quo recreatus, sacram Theologiam primus ordinis sui in eadem Academia cœpit profiteri, ingentique concursu auditus est. Scripsit.

Lecturas scholasticas. *lib.* 1.

Commentarios sacros *lib.* 1. Vtrumque opus prodiit ex Veneta Iunctarum officina.

De Concilijs œcumenicis. *lib.* 1. & alia.

Florebat anno Mccclxiii. vt ex vita primo operi præfixa cõstat antiquissimam hanc familiam esse probat Houeden. pag. cccxii. VValterum *Olifard.* pro *Olifan* sub annum MCLxxv. ponit.

ROBERTVS OLIPHANTVS. 992.

ROBERTVS *Oliphantus* vir elegantissimi ingenij Europam, Aphricam, & Asiam laboriosissimè lustrauit *Comitem Mortonũ, & Vicecomitem Oliphantũ* à pyratis Turcis captos quæsiturus, nec frustranea ea opera, nã licet nobiles illos viros, haud quaquã potuerit reperire, tamen maximo cum fructu regiones omnes lustrauit, & vt varia obseruauit, itaque in aduersaria sedulus retulit. Redux in patriam Rothvveniæ coniurationis accusatus regno cessit, vt sunt magnorum ingeniorum infelices euentus, tum *Thoma*

ma Brauleo Equiti Anglo Adolescenti, Comes ab Auunculo oratore Regio *Earyo* tum Lutetiæ residente datus, Galliam, Germaniam, Italiam, & Hispaniam peragrauit, mox in Daniā permeauit, vbi arcta Cancellarii illius Regni Amicitia fretus ingentem ab eruditione sui admirationem mouit. Scripsit

Itineris sui lib. II.
De Nostradami Prophetijs lib. I.
Mathematicæ obseruationis super Astrologicis prædictionibus. lib I.

Viuit adhuc in Dania musis gratus.

ODO. 993.

ODO *Senescallus* Clericus affinis *Ioannis* Episcopi Dunkeldensis nominatur in controuersia, quæ inter eum, & *Hugonem* S. Andreæ Episcopum intercessit literæ *Vrbani* III. Papæ apud Houedenum part. II. pag. ccclx.

Claruit anno MCCLXXXII. paruum hoc fateor, sed in tanta rerum nostrarum penuria tacendum non duxi.

OSBERTVS. 994.

OSBERTVS Abbas de *Kelrou*, vt est Houedeni codice part. II. pag. cccli. vel *Kelkoensis*, vt in literis Lucii III. Pontificis à VVilhelmo Rege Romam orator missus cum *Iocelino* Episcopo, & *Arnaldo* Abbate Mailrosense, Regis causam egregie in cōsistorio egit, & absolutionem impetrauit.

Viuebat anno MCLXXXVIII.

GALTERVS OGILVIVS. 995.

GALTERVS *Ogiluius singulari exundans eloquentia adeo, vt hominem verborm copia sermonis vbertate, venustate sententiarum non modo delectare, sed lasciuire, & luxuriare diceres,* ait Hect. Boeth. in vita Episcopor. Aberdonens. Edidit.

Rhetorices flores. lib. I.

Orationes varias. *lib.* 1.

Vixit, & professus est in Montano Lutetiæ anno MDXX.

ANDREAS OGSTONVS. 996.

ANDREAS Ogstonus Turauiensis præceptor in elemẽtis grammaticis meus, vir ingenio mediocri nec indoctus. Scripsit.

Poemata varia. *lib.* 1. vario carminum genere, sed eminet.

Epicedium Forbessi Toparchæ, ac familiæ illius Principis. *lib.* 1. Elegiaco versu non inculto, ante annos xxx. publicatum.

Viuit adhuc in Orcadibus.

Finis libri Decimiquarti.



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Gentis Scotorum.

LIBER XV.

S. PANDIONA 997.

S. PANDIONA Regis Scotiæ filia quæ cum in nobilem ætatem adoleuisset,& pater iniquissima,ac pietati votoque facto aduersantia suaderet,sæpe vrgeret,minis terreret,verita,ne vel muliebri imbecillitate succumberet, vel tormentis ad iniqua toleranda cogeretur fuga subsidium,ac Virginitatis munimentum quæsiuit, habituque dissimulato Angliæ intima penetrauit ac propè *Grantan* Gervviorumque postea *Cantabrigia* dicta est sanctissimè vitam durissimam traduxit,& in sanctissimi voti professione obiit. Reliquiis ibidem loci religiosissime conditis,cuius vitam scripsit Richardus Eltesleius Sacerdos Anglis, Lelandus lib. IV. de viris Illustribus,& meminit Ioannes Pitseus Centuria III. Appendicis numero LXXXII. qui scurriliter,& contumeliose, vt solet filiā *Reguli* Scotiæ appellat, sed *Regulus* ille magnos Angliæ Reges sæpe in fugam armatus compulit, Angliam ferro flammaque vastauit,Anglicanos exercitus deleuit,& semel dicam Angliæ imperat.Sed os impiorū facit quod solet, nec verissimis Scotiæ meæ laudibus præiudicat.scripsit S.hæc virgo.

De Virginitate seruanda.	*lib.* I.
Soliloquium animæ.	*lib.* I.

Quo tempore vixerit non deprehendi, quia altum de ea apud nostrates scriptores silentium Ioan.Molan.in Appendice ad Vsuardum.

S. PALLADIVS 998.

S. PALLADIVS primus Scotiæ Episcopus quem Romæ consecratum accepimus,non simpliciter,siquidem diu ante illius in eam Insulam adpulsum certum est Scotos Christiane veritatis lumine Illustratos,& fidei initiatos Sacramentis Abrahamus,& Gotefred.

Bu-

Bucholzeri Iudice chronolog.pag. CCLX.XI. Ioannes Leslæus lib.IV..pag CXXXVII. Sigebertus Gemblacensis in chronico *.Calistinus Papa ad Scotos in Christum credentes Palladium primum mittit Episcopũ.* Ergo ante illius aduentum Scoti in Christũ credebant Ado Viennensis in Chronico ætate VI. *Scotis Christum credentibus ordinatus a Papa Calestino Palladius primus Episcopus mittitur* . Venerabilis Beda libro. 1. histor. Ecclesiasticæ gent. Anglor.cap.XIII.cuius lemma est *Palladius ad Scotos iam credentes venit.* Sequũtur deinde *anno Dominicæ Incarnationis quadragentesimo vigesimotertio Theodosius iunior post Honorium quadragesimus quintus ab Augusto regnum suscipiens viginti, & septem annis tenuit, cuius Regni anno octauo Palladius ad Scotos in Christum credentes à Pontifice Romanæ Ecclesiæ Calestino primus mittitur Episcopus.* Eadem Hermannus contractus Comes Veringensis in chronico eodem anno *Palladius Episcopus à Calestino Papa ad Scotos iam Christo credentes mittitur.* primus Episcopus scilicet Romę ordinatus, vt admonui, nã diu ante Episcopos suos Scotica Ecclesia habebat, vt ex Apparatu nostro Historico liquet Marianus Scotus lib.II.ætate VI.consentit. *ad Scotos in Christum credentes a Papa Calestino Palladius Episcopus primus missus est.* concors est nostratium Annalium fides Appositissime Hect. Boeth.lib. VII.hist.Scot.in fine. *Inter nostrates Palladius à Cœlestino Pontifice maximo ad Scotos in Christum credentes missus, vt Pellagianam hæresim, quæ iam magnam Britãniæ partem infecerat à Scotorum gente arceret populumque ad veram pietatem a qua cõtinua bellorum atrocitate paulum aberrauerat, reduceret, erat Palladius primus omnium, qui inter Scotos sacrum egere Magistratum a summo Pontifice Episcopus creatus, cum antea populi suffragiis ex monachis, & Culdeis Pontifices assumerentur. Is vtilibus cõcionibus Scotos, Pictosque a quibusdam superstitiunculis, gentilibusque ritibus, nondum in illis populis post relictam idololatriam exterminatis purgauit ob quas res Scotorũ Apostolus a posteritate est appellatus; post multos pios tandem sudores ac religiosa opera, Christi dogma propagando pro mortalium salute impensa, Forduni, vico in Mernia nomen est, beatissimum huius vitæ exitum sortitus fatis concessit, vbi sacræ eius reliquiæ in multo habitæ honore à multis illuc religio-*

nis

nis causa confluentibus, vel hac nostra ætate veneranda ostendun-tur. Has VVilhelmus Schelbes S. Andreæ olim Archiepiscopus, vir vndequaque eruditus effossas humo multis piis precationibus, solemnique apparatu in Capsulam argenteam honorifice collocauit. IV. anno post Christi aduentum in carnem supra nonagesimum quater centesimum quid auersi a rerum nostrarum gloria Angli super hoc ipso censuere? Idem plane, & potentior odio fuit veritas Matth. VVestmonasterien. Anno CCCCVXVIII. in floribus Historiar. *Scotis in Christum credentibus ordinatus à Papa Cælestino Palladius primus Episcopus ibidem mittitur*, florent VVigoruiensis Anno CDxxI. *ad Scotos in Christum credentes ordinatus à Papa Cælestino Palladius primus Episcopus missus est, post ipsum sanctus Patricius.*

Rara huius pietatis argumenta Annales Anglicani exhibent, & præ alijs Polydor. Virgilius lib. III. histor Anglic pag. LIX. *Palladius Homo bonus, gratus, pius, & plenus officij dum apud Scotos erat omnibus precibus dehortatus est Constantium Regem, vt ne vellet Anglos, Saxones, gentem impiam, armis iuuare, contra Britannos, homines Christianos quandopossit certo scire eorum calamitatem cũ sua aliquando fore coniunctam, cum satis constaret illos non Scotorum, non Pictorum amicitiam, sed totius Insulæ Imperium quærere, neue alienorum nomine se atque suos totles opponere periculo belli cuius exitu nihil incertius esset.* Varia alij.

Contra hunc tam certum, Annalium Scotorum Anglorumque consensum, & septem probatissimorũ veterũ testimonia insaniæ summe esse iudico reluctari, & tamen reperti sunt inter recentiores male feriati quidam homines, qui Christianam pietatem Scotis à *Palladio* primum concessam ausi sint scripsisse. Antesignanus est huius temerariæ Cohortis Baptista Platina in vita Cælestini *Misit ad Scotos Christi fidem optantes Palladium quem ipse Episcopũ creauerat.* Hunc secutus Ethelvverdus Chronicor. lib. I. pag. CCCCLXXIV. illi in eadem falsitatis opinione succedit Ingulfus Abbas Croylaudiẽsis in chronico. *Scoti misso à Cælestino Papa Palladio fidem Christianam suscipiunt* ab his vt puto, pridẽ deceptus, Alphonsus Ciaconius in eodem Cælestino *Palladius item Diaconus ad Britanniam directus postea ad Scotos, qui ex Diacono creatus*

eus est Episcopus, & ad Scotos ab eodem missus est Celestino. Nemo, certe tradidit veterum Palladium ad Britanniam primum missum deinde ad Scotiam, quare errat Ciaconius. Et post reliqua eius Pontif. per sequens turpiter lapsus est. *in Britanniam S Germanū Altissiodorensem Episcopum legauit, & Scotos ad fidem per Palladium conuertit, Scotorum Apostoli nomen consequutus est*, non Cælestinus Scotorum Apostolus dictus, quod voluit Platina, sed ipse *Palladius.*

Gente fuisse Britannum affirmant quidam eruditi, in his Ant. Posseuin. Tom. I I I. apparat, pag I V. sed mihi non liquet, ad eum S. *Cyrillum* Alexandrinum suos de Adoratione Cōmentarios scripsisse volunt, & Cardinalem factum, vt maiori authoritate Ecclesias regeret Doctissimus Baronius tom. V. Annal. Probus in gestis S. Patricij, Autor vetustus gente Scotus, sed librariorum aut perperam vtensium vitio corruptus. Prosper Aquitanicus in chronico *Basso, & Antiocho Coss. congregata apud Ephesum plus ducentorum Synodo sacerdotum, Nestorius cum heresi nominis sui, & cum multis Pelagianis qui cognatum sibi dogma iuuabant, damnatus. Ad Scotos in Christum credentes ordinatur à Papa Celestino Palladius, & primus Episcopus mittitur.* Ergo Ephesina eodē anno generalis Synodus habita, Nestoriani damnati, & ad Scotos Paladius missus quo Bassus, & Antiochus Coss. hoc est CCCCXXIX. quam strenuam vero operam nauauerit extinguendæ Pelagianæ apud Scotos pesti Palladius ex eodem liquet Prospero in chronico biennio ante in consulatu *Florentij, & Dionysij*, & aduersus cōllatore in fine. Pœnè prætericram Freculphi Lexouiensis Episcopi autoritatem tom. II. chronicor. lib. V. cap. XXIII. *Tunc equidem ad Scotos in Christum credentes ordinatus à Papa Celestino Palladeus I. Episcopus mittitur*, corruptè sane pro *Palladius*. vt pleraque ea propria in eo scriptore vocabula, quo nullus inter veteres librariorum incuria mendosior, aut transcriptionis negligentia.

Hunc religiosa nostratium successio semper, vt Diuum coluit, & reliquiæ eius magno pietatis affectu colebantur Forduni oppido Meruniæ, vt supra monui, & confirmat Polydor. Virg. lib. I. hist. Angl. pag VI. & tamē an tacito gentium illorum cōsensu Indicorum relatus fuerit numerum, an ab aliquo Pontifice nec annales nostri q̄ sciam

sciam tradiderunt, nec alibi reperi, & nec vllum Martyrologium meminit, sed non in eo solo gentis nostræ gloriæ iniqui sunt, & iniurij Martyrologiorum compilatores. fuit autem græcæ, & latinæ linguæ peritissimus, nec Scoticæ ignatus. Scripsit.

Contra Pellagianos. lib. 1. qui ipsius cura Scotia pro hibiti, & Romæ damnati. Extat Petri Taurasni Basilidei Epigramma cultum.

Dum perit hæreticis vicina Brittannia flammis
Scotia Palladio stat bene tuta suo.
Palladium Troia quondam si tale fuisset
Argolici nunquam fraude perisset equi.

Vitam S. Ioannis Chrysostomi. lib. 1. aliam ab ea quam ex Simione Metaphraste habet Surius Tom. 1. & ab ea quã fertur scripsisse Cosmas Vestiarius quæ MS. in Bibliotheca Vaticana asseruatur. vt ad XXVII. Ianuarij Martyrolog. testatur. Illustr. Baronius.

Homilias plures. lib. 1.
Epistolas ad Calestinum. lib. 1.

Missus est in Scotiam imperante *Theodosio iuniore* anno CDXXIX. vel anno CDXXXI. vel anno CDXXXII. quæ receptior est conformiorque veritati, quando inibi officio functus incertum. vide plura infra in *S. Patricio*, & in *Seruano*, alius est *S. Palladius* vterque Biturigum Antistes, vt, & *Palladius* Xantonum præsul colitur XXVII. Ianuar.

S. PATERNVS. 999.

S. PATERNVS *Scotus* pertinax Religiosi voti, ac sancti propositi custos. Colitur die x. April. Arnold. Vuion lib. III. pag. CXXX. Ioan. Leslæo lib. V. in fine adstipulante. Sigebertus Gemblacẽsis. *Paderbruna Germaniæ ciuitas est cũ maiori Ecclesia combusta, In Monasterio autem Monachorum Scotus quidam nomine Paternus monachus multo tempore reclusus, qui etiam hoc incẽdium sæpe prædixerat propter propositum reclusionis, exire nolens se comburi passus est*, oh rarum! & quod sciã, vnicum ardentis affectus exemplum nec nostro sæculo imitabile. *Ad sepulchrum multa fiunt mi-*

racula. Trithem. lib. III. de vir. Illustr. S. Benedicti cap. CCCXXIV. *De cuius sepulchro* nimis frigidè Florent. VVigoruiensis eo anno pag. DCL. *quadam bona narrantur*. Scripserat vt ex Sigeberto apparet.

Pradestinationes. *lib.* I. Exemplo S. Brigidæ.

Extinctus est anno MLVIII. *P*aderbruma autem Ciuitas Reginoni. In Chronicis ad annum DCCLXXVII. *Padresbruma* audit forte Τευδέριον Ptolomæo, *Teuderus* priscis, vt putat *P*. Appianus. Incertus Annalium Francicorum Scriptor ad annum DCCXCIX. & ad annum DCCCXLV. Frodoardus. In Chronico ad annum DCCCCXLVII. Meminit Dudonis Episcopi *P*aderburnensis.

S. PATTO. 1000.

S. *PATTO* Monachus Benedictinus sãctitate vitæ eruditionis gloria celebris Abbas Amarbaricensis renunciatus Albert. Crãtz lib. I. Metropol. cap. XXI. Gaspar Bruschius in Catalogo, & cũ diu eo munere piè fuisset functus à *Carolo Magno* Episcopus Verdensis II. Creatus. Scripsit.

In Pentateucum Moysis. lib. I. Fordano autore. Reliqua omnia interierunt cum nemo illo eo sæculo, aut plura, aut meliora scripsisset.

Vixit anno DCCCX. sed quandiu Episcopatum rexerit? aut vbi? quoue mortis genere defunctus? nõ reperi. Sanctorum albo adscriptũ, docet Molan. appendice ad Martyrologiũ Vsuardi, sed a quo Papa aut quo die non exprimit Arnold. Vuion. *lib.* 2. ligni uitæ cap. LV. Anton. Democar. tom. 2. sacrificij Missæ cap XXXV. Ioannes Leslæus lib. IV. Colitur die XXX. Martij.

S. PATRICIVS. 1001.

S. *Patricium Hiberniæ Epm*, aut *Scotiæ præsulem*, vt ait Volaterranus lib. XIX. pag. DLXX. vtrumque rectè; nam prius Scoticæ Ecclesiæ præfuit, postmodum Hibernicæ. Galli Aremorici Ciuem suum faciunt. Angli sibi eodẽ iure quo alios multos nobis impudẽtia sũma subreptos vindicant. Hiberni improbabilioribus argumentis apud

se

se natum contendũt, Scotum esse ego probo. Sigebert. Gemblacēs. Chron. ad Annum CCC.XCIV. *S. Patricius Scotus cum suis sororibus venditur in hibernia ubi cum esset Regis Porcarius, Angeli sæpe alloquio fruitur* clare ille gentes eas sciungit, & in Scotia natum, & in Hibernia venditum vult. Ado Treuirensis in Martyrologio xvii. Martij. *In Scotia natale Sancti Patricij Episcopi, & Confessoris qui primus ibidem Christum Euangelizauit.* Franc. Maurolycus Martyrologio eodem die. *in Scotia Natale Sancti Patricij Episcopi qui primus ibi Christum Euãgelizauit, & maximis virtutibus, & miraculis claruit atq. in Hibernia ad edomandos barbaræ gentis animos ope diuina barathrum fecit horrendum quod S. Patricij purgatorium huc usq. appellatur in quod descendentes quidam, reuersi, mirabilia se vidisse referunt.* & ille Hiberniã a Scotia seperat. Petrus Galesinius Protonotharius in Martirolog. *in Scotia S. Patricii Episcopi, & Confessoris qui primus eam nationem Christi sacris imbuit.* Viuatdus itidem in Martyrologio, quod cogatu Caroli Magni composuit. *In Scotia Natale S. Patricii Episcopi, & cõfessoris qui primus ibidem Christum Euangelizauit*, ab eo, puto, hauserunt iuniores Ado, Maurolycus, & Galesinius. Hæc Siculi, Itali, Germani, & Galli de S. Patricij patria prodiderunt, & natalis hic non ortus primus, non depositio, sed dies consecrationis in Episcopatum. Hilari PP. epist. ad Ascanium S. Paulin. Epist. XVI. ad Delfinũ S. Ambros. lib. ix. epist. LX. ad Felicem, quod Hirlandi ignorarunt, in suis contra Scotiam, & Thomam Dempsterum famosis libellis. Quid Angli censeant exquirendum; qui vicinia loci diligētius res nostras cognoscunt, & scruntantur. Siluest. Giraldus Cambrēsis Topogr. Hibern. cap. XVI. *Patricius vero natione Britannus, vir vita, & Sanctitate conspicuus, Regnante Largitio Nelli Magni filio insulam Hiberniam intrauit, & gentem inueniens idololatram varioq. errore delusam, primus in ea diuina opitulante gratia fidem Christianam, & prædicauit, & plantauit; Baptizatis itaque cateruatim populis, & tota iam Insula ad Christi fidem conuersa apud Ardmacham sibi sedē elegit, quam etiam quasi Metropolim constituit, & proprium totius Hiberniæ primariũ locum Episcopos quoque congruis in locis collocauit, ut in partem vocati sollicitudinis quod ipse plantauerat, & ipsi rigarent, Deus autem incrementa daret.* Ille diserte Britannum facit

non Hibernum, neque Gallum Britonem. Id quidam ad Angliã referunt, & in his Gulielmus Cambdenus in Británia pag. DXXIv. Scribit in Valle Rosina sub *Verginio* promontorio apud *Dimetas*, vulgo *Pembrokchil.* natũ esse, sed cum careat idoneis autoribus figmenti loco a me id hababitur. Indifferenter Floren. VVigoruiensis ad annum ccccxc I v. *S. Patricius nascitur in Britannia ex patre Calphurnio nomine, qui presbyter fuit filius Diaconi nomine Fodit. Mater autem erat Patricii Conches soror S. Mattini de Gallia, Patricius in baptismo dictus est Sucat, a S. Germano Magonius, a Calestino Papa Patricius, idest pater Civium.* Explicatius & Lucidius Matth. VVestmonasteriensis florib. historiar. *eodem illo anno Sanctus Patricius Scotus eodem tempore in Hiberniam venditur cum sororibus suis.* Mox idem delirus, & sui oblitus multa figmenta super eo congerit ad annum ccccxcv. nam & *II. Hibernia Archiepiscopum* scribit, cum ante eum, neque Archiepiscopus, neque Christiani vlli eã in Insula essent. deinde XL. *annis tantum pradicationis munus* impleuisse, cum omnium autorum consensu constet LX. annos totos in sancto illo obsequio, cum collocasse. *Reges VII. Baptismatis sacrofonte* abluisse. Ridiculum sanè cum antiquissimi gentis illius Annales principio quinque tantum fratres Insulam inter se diuisisse, non autem septem asseuerent, qui omnes sub vnius Imperij, & Regni corpus coaluerint. Postea pudendum illud de S. Palladio cõmentum ponit *Dum Patricius Roma moraretur, missus est Palladius Episcopus a papa Calestino ad Scotos ad Christum conuertendos, qui primo verbum Dei in Scotia pradicans tandem in* Britanniam *peruenit, & in terra Pictorum defunctus est, deinde audita morte* Palla*dii Patritius Theodosio, & Valentiniano imperantibus a papa Calestino ad partes occiduas missus est.* Omnia impurissimi mendacij plena. Nam *Palladius* ad Scotos iam conuersos est missus, & credentes, non conuertendos, vti supra plenè, deinde in Britãniam hoc est Angliam eum penetrasse falsissimum post susceptum semel apud Scotos docendi munus. Illud amenter etiam confictum *Palladium* in terra Pictorũ vita functũ cum Forduni obierit oppido Meruiæ in Scotia, vt ostendi hoc etiã imperitiæ, & ignorãtiæ, Patricium successorem destinatum Palladio, Valẽtiniani imperio cũ multis post eum annis *Palladius* in Scotiam fuerit missus, scilicet sub *Theodosio*

iunio-

iuniore. Erratum erit igitur, vt minus, centum annis totis. Sed ad S. *Patricium* redeo quem sibi contrarius, vult Hibernienſem ortu fuiſſe, & in Scotia venditum cum prius ortu Scotum, & in Hibernia venditum dixiſſet. pergit Saperda, & Inſulſus à *Matthæo Archiepiſcopo Patricium ad Episcopalem gradum promotum* aſſerens cum Archiepiſcopi honorem, à Cæleſtino papa acceperit, vt infra patebit ex Sigeberti Chronico. Denique *Sepulchri locum eius ignotum* contendit cũ oẽs eum Duni ſepultum, & veteres, & recentiores affirment. Syluester Giraldus Topograph. Hibern. cap. XVIII. & verſus vulgatiſſimi, licet falſiſſimi, nam *Brigida* Abrenothæ in Canonicæ de iacet; ac in Scotia, ex loci archiuis, & Actis Leslæus lib. IV. hiſt. p. CXLIX. *Patricius*. vero in Glaſtouia, regione Somerſetenſi, & vixit, & obijt; ſi Malmesburienſi fides lib. II. geſt. Pont. pagina CXLV. nec de *Patricio* iuniore dicant Irlandi intelligendum, ſiqui dem Hiberniæ Apoſtolum idem autor vocat, & G. Gamdenus pag. CLVII. deniq; *Columba* in ea Inſula iacet, quæ Scoticæ dictionis, & Scotorum regum ſepultura, a nomine huius ſancti *Colmkil* dicitur, Scotichronicon, & Veremundus, tantum improbitas Hirlandica effecit, ſanctos Dei, qui alijs deberentur, ſibi affingens: Huntindonienſis vero ſcribit S. *Columbam* ad S. *Martini* Epatu S. *Niniani*, .i. in Gallouidia, ſepultum lib. III. pag CXXCIX. quã mẽdaces ergo

Hi tres in duno tumulo tumulantur in vno (hi verſus?
Brigida, Patricius, atque Columba pius.

Clariſſimè patriam S. Patricij expreſſit H. Rabanus in Martyrologio. *In Scotia Natale Patricij Episcopi, qui in Hibernia Inſula primum prædicauit nomen Domini noſtri Ieſu Christi*. Notkerus Balbulus et Martyrolog. ſcriptor eodem illo die. *In Scotia natiuitas S. Patricii Epiſcopi, Natione Britanni, qui in Hibernia Inſula Scotis primum euangelizauit nomen Domini noſtri Ieſu Christi, & eos per miraculorum oſtenſionem ad fidem veram conuertit*. fefellit & hunc & nullo alios rerum noſtratium exordium, nam quia Scoti primum ex Hibernia in Britanniam tranſierunt, exiſtimarunt Scotos ſemper eam Inſulam inhabitaſſe, vſque adeo nominum, vt confuſio ſit inextricabilis, vtque quidam autores ſupra laudati, Ado, Gaicſinius, Maurolycus Scotos fidei Christianæ veritatem, & lucem Euangelij a S. Patricio hauſiſſe ſcripſerũt, quimo ipſe Mellanius Probus Scotus

autor

autor vetustissimus, sed à librarijs, aut sciolis corrupto *in vita S. Patricii, prodit Palladium intactis rebus Scotorum ab illis fuisse repulsum, ac in munere, quo fungebatur Archidiaconatus esse defunctum*, eique successorem *Patricium gentem eam ad fidem conuertisse.* quod etsi historicæ Ecclesiasticæq. veritati sit contrarium tamen à Græculis magno consensu est receptum. Ruffin. lib. I. histor. Ecclesiast. cap. XI. Nicephor. Callist. lib. VIII. histor. Ecclesiast. capit. XXXIV. & transcripsere illos Ant. Sabellicus, & Gilbertus Genebrardus, quos omnes in manifesto errore versari, & supradicta à me in S. Palladio, & in apparatu hist. facilè conuincunt, & illud non de Scotis, sed de Hibernis intelligendum docent verba Martyrologij Romani die laudato. *in Hibernia natalis S. Patricii Episcopi, & Confessoris, qui primus ibidem Christum Euangelizauit & maximis miraculis, & virtutibus claruit.* Sola hæc est autoritas, quæ Hibernum conuincunt fuisse, sed non magni ea momenti, siquidem Martyrologium de depositione, non temporali ortu loquitur, ita falsi qui ex hoc loco Hirlandum contendunt, vti & fabulatores illi, qui in Gallijs natum volunt, a Scotica naue pyratica, aut Saxonica puerulum inde sublatum in Hibernia diuenditum, in Anglia educatum, porcorum in Hibernia pastorem, seu subulcũ Romæ institutum, quæ pugnantia simul omnia vera esse non possunt, & Gallos deijcit spe sua. Malmesburiensis loco laudato, qui eam opinionem ridet. Nec desunt qui triginta annis in *Glastembургensi* Cœnobio commoratum cum fingant in Anglia. In his Gulielmus Cambdenus in Britann. descript. in *Belgis* vulgo *Dorsetshire* pag. CLVII. Sed refellitur hoc facilè, cum seculari ille vitæ professione non etiam monastica reperiatur egisse, nisi forte dicant in monasteria monachorum admissos seculares, quod non legi. Sunt tamen qui eum Canonicum Regularem fuisse velint in his Ioannes Trullus Aragonius lib. I. histor. Can. Reg. cap. V. quod & verum esset non tamen Monachus foret cum Canonici Regulares non sint Monachi Ioannes Baptista Cicada S.R.E. Cardinalis Bernardinus Scotus Zacharias Ferrerius, Hieronymus Mentuatus contrarium docuere.

Vtcunque sit certè Hibernorum est Apostolus. VVernerus Roleuinchus in fasciculo temporũ. *Patricius filius sororis S. Martini mittitur*

titur. In Hiberniam a Cælestino papa vir mirabilium operum. Vixit annis centum viginti, quod vix credibile est constat enim *Palladio* a S. *Cælestino* misso anno ccccxxx I I. qui vltimus eius pontificis fuit successisse *Patriciũ*, nõ nisi eo mortuo, igitur è duobus alterum verum esse oportet, aut *Palladii* successorem non fuisse *Patricium*, aut non ab eodem pontifice vtrunque legatum, nam, vt dixi, Cælestinus vltimo sui pontificatus anno *Palladium* ad Scotos destinauit qui ibi magna sanctitate, & eruditione multis annis versatus, cum tamen si verum sit, quod Laerius scribit oportuerit eodem illo anno, & missum ad Scotos *Palladium* excessisse, & *Patricium* ei successorem designatum, & S *Cælestinum* fato etiam concessisse, quod durum credere; nihilominus tamen eundem illum errorem video amplexum Sigebertum, qui in Chronico anno laudato, hæc habet. *Cælestinus papa ad Scotos in Christum credẽtes* Palladium *primum mittit Epm postquã ab eodẽ* Cælestino *ad eosdẽ missus est S.* Patricius *genere* Britto *filius Conches sororis S. Martini Turonensis, qui in baptismo quidem dictus est Sucbat a S. Germano Magonius, a Cælestino verò* Patricius *a quo Archiepiscopus Scotorũ ordinatus per LX. annos signis, sanctitate, doctrina excellens totam insulam Hiberniam cõuertit ad Christum.* Et in eodem opere ad annum ccccxc I. *S. Patricius secundus Hiberniæ Archiepiscopus anno ætatis suæ CXXII. in Christo quieuit.* Non fuisse secũdum gẽtis illius Archiepiscopum supra ostensum. Totum vitæ ordinem breui recensione ponit Marianus Scotus lib. I I. chronicor. ætate VI. ad annum ccccxc I. *S. Patricius Hiberniæ Archiepiscopus cum esset annorum* xc I I. *obiit, cum esset annorum sexdecim vẽditus est, sex annis vixit in seruitute, in Romanis partibus*, puto aliquid deesse, saltem annorum numerum, quibus in Romanis vixit partibus, *Sexaginta annis predicauit in Hibernia* & forte etiam erratum a librario fuerit in numero primo annorũ siquidem consensus est Scriptorum viuendo cum centum & viginti annos superasse. Idem de eius redemptione eodem libro ad annum cccxcv. *Cum S. Patricium noluisset dominus suus dimittere, nisi pro Massa aurea, Seruauit S. Patricius, præcepto Angeli Victori cuidam gregem porcorum quorum custos dum fuit sanctus. Patricius & pastor, fodit Massam auream, quam ille Patricius domino suo pro se dedit* Vereor ne fidem etiam fallat in hoc antiquitas, nam Sigebertus

etiam hortabatur, vt a Magistro suo socios expeteret, & cum ijs ad alium se se locum transferret. Nec plura eo in loco.

Sanctissima eius opera venerabile etiamnum hodie apud nostrates Hibernosque nomen ei conciliant, vt nullum ardentius colant sanctorum, aut vota crebrius, maioriq; pietatis affectu nuncupent; extatq. non sine impiorũ, & sectariorũ horrore antrũ ab eo diuina permittente gratia factum cuius antea hic supra Maurolycus meminit, & præter rerum Hibernicorum Scriptores describit Simeon Maiolus diebus Canicularibus Colloquio VX. verba sũt. *Cum S, Patricius prædicaret Hibernis, nec eos per miracula, neque per comminationem futurarum pœnarum, nec per promissa Cælestium gaudiorum, posset conuertere, Deus per eius preces locum indicauit mirabili hiatu, ac profunditate inscrutabili per quẽ in Purgatorium descenditur, quin, & Purgatorium S. Patricii vulgo nuncupatur, descendere in illud plurimi, aliique quidem nunquam redeantes, alii redeuntes admiranda quæ sibi contigerunt de pœnarum acerbitatibus à se visis, tradiderunt. Inter hos præcipuus Agneius miles de quibus rebus, atque aliis pluribus libello quodam præcipuo actum est vti partem eius recenset Dionysius* Carthusianus, *De quatuor Nouissimis Artic. XLVIII. Sed ante illum scripsit de eodem Vincentius lib. XX. Spec. histor. cap. LIV. Appellari autem purgatorium D. Patricii memorat Albert. Grätzius Dan. lib. II. cap. XXIV. huc penetrasse Vlyssem ex Claudio putat Ioannes Camers ad caput xxxv. Solin.* Plura qui cupis, adi S. Antoninum Archiepiscopum Florentinum, Ioannem Capgrauiũ, qui non est manu mea, & alios scripsere vitã eius ex professo Mellanius Probus Scotus, vt dixi libris II. & Gulielm. Malmesburiensis lib. III. neuter est penes me, diligens lector consulere potes. Hic scripsit.

De Antiquitate Auallonica. lib. I.
Itinerarium Confessionis. lib. I.
Hodaporicon Hiberniæ. lib. I.
Historiam Hiberniæ ex Rhuano vetusto autore. lib. I.
Epistolas plures. lib. I. quas laudat loco vltimo laudato Gulielmus Cambdenus. Ego tamen non vidi.
Sermones plures. lib. I.

Obijt anno ætatis xcii. vult Marianus, vel cxx. vt VVernero Roleuincho placet, vel certe anno cxxii. vt probabilior præfert autoritas plurium, anno Salut. cccclviii. vt Syluester Giraldus prodidit, vel ccccxci. vt receptior est cum Sigeberto opinio in quodam libro veteris notæ M.S. Chronellliæ hæc extant. *Anno quo S. August. Doctor mortuus est, scilicet* ccccxviii. *missus est* Patricius *in Hiberniam venit vero eo anno* ccccxxxii. *Obiit* Patricius ccccxciii. *anno ætatis suæ* Cxx. Omnia hic incerta, gens natiuitas, educatio, uitæ, series, Apostolatus legatio Romæ Aduentus in Hiberniam, tempus apostolatus, denique mors ipsa, ac sepultura, tanta est in tam Illustri viro ornando scriptorum vetustiorum, quà cupido, quà dissensio.

S. PLECHELMVS. 1002.

S. PLECHELMVS Episcopus Cādidæ in Scotia. Casæ Bedæ lib. v. Hist. Angl. cap. xxiv. & sequitur eum Molanus iudiculo SS. Belgij pag. Lvi. Io. Gerbrand. à Leidis lib. ii. chronic. Belg. cap. xvi. S. *Plechelmus sacerdos Dei in confinio Scotię de clara nobilium prosapia procreatus* Sacerdos eunti Romam S. *VVironi* propositi se, & itineris sociū adiunxit, & à pontifice Romano Episcopus creatus est, siue *VVironis Episcopus* sic enim loquitur Anonymus Autor in vita S. *VVironis* apud Surium tom. iii. die viii. Maij. Addit autē, *Plechelmus virtute venerabilis, nec ętate maior, nec meritis multo minor.* Consecratus ergo Romæ, Cùm ad patriā reuersus aliquandiu substitisset. Iterum eūdem *VVironem* secutus in Gallias venit, vbi a *Pipino* honorificè excepti *montem* Odiliæ, siue Petri ab eo acceperunt, ibique sanctissimæ vitæ cursum terminarunt, vt multis infra. In S. *VVironis* relatione agetur,

Est autem S. *Plechelmus* Patronus Rutæmondæ in Belgio Vrbis, cuius nomini præcipuum templum dedicatū, quæ Episcopalis sedes erecta est. Concedente *Paulo* iv. anno MDLix. Recoliturque eius sancta memoria die xv. Iulij, vt in Martyrologij Vsuardi additionibus doctis Molanus expressit. *Ciuitate Vndensi le natale* S. *Plechelmi Episcopi Tuncintiensis*. indicauit Aubertus Miræus de Colleg. Canonicor. cap. Lvii. ex Anonymo quem laudaui nuper scriptore, Omnia eius scripta æui iniuria perierunt.

Flo-

Floruit anno DCCXLVIII. venit enim in Francia regnãte *Pipino* patre, vt existimo, *Caroli Magni*. Magna certè Anonymi illius autoris iniuria est, qui neque Episcopatum nominauit, neque Pontificem à quo inaugurationis insignia suscepit, expressit. Ego conijcio Episcopatus eum insignia à *Paulo* I. habuisse qui XCV. in Petri Cathedra, sedit Circa annum salut. DCCLVI. Regnante apud Scotos *Eugenio* VIII. An idem sit Plechelmus, aut Pechtelmus *S.* Adelmi socius apud Trithemiũ lib. III. de vir Illustr. s. Benedicti cap. CXLII. quæratur.

S. PHILANVS. 1003.

S.PHILANVS Episcopus, vel *Filanus* Abbas. Sanctissimæ recordationis apud nostrates in Fifa, & Argadia cultus, cui templum, & arx munitissima in lacu leuino. Hect. Boeth. in descriptione Scotiæ memorabile de hoc narratur ab eodem lib. XIV. histor. Scotic. pag. CCCIII. *Robertus Brusius* Rex ad bellum in Anglos se paraturus, Brachium S. *Philani*. Iussit in castra deferri, sed à Sacerdote deceptus, & capsula tantum argentea non ipsum Brachium cõcessa ne tumultu, scilicet perderetur; sed cum Rex in precibus perseueraret capsula sponte, nulloque tangente aperta, verum Brachium, quod domi relictum sacerdoti ostendit, quo rex & milites armati præclaram victoriam de hostibus retulere cæsis L. millibus Anglorum; cum ducentis Equitibus auratis ipso Rege Eduardo ægrè fuga, & proditione Merchiarum comitis elapso. Scripsit.

De Meditatione Sanctorum.	*lib.* I.
Homilias.	*lib.* I.
Epistolas ad Ecclesiam suam.	*lib.* I.

Floruit anno DCCIII. Colitur die IX. Ianuar. Breuiarium Scoticum.

S. PRISCVS. 1004.

S.PRISCVS Episcopus incertæ sedis vti priori illo, & rudi seculo receptum magna virtute, & sanctitatis fama, Ecclesiam sibi commissam administrauit, *Coætaneus ss. Colmanni, Medani, Medani, & Euchini*. itidem Episcoporũ. Hect. Boeth. lib. VIII. Ecclesiæ scoticæ

in fine. Ioannes Leslæus lib. IV. pag, CXLIII. scripsit.
Homilias de sanctis. *lib.* I.
Viuebat anno DXXXI. quo die colatur non reperi.

S. PEREGRINVS. 1005.

S. PEREGRINVS à vita cognomento desumpto, scotiæ Regū *Romani*, & *Plantulæ* filius, incomparabilis sanctitatis vir, qui ex peregrinatione Hierosolymitana XLII. annos totos eremum incoluit; partemque Apennini à suo nomine appellari fecit, ubi & templum ei sacrum ingenti concursu, in ditione Mutinensi, frequentatur, corpus vero Lucę requiescit, vt Syluanus Razzius in vita sanctorum Hetruscorum, & Cæsar Franciottus in opere de sanctis Lucensibus prodiderunt. Vitam eius Anonymus scriptor Italus, nec doctus, dedit, eamque Regij, & Bononiæ publicauit Peregrinus Capius: sed ea mihi est iure suspecta, quod anilibus fabulis sit referta, nec quicquam bonæ frugis contineat. I. *Romani*, & *Plantulæ* scotiæ Regum, nec Annales scotici, nec peregrini vlli scriptores meminerunt. II. ad Regnum vocatus, diadema respuit, totumque patrimoniū, idest census Regni annuos, pauperibus erogauit. III. dū visitaret loca sancta Hierosolymis adiit, adorauitque locum, vbi Deipara Virgo baptismo lustrata. IV. iubetur in Ægypto adorare *Mahometum*, qui ducentis a morte *Peregrini* annis, vir natus fuerat. V. postquam innocuam flammam decem horis illæsus sustinuisset, Aegypti *Soldanum* cum toto Regno sacro baptismi fonte lustrauit, cum adhuc eo seculo Aegyptus sub Romano esset imperio, nec nomē *Soldani* multis postea seculis auditum. VI. Dum Ancona (quo ex peregrinatione Hierosolymitana appulerat Romam) petit, in itinere s. *Michaelis in monte Gargano* Fanum supplex inuisit duplici sanè errore, nā mons *Garganus*, neque in illo tractu, sed in Apulia prope *Sipontū* Vrbem sit, neq. adhuc eo tempore instituta solemnitas apparitionis s. *Michaelis* in eo Monte, qui dicitur apparuisse anno CCCLXXXVII. vt Sigebertus vult, vel CCCCXCII. vt ad diem VIII. Maij in Martyrologio Romano. Baronius docet ex historia M.S. illius rei, quę in Biblioth. Vaticana habetur, idque factum vult anno DXXXVI. Vide locum. VII. Canonizatam anno salut. CCCCLXIV. cū multis postea

secu-

feculis cæremoniæ referendi in fanctos, feu *Canonizationis* fint introductæ, vt memini me in hiſtoria Eccleſiaſtica obſeruare. Vtcũque illa vita ab imperito fit fcripta; conſtat tamen magnæ ſanctitatis virium fuiſſe, & piæ vitæ Anachoretis vnicum exemplar cuius ſepulturæ adfuerunt, vt idem ille autor ignobilis tradit *Geminianus* Mutinẽſis Epiſcopus, & *Alexius* Piſanus Epiſcopus cum omnibus alijs Hetruriæ Epiſcopis, & Clero s. *Seuerinus* Rauennæ Archiepiſcopus cum Galliæ Ciſalpinæ omnibus præſulibus numero quidẽ xxvii. ſcripſit.

Orationes, & orandi modum. lib. 1.

Meditationes. lib. 1. quas dicunt ipſius manu corticibus arborum inſcriptas, etiamnum hodie aſſeruari.

Obijt anno Ccccl x i v. quo etiam in ſanctorum album relatus, & templum ei dedicatum die 1. Auguſti quo Bonnienſes, Mutinẽſes, Lucenſes, alijque Italiæ populi commemorationem ipſius ſolemnem agunt, & veluti natalem celebrant.

S. PETRANVS. 1006.

S. PETRANVS frater s. *Gibirini ex Scotia* cum in Gallias ſecutus, miro ſanctæ, piæq. vitæ ardore in Rhemenſi tractu uixit, ſanctis adſcriptus, vt reliqui omnes ſeptem fratres; Molanus, & Georgius Coluenerius notis ad Flodoardum. ſcripta perierunt.

Peregrinabatur anno DIX. Sigeberto autore, quando obierit non comperi.

S. PETROCVS. 1007.

S. PETROCVS in Scotia mediocri fortuna parentibus ortus, vt in Scotichronico habetur in Hiberniam traiecit, vt diſcipulos, s. *Patricii* coram conueniret à quibus aliquandiu detentus ad s. *Danidem Scotum* apud Menenenſes agentẽ in Coronubiã trãſiuit, vbi vita verè Apoſtolica inſtituta ad oppidum *Laſſenæ*, ſeu *Lederic* Monaſterium celebratiſſimum manibus ſuis fundauit; quod ab ipſius nomine *Petroceſtovv.* deinde contracta voce à poſteris padſtovv,

quo nullum in tota Anglia sanctitatis opinione, aut Monachorũ doctissimorum numero nobilius. scripsit pleraque, vt in Polychronico scotico est lib. IV. cap. XII. sed omnia interierunt, præter

De vita solitaria. *lib. 1.*

Floruit anno DLXIV. stultissime Anglum facit Pitseus.

n, PRAXEDES. 1009.

S.*PRAXEDES* filia *Claudiæ* scotæ de qua egi lib. III. supra hoc opere, & s *Pudentis* Senatoris Romani. Soror ss. *Nouati, Timothei, & Pudentianæ*. de ea sic Martyrologium Romanum die XXI. Iulij. *Romæ S. Praxedis Virginis, quę in omni castitate, & lege diuina erudita, vigiliis atque orationibus, & ieiuniis assiduè vacans, quieuit in Christo, sepultaque est iuxta sororem suam* Pudentianam *via salaria*. Addit ijs Franc. Maurolycus Martyrolog. eodem die. *Officioque erga pauperes exercitata*. Id Ado Treuirensis explicans eodem die in Martyrologio. ait eam *omne defuncti patris patrimonium in pauperes erogasse*. Vitam eius scriptam aiunt a *Pastore* quodam presbytero, qui eam sepeliuit, quando huius nomen in S.R.E. titulum Cardinalitium iuerit, docet historia M.S. quæ in Vaticana Bibliotheca asseruatur, & ab eruditissimo Baronio, laudato laudatur, Martyrologii Romani loco.

S. PVDENTIANA. 1001.

S.PVDENTIANA, vt vult Martyrologium Romanum die XIX. Maij, seu *Potentiana*, vt alij malunt, Galesinius, Maurolycus, Ado Treuerensis, & Vsuardus eodem die. Filia Claudiæ scotæ, soror s. *Praxedis* verba Martyrolog. sunt. *Romę sancta Pudētiana virginis quę post innumeros agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas pro Christo, pauperibus erogatas, tandem de terris migrauit ad* Cælos. Gesta etiam huius. Idem Pastor presbyter recenset, & Mombritius Tom. II. vit. ss. [illegible] quia non scota est, sed scotæ tantum filia. longiorem de ea sermonem non produco, qui volet fontes ipsos adeat.

Floruit hæc cum sanctis suis Germanis circa annum XC.

PAS-

PASLATENSIS. 1011.

PASLATENSIS quidam Monachus incerto nomine, sed magnæ eruditionis claritudine si tamen vnus ille fuit, ac non plures incæpti ab vno, eo in monasterio operis continuatores. scripsit.

Chronicon ab initio Mundi. *lib.* 1. quod Georgius Buchananus in historia sua scotica sequi se profitetur, & veluti Palladium incendio furentium cum *Knoxio* hæreticorum exceptum asseruat *Alexander Setonius* scotiæ Cancellarius Dunfermelinæ Comes, eo & si res orbis vniuersi, res tamen præcipuè scoticas attingit, & sunt quæ Hector. Boeth. non viderat.

Viuebat anno Mcccclii,

S. PATRICIANVS. 1012.

S. PATRICIANVS, quis fuerit docet Hect. Boethius lib. VIII. hist. scot. in fine. *Passi sunt complures sub idē tempus Antistites, & sacerdotes propter Christi nominis confessionem à Saxonum feritate in Albione vti: qui Britanicas res memoriæ prodiderunt, literis mandarunt constantissimis animis Martyrium: alii aliò fugientes secundioribus se rebus seruauerunt, & inter eos Patricianus Episcopus vita, & disciplina insigni apud Congallum Regem, à quo præsidiis, & agris in Mona Insula donatus, vitam planè Christiano dignam docendo, & exhortando ad meliora peregit quieuit is Beatissimo fine perspicuum cunctis exemplum, studiosam vitam, Deoque optimo maximo semper acceptam relinquens. Conrano Rege imperante. Memonit & Ioannes Fordanus hist. scot. lib.* III. *qui ait eum scripsisse.*

Documenta ad fideles. *lib.* 1.

De persecutione saxonica. *lib.* 1. gens ea barbara feritate littus Oceani Britannici primum obsidebat, deinde regionem ipsam ingressa, ciues omnes, sed maximè Christianos mactabat.

Viuebat anno Dxxxiv,

complices appellans *Cælestinum*, & *Iulianum*, vt & Sigibertus quicos locat in Anno salut. ccccxv. rectius haud dubiè. His & *Leporium* addit ado Vienensis Chronico, sed *Cælestinum* vocat, & Episcopū facit, vt & *Iulianum*. Qui plura volet adeat Bedæ Annales Anglicanos, & Ioannis Balæi Centurias. Polidori Virgilij Historiā lib. iv. & alios.

Florere incepit, vt monui anno CD. iv. hoc est anno xvii. Antequam Anglisaxones in Britanniam adpulissent, & mirum in modum rē Christianam, ea in gente turbauit: sed tamen ab eius pestis atrocitatate immunis fuit nostra Scotia nec quicquam suę fidei puritati nocuit vicinorum contagio.

S. PECHTVVINVS. 1013.

S. *PECHTVVINVS* Candidæ Casæ in Scotia præsula Florcinet Vuigoruiensi memoratur. Scripsit vero.

In Matthæi Euangelium commentarios. lib. i.

Mss. extant in Bibliotheca Pauli Petanii Senatoris Parisiensis.

Obiit Anno Dccxcix. hoc est anno x. Caroli Magni apud Francos, imperante Scotis Fergusio. iii. Autore Vuigoruiensi, loco laudato.

PHILIPPVS 1014.

PHILLIPPVS Abbas Scotorum Benedictinorum ad D. Iacobi in suburbio Herbipolensi, & Camobiarcha xvii. *Michee* successor sub *Ottone Volffabele* Episcopo. Vir fuit Religiosi voti tenax obseruator, nec minus prompto ad sæcularia negotia animo, censum auxit, & honorem. Scrpsit.

Epistolam ad Carolum IV. *Imperatorem*.

aquo omnium priuilegiorum monasterii confirmationē impetrauit.

Præfuit annis xxi. Obit anno M. ccc Lxi. Cronicon dicti Cenobii.

PHILIPPVS. 1015.

PHILIPPVS & ipse eiusdem Monasterii Abbas numero XXXII. sub quo Cœnobium, decessorum in curia in vltimam, & non fetēdam penuriam incidit, vt Redibus Coll: pūs Monachi omnes excederent, quam vastitatē, & desolationem mors ipsius statim est insecuta, quo defuncto *Laurentius* Herbipolensis Antistes bulla impetrata ab *Alexandro* VI. pontifice regimen a *Scotis* in quorum gratiam fundatio facta fuerat, ad *Teutones* transtulit sub quibus varia fortuna diu fuit. Nimiū vehemens in Scotos nostros est *Ioan*nes Trithemius Abbas, eo *Spainheymo* trāslatus, sed excusat *Ioānes Busæus* doctissimus Iesuiticæ societatis pater. Scripsit *P*hilippus.

De miserabili Monasterii desolatione. lib. 1.

Sedit anno I. obit an. MCCCCXVII. primus Aabbas Germanus, qui Scotiseo in monasterio regendo successit fuit *Kilianus Crippus*. Vide chronicon Trithemii.

S. PASCASIVS. 1016.

SPASCHASIVS princeps legationis Romanæ cum a Sanctissimo, Victore pontifice *Donaldus* Scotiæ Rex *Doctores* obnixè petiit, quorū opera pia *scoti* christiani fierent Paulus Iouius in descriptione scotiæ. Qui nam hi Doctores primi, & Apostoli Scotiæ fuerint a nostrarū rerum *S*crip toribus proditum non erat, nisi Lismorensis Monachus Anonymus id nos docuisset. Scripsit.

Contra ritus Paganos *lib.* 1.

Institutio ad Neophytos Scotos. *lib.* 1.

Anonymo Lismorensi.

Viuebat anno CCIII. eo enim anno Scotia ad fidem conuersa dixi in apparatu. colitur Dorui in Sutchilandia XII. Decemb. Breuiaria Scotica.

 S.PRI-

S. PRISCVS. 1017.

S.*PRISCVS* hic aliũ pcessit multis annis ex eorũ num. qui *Caldei,* seu *Dei Cultores* a nostratib. appellati,populi Christiani doctores habebãtur,quo sæculo claritudinem etiam sunt consecuti, *Amphibalus, Modocus, Calanus, Ferranus, Ambianus, Carnocus, & plerique alij viri doctrina, & religione insignes,* ait Ioannes Leslęus lib. I I I.pag.CXXII & Hect. Boeth. lib. VI. histor. Scot. vt sæpe hoc opere indicatum. Scripsit.

Contra Ethnicorum superstitiones *lib.* I. Qui ea tempestate penitus Scotia eliminati *Caldeorum* opera.

Florebat Anno CCXC.vel serius vt alijs visũ, sed parũ interest.

S. PIRMIVIVS. 1018

S.PRIMIVIVS Scotus Apostolus Boiorum, nam primum quidẽ Meldensium Episcopus, vt Baronio videtur,aut Argentinensis,vt alijs placet,uel Episcopus in Bauaria,vt sentit Cratepolius deinde Augiam Diuitem famosum cœnobium fundauit,& quia in ea insula serpentium tãta copia erat,vt certam incolis perniciem adferrent,eos omnes serpentes vno Crucis signo in perpetuum abegit,sed ab hac sede sua depulsus,in Alsatiam se condidit, alia monasteria cõditurus. Cõtract. Cronico. Trithem. lib I V. vir. ill. cap. CXC*I*. vitam eius litteris mandarũt Henricus Comes a Calune abbas Augiensis, & Vuarmannus Comes à Dilingen *E*piscopus Constantiensis. Hunc tantum virum non desunt,qui Angliæ donarint,in Scotiæ præiudicium,sed ex actis ipsis prudentius nostratibus eum adiudicanit. Vuolffgang. Lazius in Austria, & rursus in migrat. Gent. lib. V I I. pag. CCXXXI. vide Raderum in Bauaria sancta. Scripsit

Homilias varias *lib.* I.

Floruit anno DCCXXVII. Contract. vt iure Baronium reprehẽdat Vuion. pag. CCCLX colitur die III. Nouẽb. Martyrolog. Rom.

S. POTENTINVS. 1019.

S. *POTENTINVS* abbas Scotus,ac discipulus *S. Columbani* Scoti

Bobienſis,cum eo Luxonium profectus,cum eo inde a Theodorico,& Bruuichilde expulſus.Franciã luſtrauit,donec Conſtantiam vrbẽ in Armoricis adpuliſſet in cuius ſuburbano cætũ monachorum collegit, quibus in ſumma regulæ obſeruantia præfuit; magiſtro ſuo ſimillimus. Scotũ autem eſſe liquet, nam nemini Luxonio exire cũ Sancto viro permiſsũ,qui non eiuſdẽ cõciuis,& cõterraneus,hoc eſt Scotus. S. Ionas cap.xxiii.pag.CLIX. ſcripſit.

Ad monachos collectos. *lib.*1.

Epiſtola ad Columbanum. *lib.*1.

Floruit anno DCXX I.dies cultus eſt incertus.

S. PROMPTIA, 1020.

S.*PROMPTIA* virgo ſoror S.*Gibriani* Scoti,q cũ eo,ſeptẽq; fratribus patria egreſſa,in Galliis regulariter vitam,in timore domini, transegit, & in territorio Rhemenſis Archiepiſcopatus ſanctorũ operum plena quieſcit. Flodoardi hiſtoria.

Depoſita eſt anno DXIX. Iac.Cheyneus.

POSSENNIA, 1021.

S.*POSSENNIA* ſoror itidẽ ſuperioris,& virgo, codẽ vitæ genere vſa,eadẽ in prouincia,ieiuniis,& orationibus dedita,vixit,& in eadem depoſita, ſanctorum itidem albo, ſaltem ab Epiſcopo loci inſerta,colitur.idem Flodoard.

Annus idem cum ſorore,dies vero incertus.

PATRICIVS, 1022.

P*ATRICIVS* SS.Trinitatis monachus natos Doruę in Sutherlãdia, monaſterij Aberdonẽſis ſuperior,cum ſectarij omnia temerarent, iamq.ipſum cœnobium,ferro flammaq.ſæuituri,demoliri appararent, concionaturus ob viam proceſſit, ſed illi qui Deum contempſerant,ipſumq. verum cultum aboleuerant, nequaquam Sacerdotibus parcere decreuerant,uerum eum ſcalis præcipitatũ, eliſo celebro,interemerunt.

Necabatur anno M.D.LIX.

PATRICIVS PANETARIVS 1023

PATRICIVS Panetarius doctrinæ laude,& professione, Parisiis inclytus,sed multò magis prudentiæ dotib. celebris quo nomine in *Arcani* Cõsilij secretum admissus a *Iacobo* IV.Rege.Edidit ad eum.

Politicas obseruationes *lib.* I

Claruit anno MDXX.Hectori Boethio æqualis.

IOANNES PAPARO. 1024.

IOANNES Paparo Apost.Sedis per Scotiam,& Hiberniam legatus,& Cardinalis,autoritate *Eugenii* III. Hiberniæ *Archie*piscopatus quatuor instituit *Armachanum*, *Dublinensem*,*Cassiliensem*,*Tuamēsem*,vt ex Baronio colligit in Geographia Ecclesiastica *Aubertus* Miræus. Hunc sane Onuphrius *Romanum* facit, forte qui a Romæ natum ex *Paparone* illo Equite, qui clarissimā eam familiam Romæ fundauit,vt supra hoc tractatu dictum cap. XVIII.Scripsit.

Ad ecclesias Scoticas. *lib.*

Hibernis *Archiepiscopatus* instituebat anno MCLI.nec plura reperi, corrupte *Ioannem Papirum* vocat Rogerius de Houeden. pag. CCLXXXI.

IO. PATRICIVS. 1025.

IO. PATRICIVS Banfiensis Seraphico ordini se totum mancipauit Aberdoniæ post legitimos in bonis artibus titulos,maximāque nominis existimationem, pietatis præconia certissima habiturus,*optime de Francisc.Relig.meritus.*ait Franc.Gonzaga part. III.de orig.Seraph.Relig.pag.DCCCXLVIII.*Cum LXXX. Fratribus Sacerdotibus ex Scotia in Belgium traiecit,& pro constante fidei confessione spontaneum exilium passus*,violatæ maiorum pietati eximium testimonium perhibuit. Scripsit.

Sermones ad fratres de patientia Euangelica. *lib.*I.*MS.*

Vt audio. *An-*

Andomari,& Tornaci,

Summarium legis diuinæ. lib. 1.
Contra hæreses nascentes. lib. 1.
Acta disputationis suæ. lib. 1.
De Missa sacrificio. lib. 1.

Exulauitanno M.D.LIX, cum primum in Ecclesias furens hæresis inuolauit, vbi obierit, non deprehendi.

PECTELINVS. 1026.

PECTELINVS Candidæ Casæ in Scotia Antistes eodem tempore sedebat, quo Hagustaldensem Ecclesiam Accas administrabat, nec plura de eo comperi. Scripsit.

Epistolas ad Accam Coepiscopum lib. 1.

Florebat Anno DCCXXXI. quem Annum mors ipsius insecuta est, cui *Frithunaldus* successit eodem Vvigoruiẽsi Autore, sed cum d uo priores Scoti fuerint hunc *Anglum* esse volunt, sed ego nullo probato scriptore id affirmari video. hoc sanè certo liquet *Candidæ Casæ* Episcopatum semper dictionis fuisse Scoticæ, nec vnquã Anglico iuri subiectam atq. etiãnum hodie *Galdiæ*, seu *Gallouidia* Episcopatus audit.

ROBERTVS PHILIPPVS. 1027.

ROBERTVS *Philippus* Sanchrensis nobile literarum Tirocinium in Scotia egit, auxit Louanii, absoluit, Romæ, Parisiis, ita sacræ Theologiæ arcana imbibit, vt cum in Scotia esset, nouatores congressum timentes, carceri eum publico, a patre hęretico proditum manciparint, vbi Constantia insuperabili minas eorum, qui torquebant, ac cruciatus spreuit. Lutetiam Redux, philosophiã publicè in Becodiano est professus. scripsit.

In omnia Aristotelis opera. lib. 1.
Fidei controuersias lib. 1.

Viuit adhuc Tolosæ in Sancto Presbyterorum Oratorij, cui se adiũxit, consortio, homo sine ambitione eruditus ac suauissima morum Comitate.

IOANNES PETREVS. 1028.

IOANNES *Petreus*, siue *Petri* Bonas artes in Galliis multos iam annos docet summo ingenij viuacissimi fructu. Scripsit

In omnia Aristoteli philosophica opera lib.1.

Tractatus Politicos lib.1.

Viuit adhuc Beriaraci in Aquitanica, & vtramq. linguam, seueriorem que gnauiter colit.

DAVID PERSONVS. 1029

DAVID *Personus* Abirbrothensis cui vico, & monasterio nobili nomen a fluuiolo alluente Neracensis in Gallia Collegij moderator, Baronis Rossensis Scoti nuper in Italia Comes, multarũ linguarum gnarus, varia opera habet emittenda, sed vernaculo sermone. in his sunt.

Varietas rerum lib. 1. opus ingens, & multis annis elaboratum.

Cantiones Scoticæ Amatoriæ. lib. 1

Apologia pro patria. lib.1. Neapoli nuper cõscripta dum quidam apud proregem de canon predignitate loqueretur; versus sanè sunt boni.

Viuit adhuc in Scotia finitis peregrinatione Scotica, & Italica.

HENRICVS PHILIPPVS 1030.

ALEXANDER PEIRSONVS. 1030.

DAVID PRIMROSIVS. 1031.

Nihil quod ego viderim emiserunt nisi Rege Scotiam repetente *Epigrammata quadã, & poematia*, quæ simul cum alijs prodierunt Edimburgi.

APPENDIX AD LIBRVM XV.

S. QVERANVS 1032.

S. QVERANVS *In Scotia Abbas*, ait Martyrologium Romanũ die IX. Septembris, repetuntque Vsuardus, Petrus Galesinius, & alij. Scripta omnia iniuria temporis interierunt. Quo tempore vir

San-

Sanctus floruerit non potui deprehendere. Existimo tamen esse qui *Ceranus* dicatur ab *Adamanno* Scoto in vita S. *Columbæ* lib. I. cap. III. & sic facilè erit ætatem ipsius deprehendere, nam qui ante *Columbam* vixit referetur iure in annum DC. meminit Arnoldus Vuion lib. III. Lign. vitæ pag. CCXCVIII. nec quicquam tamen de actis eius, aut tempore, ex Breuiario tamen Scotico, excerpente V. cl. *Iac.* Cheynæo I.C. ac Theologo deprehendi floruisse anno DCCC.LXXVI.

S. QVINTIGERNA. 1033.

S. *QVINTIGERNA* Vidua moribus sanctissimis matrona eo seculo in Scotia vixit, quo aurea pietas passim obambulabat eratque vnica sanctitatis cura.

Claruit anno DLX. Colitur die VII. Ianuarij. Breuiar. Scot.

S. QVADANOCVS 1035.

S. *QVADANOCVS* memoratur ab Anoymo scriptore in vita S. *Vuinoci* apud surium tom. VI. die V. Nouembris. fuit enim hic S. Vuinoci Ciuis, & discipulus, & peregrinationis socius Scotũ autem fuisse S. *Vuinocum* docet Theodoricus Abbas monasterii S. Trudonis in vita S. Rumoldi infra lib. XVI. sic ergo Anonymus ille. *Habuit proinde in consortium suscipiendæ peregrinationis coniuratos in Christi Sacramenta tirones, Quadanocũ videlicet Ingenocum, atq. Madocũ genere quidem spectabiles, & vita probabiles. Hi vna cum Beato Vuinoco rerum suarum onere expediti, patrio solo, perenetumque opibus exuti ad currendam viam mãdatorum Dei, passibus fidei ducebantur.* An vna cum *Vuinoco* monasticum habitum induerit in Monasterio Sithiin sub regula S. *Bertini* Scoti, affirmare non audeo. Est tamen probabile illum qui parentes, opesque caducas spe gloriæ æternæ reliquisset in tam sãcto proposito deserere magistrũ noluisse, & dicũt eius rei memoriã Andomaropoli hodie asseruari. scripsit

Vitam Vuinoci Magistri lib. I. Aliam ab ea, quam Surius recitauit loco ludato, quæ MSS. Bononiæ in Morinis extat.

Floruit anno DCXCVIII. vt ex actis ss. Vuinoci, & Bertini colligitur.

tur: eo enim anno posterior hic obijt. Beatum recolit Henricus Cesterius in Arbore Bertiniana, & Locrius pag. Lxxx. Chronici Belgici.

S. QVHISLAN. 1033.

S. QVHISLANVS Scotus Eremita in prouincia *Kyntyre* sanctè vixit, & eodem in loco depositus. incoluit autem lacum, quē prius à viro sāctissimo *Kilkieran* dicunt. ipse autem habuit cellam in mediterraneo eiusdē lacus, insula modica, quę hodie parochialis est Ecclesia, vulgo *Kilquhislan*, id est cella *Quhislani*.

Clarebat anno MCXII. colitur die vltimo Octob. Nundinæ loci. Brunus pag. xxcIx.


QVINTINVS. 1034.

QVIMTINVS vnus ex ijs, qui fatali Scotorum calamitati cessit *Eduardo* Angliæ Rege tyrannicè Scotiam Regum suorū pueritia, & dissidio expositam opprimente; tunc enim cū publica monimenta longa parentum cura coacceruata, & erudito studio collecta è Bibliothecis rapta igne consumerentur, & literati quiq. in Angliam relegarentur; hic spōtaneum sibi exilium indixit, & Parisios se contulit, vbi egregium a liberalibus studijs nomen patriæ, sibique peperit. Scripsit.

*Querelam de patria miseria lib.*1. versu eleganti, Prodiit Lutetiæ typis Stephani Ballard anno MDXI.

Florebat anno Mcccxx. aut præter propter.

Finis Libri Decimisexti.



S. H. RABANVS MAVRVS. 1037.

S.H.*RABAMVS*,seu *Rabanus* ab habitu corporis *Maurus*, & cognomento Gallico *Magnentius* vocatus Academiæ Parisijs sub *Carlo Magno* fundator, vide supra hoc opere lib. I. in *Alcuinus*, & lib. I. in *Clemens*, & lib. XIV. in *Mailrosius*. adde Paulum Morigeã Iesuatam lib. II. viror. Illust. cap. VI. *Monachi fuerunt Claudius Rabanus, & Ioannes cum Alcuino, qui fundarunt Academiam Parisiensem, & originem Ticinensi dederunt.* Hos, enim tres ille comites ex Scotia in Gallias habuit, vbi nobilissimum literarũ Emporiũ Lutetiç erexit, præter eos quos antea laudaui, ipse Balgus, & Dei veritatis, & scotorum hostis illiteratissimus descriptor. Britannic. centur. II. cap. XVII. *Ex prædictis constat Anglos, & Scotos Lutetiæ bonas artes primum publicasse.* Ridiculum sanè testimonium ; nam omnes illos Doctores magno Conatu Anglos fecerat, tum sui oblitus, scotos etiam in partem gloriæ vocat. & ineptit insanum Polydorus Virgilius lib. V. histor. Anglic. pag. CVI. eadem leuitate fidem fallens. Religiosius Itali, Galliq. ac Germani Ricobaldus Ferrariensis, Ptolomæus Luccensis, Robertus Gaguinus in Carolo Magno, Robertus Gonletus in Compendio fundationis vniuersitatis Parisiensis, aiunt vnanimi consensu *primam Theologiç sedem in Academia Parisiẽsi posuisse Alcuinum, Ioannem Rabanum, & Claudium Scotos*, quod Gilbertus Genebrardus inseruit suæ Chronologiæ pag. DXIX. Lilius Ferrariensis Gyraldus delatos ait *in Galliam ex Scotiam adinstitutionem Parisiensis scholæ, tempore Caroli Magni Claudium, Dementem, Rabanum, & Alcuinum*, sed corruptum nomen, legendumque *Clementem*: Raphaele Maplæus Volateranus Commentar. Vrban. *scholam Parisiensem, tunc primum inchoatam sua doctrina celebriorem reddedit.* Hunc verò Academiæ Parisiensis fundatorẽ eundem esse cum præsule Moguntino putat in Bibliotheca Conradus Gesnerus, & cum eo Iosias Simlerus. Vera sanè opinio est illum *Alcuino* multo fuisse iuniorem nam eius *discipulum* vocat Flodoardus lib. III. hist. Rhemen. cap. XX.

Hic a *Carolo Magno Meldensi* Episcopatu donatus, maluit religiosam

vitam sub regula D. Benedicti (quam in Mailrolensi in scotia monasterio amplexus erat) sequi adoptari voluit inter Monachos Fuldenses, quorum deinceps Abbas fuit Ermenoldus Diaconus in vita s. Solæ *Sanctissimus, ac in omni parte peritissimus dominus Abbas Rabanus perspicabiliter fulget.* Id sub *Carolo Magno* ei commissum Cœnobium, Idē autor testis qui illo ipso æuo scribebat, sed criminātibus fratribus, studijs Theologicis impēsius, quā par erat, addictum, seculariaque Cœnobij negotia ab eo nimium sepōsita, offensus secessit, nec poius rediit (etsi ardentissimis omnium votis & precibus reuocatus, nisi inauguratus) Moguntiæ Archiepiscopus VI. vt volunt a S. Bonifacio. Hunc *Sixtus* Senensis lib. IV. Biblioth. ss. *Robertus* Bellarminus lib. de scriptor. Ecclesiast. Ioan. Trithemius Catalogo illustrium viror. pag. CXXV. Et libr. de scripr. Ecclesiast. pag. CCLI. uolunt natione fuisse Germanū, Genebrardus pag. XXXI. Gallum, Balæus, & alii Anglum. sed scotiæ eum ciuem suum donant, præter rerum nostratium autores qui supra a me sunt laudati.

Nec minores super reipsa, & fundatione Academiæ, quam gente ipsius, dissensiones, siquidem sunt, qui eum non collegam Alcuini Ioannis, & Clementis uolunt fuisse, sed discipulum, & nec Fuldæ Monachum, sed Turonibus uixisse; quinimo non defuit Christophorus Brovverus, qui assereret eum Parisiis vixisse, nedum Doctoris ibi partibus functum, a nullo veterū probari, nisi ab autore Anonymo Abbatum Fuldensium.

Imo nec de successione Archiepiscopatus omnino certum. Lambert. Schafnaburg. Chronic. ad annum DCCCXLVII. *Oggarius Moguntiæ Archiepiscopus obijt cui Abbas Rabanus Fuldensis successit Abbatiam VValdo suscepit.* dissensit Marianus Scotus in tempore, & decessore ipso, nā lib. III. Ætate VI. anno DCCCXXII. ait *Eigil Fuldensis Abbas obijt Rabanus ei successit.* Cui fides adhibenda? Ille certè Fuldēsis Monachus, nescire ista non debuit. hic adstipulatores habet non vulgares. Florent. VVigoruien. ad annum DCCCXLVI. *Otgarius Archiepiscopus Moguntinus obijt, Abbas Rabanus Fuldensis successit. Hatto successit Abbas ad Fuldam.* In tem pore etiam Sigebertus discors, qui anno DCCCXLVIII. *Rabanus Abbas Fuldensis ordinatus, Moguntia Archiepiscopus celebra-*

ta

ta Synodo Moguntiaiussu Ludouici *Regis, multa Ecclesia vtilia decreuit.* Error etiam hic in nomine, nam *Rabanus* non *Rabbanus* dicitur ab Illustriss. Baronio *fulgentissimum Ecclesia Sydus*, referente Antonio Posseuino Apparatu facr. pag. CXI. Minus anni numerus, nam Synodum hanc coactam volunt anno DCCCXVI. & ipsi grauissime lapsi, conciliat discordias, & rem totam perspicuā facit Nicolaus Serarius lib. 1. Moguntiacorum, & Antiquitates Fuldenses.

Verba sunt Trithemij loco vltimum laudato. *Omne studium ad scientiam conuertit scripturarum, in omni eruditione tam secularium, quam diuinarum scripturarum longe doctissimus euasit, Philosophus Clarus poeta insignis, Rhetor facundus, Astronomus, & computista celeberrimus, grace, latine, & hebraice peritus, cui similem suo tempore non habuit Ecclesia; deinde succrescentibus meritis anno atatis sua quinto, & trigesimo omnium fratrum suffragio.* Hæc falsa esse oportet, & a Monachis Germanis conficta, *Illius Cœnobii Abbas electus est: & prasidēs Regimini annis quatuor, & viginti, multa, & pene infinita opera conscripsit & volumina. Demū post mortem Otgarii Moguntinensis* Archiepiscopi, *eiusdem Ecclesia Pōtifex consecratus est, & annis nouem in prasulatu sedens multa bona fecit Ecclesia.* Eadem loco laudato repetit subiungitque. *In Monasterio Fuldensi adhuc iuuenis Monachum induit,* in gloriam gentis suæ, hæc finxit Thrithemius, *& tam moribus, quam scientia mirabiliter profecit, vnde & quartus eiusdem Cœnobij Abbas consecratus, ouibus sibi commissis verbo, & exēplo XXIV. annis prafuit, & pene infinita opuscula scripturarum composuit. Tandem offensus improbitate monachorum suorum, qui eum dicebant nimium scripturis intentum temporalia negligere agente id in eis Diabolo displicentiam contra eum acceperunt, scandalizati in eo in quo maxime debuerant adificari, dans igitur locum ira, nec eum ingratis ouibus diutius manere consentiens, monasterium, & habitatores eius deseruit, & ad Ludouicum Imperatorem filium Caroli transmigrauit, cū quo & multis diebus permansit. Monachi autem panitentia ducti legationem ad eum mittentes rogabant vt rediret ad Monasterium, sed non impetrarunt. Mansit ergo cum Imperatore vsque ad mortem Otgarii Moguntinensis Archiepiscopi in cuius locum suffectus.*

Scripsit autem. *Mar-*

Martyrologium. *lib.* I. Editum nuper a doctissimo Canisio Tom. VI. antiquarum lectionum.

In sacram Scripturam. *lib. CLXXII.* Rogatu Freculphi Lexouiensis Episcopi cum quo ei magna ingenij exercitatio. Sixt. Senensis Bibliothec. Sanct. lib. IV.

Oratio in solemnitatem omnium SS. lib. I. institutam à Gregorio IV. volunt. Fascicul. temporum. pag. XLVI. Platina in Gregorio IV. *Scribunt rogatu Ludouici Sanctorum omnium celebritatem Kalendis Nouembris, Gregorium instituisse, eamque a Rabano Monacho Theologo insigni, carminibus, & prosa laudatam fuisse. In his enim duobus dicendi generibus, vir doctus, vt illa maxime tempestate satis valebat.*

Commentarii in libros Paralipomenon. *lib.* I. Platina ibidem.

In libros Machabaeorum. *lib.* I. qui licet incerto sint autore, tamen inter Canonicos recensentur D. Hieronymus prologo ad lib. II. *In eos Bellator presbyter, & Rabanus, preter glossarios,* ait Genebrardus Chronolog. pag. CXCIX. commentarios ediderunt. Platina loco laudato. Gesner.

Sermones elegantes ad populum. *lib.* I. Platina.

Etymologię. *lib.* I. Quas scio non extare, licet eas in Bibliothecam Cassinensem intulerit *Theobaldus* Abbas, vt narrat Leo Marsicanus Cardinalis lib. II. histor. Cassinen. cap. LVII.

Versus ad diuersos, & poemata varia. *lib.* I. nuper edita à Christophoro Browero, & notis illustrata eruditis, quæ consuli possunt, stylo sanè duro egregiam antiquitatem legentibus ostentant.

Tractatum in librum Sapientię, & in Ecclesiasticum. lib. I. ad Otgarium Archiepiscopum decessorem suum Sigebert. Chron. ad annum DCCCXXVII. lib. X.

In Genesim. lib. IV. *ad Freculphum Lexouiensem.*

De Institutione Clericorum. *lib.* III. editi *Colonię anno* MDLXVIII.

In Exodum. *lib.*IV.
In Numeros. *lib.*IV.
In Deuteronomium. *lib.*IV.
In Threnos. *lib.*III. qui falsò hactenus à typographis Diuo Hieronymo sunt attributi. Sixt. Senens. & Bellarm.
De laudibus S. Crucis. *lib.*I. oratione soluta opus pium.
De eadem. *lib.*I. Ingeniosissimum carmen, & raro artificio elaboratum, continens XXVII. schemata, seu figuras, quibus omnibus miniatis literis certa proportione concurrentibus Crux efficitur. opus hoc dedicauerat Gregorio IV. D. Petro offerendum, sed eo defuncto ad Sergium II. misit. Edidit nuper hoc rarum monimentum Iacobus VVimphelingius: Exemplar puto habuit a Porphyrio exule, cuius similia extant poemata.
In Leuiticum. *lib.*IV.
In Iosue. *lib.*II.
In Iudicum. *lib.*II.
In librum Ruth. *lib.*I.
In libros Regum. *lib.*IV. quos Hilduino inscripsit.
In Esdram. *lib.*III.
In Iudith. *lib.*VII.
In Hester. *lib.*I.
In Iob. *lib.*I.
In prouerbia Salomonis. *lib.*I.
In Tobiam. *lib.*I.
In P*salmos.* *lib.*I.
In Esaiam prophetam. *lib.*VIII.
In Hieremiam. *lib.*XX.
In Ezechielem. *lib.*XX.
In Danielem. *lib.*III.
In Euangelium Matthæi. *lib.*VIII.
In Euangelium Lucæ. *lib.*III.
In Euangelium Marci. *lib.*IV.
In Euangelium Ioannis. *lib.*I.

In Prophetas minores. *lib.*XII.
In omnes Epistolas Pauli. *lib.*XXIII.
In Epistolas Canonicas. *lib.*VII.
In Acta Apostolorum. *lib* I.
In Apocalypsin Ioannis. *lib.*I.
De vniuerso ad Haymonem *Episcopum.lib.*XXII.
putant Etymologias esse.
De vniuersali Natura. *lib.*I.
De Officiis diuinis. *lib.*I.
De computo Dialogus. *lib.*I.
De quastionibus Canonum. *lib.*I.
*De Benedictionibus Patriarcharum.li.*I.
Epistola ad Ludouicum Regem. *lib.*I.
Ad Reginaldum *Episcopum* *lib.*I.
Epistolę *ad diuersos* *lib.*I.

Hunc tantum,& tam plum scriptorem quem *non sine sanctitatis opinione obiisse* probissimi autores testantur. *cuius eruditionem bibliothecę omnes commendant*, vt loquitur Gaspar Bruschius, mirum quam male feriati traduxerint,& lacerauerint,& inter alios Thomas VValdensis Epistola ad Martinum V. inter hæreticos ponit, *quod non bene de* Eucharistia *senserit*, sed fasso Vvaldenus ille pręcipuum Ecclesiæ vindicem infamat. Neque quisquam ea tempestate de re Ecclesiastica melius meritus.

Obitus incidit in Regnum Donaldi V. apud Scotos,& imperium Lotharij anno DCCCLVI. vt concordes sunt Hermanus Contractus, Lambertus Schafnaburgensis, Marianus Scotus, cõpilatio chronologica, Sigebert.& alij, nec dissentit vllus.

Epicedium sibi scripsit viuus, vt in Moguntiacis Nicolaus Serrarius censuit,& iam diu antea publici iuris fecerat Melchior Hittorpius in Commentario de diuinis Ecclesiæ Catholicæ officiis,& præfixum extat l b :s de institutione clericorum, cum hac inscriptione *Epicedium* Rabani *Mauri in vitam suam.* Suæ etiam editioni poematum Rabani inseruit Brovverus pag. xc. Inde tu repete, si tanti putabis: Ego certe ineptum titulum censeo quidem illud est? *Epicedium in vitam suam*? Aut vbi in antiquitate exempla? Versus deinde ipsi neque seculum illud, nec stylum omnino Rabani sapiunt

piunt. sed ab aliquo nostri sæculi editi videtur, vt de patria *Rabani* certò constaret, eoque gloria Scotis, Anglis, & Gallis præriperetur, vt omittam friuolum esse credere nullibi terrarū hoc Epicediū Rabani Maurj, nisi in Germania extitisse. Nec videtur tam alienus ab ambitione, gloriam apud posteros, Scripto carmine voluisse aucupari. Habeat ergo alumnos suos erudita Germania, Scotos non detrahat nobis, sed potius gratias agat pro tot viris Sanctis, tot doctis, quibus Scotia oriūdis, & fidem acceptā refert, & auctam, & conseruatam.

Sancti eum titulo quidam honorarunt, sed priuati illi tantum, neque publica id authoritate sancitum. Cineres tamē eius, & *S. Maximi* in Saxoniam tulit, Albertus Cardinalis, & condidit in *Hallensi S. S. Mauricij basilica*, anno salutis MDXV. vt notauit Trithemius, sed nec Fulda, nec martyrologia loquūtur Vuion tamen lib. iii. lig. vit. pag. DCCXXXV. Sancti eum honore indigetat. tolitur die IV. Februarii. Vuion idem in Adiunct.

S. REGVLVS. 1037.

S. *REGVLVS* cognomento, *Albatus* gente Græcus, Achaia oriundus a *Constantio* Augustus, ciuitate patris *S. Andreæ* Apostoli reliquias asseruare iussus dum ad sacrum excubaret Scrinium diuina visione admonitus eas in Albionem detulit, & in Otholiniā Pictorium ea ætate Regionem, nunc Fifam Scotis subiectam adpulit, vbi ipso petente *Heirgustus* Pictorum Rex oppidum erexit, quod *kikeuil* vocatum, quasi *Reguli templum* dicas, postea *S. Andreæ Fani* appellationem accepit Regni totius primas, vt in Apparatu historico a me abunde dictū. Scripsit hic multa, vt Annales nostri referunt, sed exat tantùm.

Epistola ad Patrenses. *lib.* I. sue, vt Ioannes Campus Bellus vult.

Monita diuina de transferendis S. Andreæ Reliquiis in Albionem. *lib.* I.

Adpulit in Albionē anno CCCLXIX. suse H. Boethius lib. VI. histor. Scot. pag. CV. Ioannes Leslæus lib. iii. pag. CXXVI. histor. Scot. Mat thæus Vuestmonasteriensis ad annum CCCL. *Ossa Sancti Andreæ*

Ac tegitur sylvis, tegitur lustrisque ferinis;
Vrbeque detenta, remanent vix vltima signa
Hac loca Rudbertus sibi delegit pater almus.
Primus & hic sedem construxit Pontificalem,
Ac sedis primæ regimen susceperat ipse
Conducens latè populos ad pascua vitæ
Nos meritis eius Clementer ducat ad Aethra
Sanctus sanctorum noceant ne crimina tetra.

Res eius gloriosas scriptis extulerunt præter Anonymum iã laudatum, plerique alij, & plures meminerunt. Vigulcius Hundius in Metropoli Salisburgensi in principio; & alibi *Nunbergensis* Monasterij conditorem facit, vt & alij Monasteriorum SS. Petri, & Maximiliani autorem referunt. Cæsar Baronius Tom. vii. Annal. Ecclesiast. ad finem, & Not. ad Martyrologiũ die xxvii. Martij. Ioann. *Auentin.* lib. iii. Histor. Boiar. pag cclxiii. & pag. cclxvi. Petrus Catologo lib. xii. cap. v. Ioan. Trithem. lib. iii. de vir Illust. ordin. S. Benedicti cap. ccvi. Marcus Velserus Rerum Boicorũ lib. iv. pag. ccxvii. Gaspar Bruschius Manasteriis Germanicis pag. Lxxvii. Cronica MSS. Salisburgensia ad D. *Petri* ibidem asserua ta, Anton. Demochar. Tom. ii. de Sacrific. Missæ pag. xxxv. Lxv. & cap. XL. pag. *Lxxix.* Petrus Cratepolius in Episcop. German. & Martyrologiorũ Compilatores ad diem XXVII. Martij. Ioãn. Molanus ad Vsuardum. Petrus Galesinius, Felicianus. Arnoldus Vuion par. ii. & alij. Vitam plenè reperies apud Laurentium Suriũ tom. ii. Illud de eo magnificũ, & valdè gloriosũ prædicatur, quod *Theodonem* Regem Christianis infensissimum sanctis operibus ad fidem conuerterat, non tantum populum. Scripsit.

Ad Theodonem, & Theodobertum Reges pro Monachis lib. i.
Piam, & paternam exhortationem ad fratres lib. i. *& alia.*

Theodonem Regem conuertit ad fidem anno DLXXX. fugatus a Tyranno *Vuormacia* sedit Saltzburgi, seu Iunanæ annis XLiv. Obiit anno Dcxxiii. Autores supra nominati. Conciliũ Saltzburgensi eum patronum vocat, cuius meminit Gherard. Altahẽsis, & Henr. Stero anno Mccxxci.

& obiit, vt ex Chronicis Cronyngensibus constat. scripsit.

Ad Fergusium Fundatorem. lib. 1. fuit hic abnepos *Fergusii.* illius, qui Dundranense Cœnobium fundarat, vnde error scoticorum Chronicorum colligitur, qui fundatum volunt a S. *Danide.*

De Harmonia. lib. 1.

Meditationes. lib. 1.

Floruit anno MCCLXXXVII. Augustinus Argeus Friso medicus lib. de viris Claris patriæ suę, illum, *vel Scotum,* vel *Anglum* facit.

S. RICHARDA R. F. V. IMP. 1042.

S. RICARDA Scotorum Regis *Gregorii* LXXIII. filia, & *Caroli Crassi* Imperatoris vxor accusata fuit *Adulterii* cum *Luitnuardo* Episcopo Vercellensi. Paul. Morigia lib. IV. Hist. Monast. cap. III. post multos sanctè cum marito actos (sed non bene aulicorum artes processere) nā *sanctissima fœmina vomeris igniti probationi se submisit.* Regino Abbas Prumiēsis chronic. ad annum DCCC-LXXXVII. atque ita absoluta suspicionis. Ioan. Cuspinian. in Cæsaribus. postquam accusationem, *Andelaba*, seu A*ndlovv* ad Montana *Vosagi*, in pago *Helisatia* nobilissimum Canonissarum Cœnobium erexit, & insigniter dotauit, ibique per voluntarium à *Cæsare* diuortium separata, gloriosæ ibidem loci vitæ exitum est sortita; & cubat honorifico tumulo post summam arcum in sublime eleuato: Aubert. Miræus lib de Collegijs Canonic. cap. XXXIX. in sanctos relata. Colitur XVIII. die Septemb. Arnold. Vvion. lib. III. lign. vit. pag. CCCXIII. Herman. Cōtract. fragment. chronici præfixum Alberto Argentinensi Franc. Irenic. Exeges. German. lib. XI. Caroli Sigon. Reg. Ital. lib. V. in fine. Scotam vero facit, præter cæteros Petrus Cratepol. de sanctis Germ. pag XCVII. *sancta Richarda Imperatrix filia Scotorum Regis, Caroli Crassi Romanorū Imperatoris coniux*, Diuortij causa peracta anno DCCC-LXXXVII. vt admonebam, paucos exinde vixisse annos cēsetur, Trithem. lib. III. de vir. illust. ord. S. Bened. cap. CCCXIV. Vvion lib. IV. cap. III.

S.RO-

S. RORTILA. 1043.

S. RORTILA Verdensis Episcopus VI. successor eorum *Scotorum quos ob fidem egregiam, praeclaraq. in se merita Carolus Magnus dicitur ad praecipuos Saxoniae debellatae honores euexisse*; Philipp. Belforest.lib. 1.histor.Carolor.suam hic Ecclesiam prudenter, & moderate administrauit. Scripsit.

Statuta Ecclesiae Verdensis. lib. 1.

Floret anno DCCCXXIX. Albert.Granzius lib. 11.Metropol.cap. XXX.Suffrid.Petr.lib. 1.orig.Saxon.cap.XV. in sanctorum relatus numerum Arnold Vuion.lib. 11.lign.vit.cap.LV.qui eum saxonum feritate martyrium passum ex Alberto Crantzio eodem lib. 1.cap.XXIX.Metrop.docet, diem tamen quo coli debeat ab Ecclesia non praescribit.

S. RVMOLDVS. 1044.

S. RVMOLDVM *natum ex scotia* ait Petr.Cratepol pag. CXXVIII. Apostolum Meclinienſem tota illa prouincia colit ex decreto synodi I.Machlinien. Vsuardus Martyrolog. die 1. Iulij. *Machliniae passio S. Rumoldi Martyris gloriosissimi atque Pontificis Scotorum Regis filij, signis & doctrina mirabilis, qui regalis celsitudinis solium, & pontificalis dignitatis respuens honorem Machliniam petiit sibi diuinitus reuelatam quam* VIII.*Kalendas Iulii consecrauit martyrio, sed quia eadem die sanctissimi Baptistae & praecursoris Domini celebratur natiuitas; Romanus Pontifex Alexander* IV.*passionem nostri martyris in natiuitatis praedictae octauam instituit solenizari*. Petrus Galesinius eodem die *Machliniae S. Rumoldi Episcopi, & Martyris. Is Regio natus, regis spretis opibus Religionis causa Romam peregrinatus, inde Angeli admonitu Machliniam venit, quā ad fidei Christianae disciplinam instituit, & martyrio suo consecrauit*. Martyrolog. Roman.laudato die. *Machliniae passio S. Rumoldi martyris scotorum Regis filii, & Episcopi Dublinensis*. Chronographus Cameracensis Anonymus, qui ad Gerardum II. Episcopū Cameracensem opus suum inscripsit, & floruit circa annum millesimum

lesimum *apud Machlinas est Monasterium Canonicorum, vbi quiescit pretiosus Dei Martyr Rumoldus genere Scotus, qui vitam Ereniticam ducens inibi martyrizatus est. Hoc autem monasterium ab Antiquitate constructum regalibus emolumentis maximè augmentatum.* Arnold. Mirman. Theat. conuers. gent. *Rumoldo autore Dauidis Scotiæ regis filio Machlinienses, inserti sunt Christo*. non rex hic Dauid, sed regis filius, aut frater, vt alibi probatum. Io. Gualter. V. cl. in chron. chronic. tom. III. pag. MDIII. S. *Rumoldus Archiepis fuit ex Scotia.* Constant. Chin. pag. XLII. *Passio* S. *Rumoldi Scotorum regis filii.* Hæc probatorum autorum sufficiũt testimonia, vt puto, ad probandam S. *Rumoldi* patriam nón Hiberniã, sed Scotiam fuisse. Addo locum doctissimi Auberti Miræi in Geogr. Eccl. S. *Rumoldus Machliniensium in* Belgio *patronus, fuit Dumblanensis in Scotia Epi, nõ Dublinensis in Hibernia. Argumenta sunt insignia Regni Scotiæ, quæ suis gentilitijs in clipeis mixta, hodieque vsurpãt Machlinien. Archiepi.* clarè Molan. indiculo ss. Belgij LXII. ex ea parte scotiæ, quæ hodie Hibernia dicitur. Vitã huius obiter attingit Sigebert. Gemblacensis lib. de vir. illustrib. cap. penult. & Teutonicus autor Anonymus, quem latinitate donauit Ioannes dominis pastor VVaurianus, quod opus Bruxellis pdijt; & Theodoricus Monachus, & Abbas S. Trudonis, vt tom. VII. habet Surius. epitome eius apud Frãcisc. Haræum. Cuius hæc sunt verba. *Ab occasu alter pene orbis Britannia, cum adiacente Scotia, qui statim vt ab illius æternitatis sole tacti sunt, illi sub vmbra eius, quẽ desiderabant requiescere, isti ad ardorem vsque Martyrij festinauerunt incalescere, & stridentia anhelantiaque verba in dulce Crucis melos didicerunt infringere. Vnde autem hoc tam latè diffusum germinarium, nisi quia in eorum cordibus coaluerũt Iesu Christi amor, & desiderium? Assentit in hoc Herbipolis gloriosa Martyris Kiliani meritis, & corpore, nec minus prona Scotorum talium, & tantorum patrum gloriosa veneratione, Columbanus* Italiã, *Bertinus, & Vinocus illustrant occidentalem Galliam, & innumerabiles alii suis quique in locis, qui vita sinceritate, & fidei integritate multos ad iustitiam erudiunt, & quasi stellæ fulgent in æternitate.* Ex *horum numero, ex hoc orbis terra remotissimo* Angulo *Beatus* R*umoldus emicuit*, & paucis interiectis *ex Regali prosapia extitit oriundus illustris*

illustris Regis Scotiæ fatus extiturus hæres eiusdem. legendum est *fatu.* Totum vitæ ordinem, deinde ac miracula prosequitur. Meminit Theobaldus ad Sigerum Lerensem præpositum, in vita sancti Gummari apud Surium Tom. V. die Octobr. XI. Is ergo cap. XIV. *Eodem tempore fuit Rumoldus vir sanctus, diuina gratia plenus, qui vitia penitus mortificans ad virtutum culmina in dies contendebat, non die non nocte a bono vacabat opere, sed carnem suam Vigiliis, & ieiuniis attenuans orationibus assiduis incumbens.*

Quam magnificè de eo sentiant Machlinienses audiendus est Ioannes Molanus in Natal. sanct. Belgij die I. Iulij apud Aubertū Miræum lib. de Canonicor. colleg. cap. LXXIV. *Beati Rumoldi opus est monasterium apud Malinas, qui locus quantumuis à Nordmannis esset vastatus, tam celebris antiquitas fuit, vt connumeraretur in portione Caroli, quā de Regno Lotharii (in diuisione cū fratre suo Ludouico facta) accepit. Fuit autem ab initio fundationis nō Monachorum, sed Canonicorum Monasterium. Situm erat in pratis intra Vlmos, sed paulatim Mechlinia ex parua vrbe trans Dilcana adeo excreuit, vt nūc Collegium S. Rumoldi in meditullio vrbis situm sit, & a Paulo IV. pontifice Maximo erectū est in Archicathedralem primam Belgii Ecclesiam. In Cœmiterio huius Ecclesiæ situm erat oratorium, siue sacellum a D. Rumoldo constructum, in quo is frequēter meditari solebat, quod cum in summa apud plebem Mechliniensem veneratione esset, fidei hostes, qui sibi Geusiorum nomen sumpserunt, funditus cum multis aliis sacris locis euerterunt. Ab iisdem dum ex improuiso vrbem occuparunt inuentum est in medio Ecclesiæ corpus S. Rumoldi, & fœdissimè conculcatum & dispersum Dei tamen benignitate ex cranii cicatrice notum, ope Virginis est cōseruatum; Periit etiam feretrum eius siquidem cum multis miraculis, & Victoria contra hostes clareret, fullones, & textores, eorumque consortes anno millesimo trecentesimo sexagesimo nono ob victoriam recentem per eius merita obtentā ex ei voto construxerūt feretrum æstimatum in Registro Ciuitatis in argento, & factura ad sexaginta millia florenorum præter gemmas, & alia, quæ postea accesserunt. Nouissimè celebre donarium adiecit Margarita Maximiliani I. Imperatoris filia Belgii Gubernatrix, vt feretri valor fuerit ultra vas aureum ab hostibus Religionis profanabatur.*

Porro

Porro Machliniensis Ciuitas retinet apud Gallos Antiqum *Ma-lina* nomen, quæ vox latinis in vsu fuit, quando *loca* vicinum Brabantiæ oppidum *ledo* dicebatur *ledo* enim, & *Mailna* leguntur pro maris accessu, & recessu in Appendice ad Tom. III. Diui Augustini in lib. I. de Mirabilibus Sacræ scripturæ vnde a maris fluxu hæc nomina indita esse non indocte. Annotauit Theodoricus Abbas Trudonensis, B. Bernardi ætate, cum S. Remmoldi vitam meliori stylo conscriberet. hæc ibi.

Ciuitatem hanc Archiepiscopali pallio honorauit *Paul.* IIII. P. M. petente *Philippo* II. Hispaniarũ Rege circa Annum M. D LIX. in hac Basilica XII. præbẽdas instituit, & nouę fundationi adiecit *Notgerus* Leodiensis Antistes, nam eo Sæculo *Machlinia* iuris fuit & ac ditionis Leodiensis atque ita in libro cursus Apostolici seu Registro Cancellariæ Romanæ lectum. Scripsit uero hic noster.

De Contemptu Mundi. *lib.* I.

Fuit, & Alius S. *Rumoldus* siue *Remoldus* Monachus, & Martyr cuius celebratur memoria VII. Eid. Ianuar. & recolit Ioann. Trithemius lib. III. de vir. Illustr. ordin. S. Bened cã cap. CCXLIX. sed diuersus à nostro cuius in Annalibus, aut Historiis nostratibus non fieri mentionem indignor.

Passus est Martyrium Anno DCCLXXII. Vt habet sententia probabilior. Colitur die I. Iul. Calendarium Adami Regij.

B. THOMAS ROBERTSONVS P. 1045.

B. *THOMAS ROBERTSONVS* vitæ inculpatæ Sacerdos turbulentis in Scotia motibus exortis præclara fidei Confessionis documenta dedit. Inter *Scoticæ* Ecclesiæ Martyres iure numerandus, nam cum Glascoæ *Sacrum* Missę Sacrificium peragereta Barone *Boidio* deprehensus, violenter cęsus, carcere fœtidissimo maceratus, tandem Constantia verè Christianą impias hæreticorum insanientium minas contemneret in forum raptus, & patibulo suspensus, Sacerdotalibus indutus ornamẽtis beatum finem sortitus est; Vestimentis omnibus illis igne extructo cum corpore beato iniectis. Scripsit.

ALEXANDER RAMSAYVS. 1049.

ALEXANDER RAMSAYVS vir doctissimus in patrio Sātandreano gymnasio præclaram famam ab eruditione accepit *Andreæ Meluini* præceptor. Scripsit.

Panegyricos latinos. *lib.* I.
Castigationem veterum Dionysij Halicarnassai interpretum latinorum. *lib.* I.
Notas in D. Paulini opera. *lib.* I.

Obijt Anno M. DLXXII.

ROLLANDVS. 1050.

ROLLANDVS Episcopus Dolensis electus in Scotiam à *Lucio* Pontifice ad *Vuilhelmum Regem* super negotijs *Ioannis, & Hugonis* Episcopatum S. *Andreæ* sibi vendicantium Rogger. de Houeden. Annal. part. II. pag. CCCLII. Scripsit.

Epistolas ad Lucium papam. *lib.* I.

Floreбat anno M. C. LXXXVI.

ROLLANDVS. 1051.

ROLLANDVS subdecanus Ecclesiæ Glascuensis vir pius, & moderatus, &, vt puto D. Dominici habitum indutus, clarus sæcularibus scientiis, sed multò illustrior Theologicis studijs. Scripsit.

De Dilatatione ordinis S. Dominici. *lib.* I.
Quæstiones arduas. *lib.* I.
Resolutorium sententiarum. *lib.* IV.

Richardus Brunus in Collectaneis.

Floruit anno M.CCCCLXXXI. & die XXIX. Augusti locum adsignāuit tertio ordini S. Dominici Registrum Patris Generalis, & ex eo Ioannes Michael Plodius.

HVGO DE KOKESBVRG. 1052.

HVGO DE KOKESBVRG Clericus *Vuilhelmi* Scotiæ Regis,& ab eodem Cancellarius factus, an aliquid scripserit, nescio.

Vixit anno M.cxcvi. Roger. de Houeden. part. ij. Annal. pag. Cctlxx.

ROGERVS. 1053.

ROGERVS ROBERTI Leichestriæ Comitis F. in Scotia educatus,& eiusdem Regni Cancellarius. Houeden. ibid. loci *Rex Scotiæ dedit Episcopatum S. Andreæ Rogero Cancellario suo præsente Ioanne Dunkeldense Episcopo, & non contradicente.* Scripsit.

Sermones varios. lib. 1.

In Ecclesiasticum. lib. 1.

Viuebat anno M.cxcvi.

REGINALDVS MACER. 1054.

REGINALDVS CARDINALIS SCOTVS ait Scoti cronicon lib. XII cap. VII. *dictus Macer Monachus de Machres successit Gregorio in Episcopatu Rossensi mense Februario* ait Rogerus de Houeden. part. ii. pag. Cccc. XXVII. Meminit eiusdem paulo infra. *Venit ad Regem Scotorum Haroldus Senior interfecto Haroldo Iuniore per Conductũ Rogeri, & Reginaldi Episcoporum S. Andreæ, & Rosmarkim & obtulit Regi Copiam auri, & argenti pro Cathania.* Scripsit.

Præcepta salutaria ad fratres. lib. 1.

Collectiones Synodales. lib. 1.

Sedebat anno M.cxcvi.

RICHARDVS. 1055.

RICARDVS Episcopus Morefensis nominatur in literis *Clementis* ii. Pontificis. Corrupto sane nomine pro Morauiẽsis. Nec de eo plura. Scripsit.

Epi

Epistolas ad Clementem III. super causa Ioannis Episcopi S. Andreæ. lib. 1.

Viuebat anno M.clxxxviii. Houeden.part.ii. pag. Ccclxix.

RADVLPHVS. 1056.

RADVLPHVS Episcopus Orcadum Scotia profugus ad *Stephanum* Angliæ Regem se recepit, cuius hortatu in *Vuilhelmum* Scotiæ Regem arma Anglus mouit, & ad *Aluertum* pugnatum, duce eodem *Radulpho*, infeliciter à nostris mens. Augusti. Scripsit.

Pro causa Stephani Regis. lib. 1.
Ad Trocstinum Archiepiscopum Eboracensem. lib. 1.
Conciones militares. lib. 1.

Pugnæ cum Imperio interfuit anno M.c.xxxvii. Houeden. part. i. pag. Cclxxvii. alius est eodem nomine supra, & eadem dignitate laudatus, sed forte huius successor, nam ille nunquam admissus pacifice ad Ecclesiæ suæ Regimen, nec tante videtur fuisse auctoritatis vt Exercitibus *Anglicanis* contra *Scotos* præfuerit.

B. RICHARDVS. 1057.

B. RICHARDVS Episcopus S. Andreæ nominatur in pace finali inter *Vuilhelmum* Scotiæ, & *Henricum* ii. Angliæ Reges apud Houedenum part. i. pag. Ccc.Xi. Scripsit.

Super iure Ecclesiæ Scoticæ. lib. 1.
Decreta Synodalia. lib. 1.

Sedebat anno M.c.lxxv.

RICHARDVS. 1058.

RICHARDVS Episcopus de DunKelden Superiori Syncronos in eodem fœdere nominatus. scripsit vt est apud Fordanũ.

Pro concordia Eboracensi. lib. 1.

Sedit anno M.c.lxxxv. Houeden. ibidem.

REGINALDVS. 1059.

REGINALDVS Episcopus de *Rosmarkim* vt loquũtur Houedenus. pag. Cccc. xxxvi i. id est Roslensis. qui cum *Rogero* Antistitem Sant-andreano duxit ad Regem *Haroldum* Seniorem in insulis tumultum. An aliquid scripserit non deprehendi, certè nihil extat.

Sedebat anno. M. cxcvii.

PETRVS RAMSÆVS. Q. 1060.

PETRVS RAMSAEVS, seu *de* Ramsae aut Ramsaye, vt alijs placet Nonus Murthlaci, & Aberdoniæ Antistes, *Radulphi* successor Monacus Aberbrothensis *omnium disciplinarum genere eruditus*, ait Hect. Boeth. lib. de Vitis Episcopor. Aberdonensium. Eddidit.

Varias Ecclesiæ sanctiones. lib. 1.

Decreta ad Sacerdotes. lib. 1.

Sedit Annis X. obijt. Anno V. *Alexandri* III. Regis, qui fuit salutis humanæ. M. ccliv.

IOANNES ROVGH. H. 1061.

IOANNES ROVGH impius, & vilis Apostata, e Sancto Dominicanorum Cætu ex Scotia fugit in Angliam, ibique damnato ordine suo, mutatoque habitu sub *Eduardo* VI. Cacodemonis preco, vxorem duxit, cum qua turpiter vixit, donec sub piissimæ Reginæ *Mariæ* principatu ex impietatis latebris extractus in apertam ignominiæ lucẽ perductus igne vindice violatæ Religioni pænas luit. scripserat nonnulla scelestissima. Exustus est. Anno M. DLVI.

RADVLPHVS ALIVS. Q. 1062.

RAdulphus alius circa hæc eadem tempora his verbis describitur ab *Anonymo* Monacho Vuigorn. in continuatione

Flo.

Florentij. *Turstanus Eboracẽsis Archiepiscopus Robertum, quẽ Alexander Rex Scotiæ Ecclesiæ S. Andreę intruserat, spreto Dauid fratre ac successore Alexandri in Episcopum Eboraci consecrauit in quo officio Radulphum Dunolmensem Episcopum & quendam Radulphum ad orcades insulas iam alium Episcopum ordinatum, sibi adiutores adsciuerat, qui Radulphus quoniam nec principis terræ, nec Cleri, nec plebis electione, vel assensu fuerat ordinatus, ab omnibus refutatus, & a nemine loco pontificis susceptus erat.* Eadem sed vberius Ioann. Fordanus, additque *offensum eũ iniuria Ecclesię suæ cũ modo Ebbracensi, modo Dunelmensi Antistiti frustra adhęsisset, vtriusque in Episcopalibus ministerius Vicarius in transmarinas regiones abysse.*

Quæ si vera sunt adducor, vt credam eundem in Monasterio Fuldensi D. Benedicti habitum induisse. Hunc vocat Trithemius Catalogo viror. Illustr. *in diuinis scripturis eruditissimum. in omnibus literis secularium studiorum doctissimũ, Philosophũ, Rhetorem, Poetam, Oratorem, Theologum insignem, græcę ac latine peritum, ingenio subtilem, scientia profundum, eloquio dulcem dissertum, & ornatum.* Scripsit.

In Leuiticum opus celeberrimum, & valde vtile.	*lib. xx.*
In Epistolas Pauli	*lib. xiv.*
Historiam Francorum Regum, & Principum	*lib. 1.*
Cronicon suorum temporum	*lib. 1.*
Epistolarum ad diuersos	*lib. 1.*
Sermones varios	*lib. 1.*
In multos Bibliorum libros Coment. elegantiss: mos.	*li. 1.*
Tractatus plures	*lib. 1.*
Carmina diuersi generis	*lib. 1. hęc*

verbatim Trithemius.

Ad Orcadianos suos admonitiones *lib. 1.* scripsisse eundem si tamen idem est, Fordanus autor est.

Deseruit Ecclesiam suam, & in Angliam venit anno MCL. Autore Anonigmo Vuigoruiensi, quando Monachum induerit, scripserit aut obierit, nec ego reperi, nec Trithemius, qui more suo Scotię meæ est iniurius dum hunc non Scotum, sed Germanũ

facere sed ego Vindicias secundum veterem ritum peto, & manu iniecta MEVM assero.

RODVLPHVS AB. E. 1063.

R*adulphus* Abbatis autoritate Melrosiam regebat dum in Scotiam adpulit *Ioannes* S.R.E. Cardinalis s. Stephani de Mõte Cælio, legatus a latere per Scotiã, & Hiberniam, qui indicto Perthũ dierum quatuor Concilio mores Ecclesiasticos ũ reformauit, tum in Hiberniam ex officio legationis concessit secũque *Radulpum* Abbatem abduxit, & Ecclesiam Dunensem ex morte sui præsulis pastore destitutam ei commisit qui religiosissimè eam administrauit. Scripsit.

Acta Concilij Perthani lib. 1.
Ad suos Melrosienses. lib. 1.
Epistola ad Ioannem legatum. lib. 1

Ex Scootia in Hiberniam legatum Apostolicum est secutus anno M.CC I. scotichronicon lib. VIII. cap. LXI. quandiu sederit non inueni.

REGINALDVS C. 1064.

R*eginaldus* primus Abbas Cænobij *Abbirbroth.* seu *Arbroth.* Romam cum *Ioanne* S. Andreæ Antistite legatus vt *obedientiam Regis Vuilhelmi nomine præstaret Alexander* III. qui tùm in Petri Cathedra sedebat *Rosam auream balsamo impletam* eidẽ Regi, donum misit vt refert Hect. Boeth. lib. xiii. hist. scot. pag. cclxxiii. tùm vbi proceres in verba *Alexandri* triennis tantùm *Vuliheli* Regis filii iurassent, fidemq. ei, vt Regi exhibuissent ad eundem Regem à summo Pontifice legatus venit. *Ensem cuius Capulus vaginaq; ue aurea gemmis distincta erat, & Galerum purpureum indicium Ecclesiæ defensoris afferens.* idẽ Boeth. pag. cclxxvii. Ensem diu successores sollicitè conseruarunt, galerũ donauit *Reginaldum* quem non est mirum inter Cardinales ab Italis non numeratum, quod breui post purpuræ honorem acceptum obiecit. scripsit.

De legatione sua. lib. 1.

Hi-

Historiam Scotiæ. lib. 1. Fordanus utriusq. operis meminit. Romam profectus est anno MCCxv. Obiit Cardinalis anno M.ccxli.

REVTHA R. 1065.

R*Eutha* Rex cognomento *Nathacius* patruelis *Reutheri* in Regum nostratium Nomenclatura legitimus Nundinas instituit, pecuniam primus ex Corio signauit, sepulchra eorum, qui fortiter pro patria egissent, pyramidibus, & obeliscis honorari voluit. Scripsit.

Historiam gentis suæ. lib. 1.
Medicametorum Canones. lib. 1. Eam artem impensius coluit, & diu ante Romanos scriptis extulit. præter annales nostrates Paschali Gallo autore & Bibliotheca medica illum inter scriptores medicinæ claros reponit.

Anno Regni sui xiv. sponte se abdicans vitæ priuatæ se reddidit Regnum Thereo filio *Reutheris* legitimo hæredi reliquit anno ante assertoris nostri, in carnem aduentum clxxv.

S. ROMANVS. 1066.

S *Romanus*, vel *Romianus* de quo V. cl. Io. Gualterius Chronicor. in Bibliotheca SS. minorum patrum. pag. Decccxc11. *Romanus presbyter natione Scotus*. Beda lib. 3. hist. Eccles. Anglorũ cap. xxv. *His temporibus quæstio facta est frequens, & magna de obseruatione paschæ, confirmantibus eis qui de Cantia, vel Gallia venerant, quod Scoti dominicum paschę diem contra uniuersalis Ecclesię morem celebrarent erat in his acerrimus veri paschę defensor, noĩe Romanus natione quidem Scotus, sed in Gallia, vel Italia partibus regula Ecclesiasticæ veritatis obseruantia edoctus, q. cũ Finnano confligens multos correxerat, & ad solertiorem veritatis Inquisitionem accẽderat, nequaquam tamen Finnanum emẽdare potuit, quin potius, quod esset homo ferocis animi acerbiorem castigando, & apertum veritatis aduersarium reddidit.* Scripsit.

De celebratione Pascha pro Ecclesiæ Catholicæ Ritu. Lib. I

De Tonsura Clericorum. lib. I

Claruit regnante in Scotia *Ferghuardo* I. Anno DCLX.

ROSINVS FLORIDVS. 1067.

Rosinus Floridus vnus ex *Culdeis* Episcopatum alicubi gessit, vt Indiculus Scriptorum Scotorum Anonymi præfert, eo viuebat sæculo quo hæresis Pelagiana Britanniam inficiebat, & strenuam piæ causæ operam nauauit communicato cum *Palladio* Consilio. Scripsit.

Contra Seuerianum, & Iulianum Episcopos Pelagianos. lib. I.

Ad Ecclesias Scoticas Antidotum. lib. I.

Epistolas ad Cœlestinum Pontificem. lib. I. à quo Consecrationis suæ insignia Romæ acceperat, vt moris erat.

Epistolas ad Palladium. lib. I.

Sermones de Sanctis. lib. I.

Claruit sub Fergusio II. anno Ccccl x I. aut præter propter.

GVLIELMVS RAMSÆVS. 1068.

Gulielmus Ramsæus vir clarissimi ingenii, Georgio Buchanano studiorum in Gallijs Comes, Conimbricæ etiam professionis collega, cum ille hæreseos insimularetur è Lusitania in Gallias remigrauit, & in Academia Lugdunensi Batauica, sûc primum oriente bonas artes professus est, vbi iuxta Buchanani effigiem vultus ipsius artifice manu depictus in Bibliotheca spectatur. Scripsit.

Iudicium de Lusitanis ad Vallium Senatus Burdegalensis præsidem. lib. I. Reliqua opera In edita in eadem illa Bibliotheca diligenter asseruatur.

Obiit in patria in Fano S. Andreæ philosophiæ professor anno MDXC. aut circiter.

10.

IO: RHETOR FORTIS. 169.

IOANNES *Rethor Fortis* Glascuēsis, vulgò Ruthęrford eamdē Conimbricam cum Buchanano, & Ramsæo professionem laboriosè exercuit, & Sortem Ciuis sui, & Collegæ Buchanani miseratus, sibique ab eodem delatione metuens. In Gallias rediuit, prius in Scotia philosophiam fuerat professus. Meminit Aldus Manutius in præfatione ad Paradoxa Ciceronis, fuerat enim Iacobi Crītonii præceptor. Scripsit.

Logicam. lib. IV.

Collationem Philosophiæ, Platonicę, & Aristotelicæ. lib. I. quo in opere *Ioannis Dempsteri* sententias quasdam impugnauit.

Collationem Diui Thomæ Aquinatis, & Scoti in Philosophicis. lib. I. quo opere nihil laboriosius, aut doctius.

Præfationes, solemnes Parisijs, & Conimbriæ habitas lib. I. Extant typis Vvechelianis.

Venit Lutetiam anno MDLII. Acta nationis Germanicæ ad D. Cosm. obiit in Collegio S. Saluatoris Andreopoli philosophiæ professor anno MDLXXV.

HERCVLES ROLLOCVS. 1070.

HErcules *Rollocus* amœnissimo ingenio Scholam Edimburgensem rexit, & multis annis in erudienda Scotica nobilitate impensis Musis potius, quam sibi natus videri poterat. Suaues ad hæc mores, & erudito sale temperati, gratum omnibus efficiebant. Scripsit.

Obseruationes in quosdam auctores Græcos, & Latinos lib. I. non prodierunt.

Orationes lib. I.

Carmina diuersi generis. lib. I. In his est ipsius, querimonia qua sibi viuus phœbeus Cygnus parentauit, cùm in morbum incidisset ex Scholæ publicæ regimine, & præfectura ob fidei Catholicæ professionem detrudatus.

Angor edax pueros fingendi, tristis egestas,
Et populi ingrata sors ô mea dura! querela
Marcorem, morbosque mihi, celeremque senectam
Fecerat, & misero clauserunt funere vitam.

Obijt Edimbrugi vix tandem laboriosa docendi prouincia defunctus anno MDLXXXVI. Omnia ipsius opera audio Edimburgi MSS. asseruari propediem edenda in vsum literatorum, & gentis nostrę gloriam. Vtinam, vtinam! Vidi ego nonnulla optimæ frugis, nec quicquam antiquis ingenijs cessura.

ROBERTVS ROLLOCVS. 1071.

Robertus Rollocus Herculi, & doctrinæ merito, & religionis puritate longè inferior, quippe Caluini sectam, & voce, & scriptis diu professus. Scripsit varia, ego paucula vidi. Et in his sunt.

Analysis Logica in Epistolam ad Hebreos. lib. 1. Bibliotheca Classica pag. CXLI. Vereor ne quid sit, quòd Hæresim sapiat, Ego certe laudatum id nolim.
Tractatus de iustificatione. lib. 1.
In Epistolam ad Colosenses. lib. 1.
Commentary in epistolam ad Ephesios. lib. 1.
In Epistolam ad Galatas. lib. 1.
In epistolam ad Thessalonicenses cum notis Piscatoris. lib. 1. prodijt Herbonæ.
In epistolam ad Philomonem. lib. 1.
In epistolam ad Romanos. lib. 1.
In Euangelium D. Ioannis. lib. 1.
Harmoniam in passionem. & victoriā Dominicā. lib. 1.
Tractatus de vocatione efficaci. lib. 1.
In Selectos aliquot Dauidis Psalmos. lib. 1. quod primum, vt existimo, ipsius in Gallijs opus prodiit, nescio an Geneuenses opera ea corruperint, ipse sanè credebatur, dum viueret, non longe à Catholica fide alienus.

Obiit anno MDXCI. Edimburgi, vt puto, vbi natus.

B. RI-

B. RICHARDVS A S. VICTORE M. 1078.

B. *Richardus à S. Victore*, siue *Victorinus* à quibusdam dictus Monachus, scilicet S. *Victoris* ad muros Parisiorum gente *Paduanus* ineptissimè dicitur à Ioanne Trullo Aragonio lib. 1. cap. vi. & Augustino de Nouis Ticinense, consentiente Basilio Serenio in præfat. ad indulta, & priuil. Canon. Regular. cum opera ipsa, & Epitaphium *Scotum* faciant, ut omittam omnium gentiū & scriptorū consensum. Ingens ei certamen fuit cū *Andrea* quodam Anglo eiusdem ordinis, & Monasterij Monacho, qui opera illius impudenter, & dicaciter repræhenderat; sed *Richardus* noster tanta modestia, & vere religiosa continentia, ac simul eruditione admirabili illi respōdit, vt ille deinceps obmutuerit, nec quispiam contradicere auderet non modo omnium iudicio victus, sed etiam suo infamia petulantiæ, & dicacitatis oneratus procacitatis, & suę temeritatis pœnas luit. & vigebāt in illis gentium suarum odia. Sed missa Angli immodestia ad *Richardum* Redeo, qui dicitur Anglicus à Io. Philippo Nouariensi lib. III. Chron. Canon. Regul. cap. XXXVII. & lib. v. cap. XIV. cum tamen Angli ipsi Scotum fuisse fateantur. Pitseus pag. CCXIV. porro fuit is *Vir in diuinis Scripturis eruditissimus*, ait Trithemius lib. de Scriptorib. Ecclesiasticis pag. CCLXVIV. *& in seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio præstans eloquio scholasticus moribus, & conuersatione præcipuus; qui gentem tacet.* Vti & Anton. Posseuinus Apparat. sacr. pag. CXXXIV. & Sixtus etiam Senensis ita Scotiæ fatū est. Sixti sunt hæc. *Richardus Monachus & Prior Cœnobij Victorini Parisiensis*, nescio an rectè priorem faciat, Ambigo, *ordinis Canonicorum Augustinensium vir honestate conuersationis, & eruditionis gloria conspicuus, ingenio subtilis, & eloquio medius inter Augustini argutiam, & Bernardi Dulcedinem incedens. Scripsit multa in diuinas Scripturas mystici sensus opuscula in quibus intellectum erudit, affectum accendit, & lectoris studium ad maiora promouet & producit.* Addit Io Balæus. *Disputator omnium sui temporis acutissimus.* Plura Io. Maior lib.

III. histor. Mag. Britann. cap XI. amicissimus fuit D. Bernardo, cui & multa opera inscripsit sua. *Sanctissimè vixit*, ait Illustris. Bellarminus lib. de scriptorib. Ecclesiast. Ex quo hunc elenchũ operum ipsius excerpsi.

De exterminatione mali, ac promotione boni. lib. VI
De statu interioris hominis. lib. III.
De eruditione interioris hominis. lib. III.
Beniamin minor. lib. III.
idest *De praparatione ad contemplationem.*
Beniamin maior. lib. V. idest
De gratia Contemplationis.
Allegoria Tabernaculi fœderis. lib. I.
De Trinitate. lib. V I.
De tribus appropriatis Personis in Trinitate ad Diuum Bernardum. lib. I.
De Incarnatione Verbi ad eundem. lib. I.
De Emmanuele. lib. II.
Exceptionum. lib. IV.
De potestate ligandi, & soluendi. lib. I.
De *contemplatione plagarum in fine Mundi.* Tract. I.
De iudiciaria potestate in finali iudicio. tract. I.
De *spiritu blasphemiæ. tract.* I.
De *gradibus charitatis. lib.* I.
De *quatuor gradibus violentę charitatis. lib.* I.
De *gemino* P*aschate. lib.* I.
In *die* P*aschę. Sermo. lib.* I.
De*claratio difficultatum scripturę Sanctę ad Diuum Bernardum. lib.* I.
Quomodo Spiritus sanctus sit amor Patris *& Filii. lib.* I.
De *differentia peccati mortalis, & venialis. lib.* I.
De Superexcellenti Baptismo Christi. lib. I.
De Missione Spiritus Sancti. lib. I.
De C*omparatione* C*hristi ad florem, & Beatæ Mariæ Virginis ad Virgam. lib.* I.

Quo-

Quomodo Christus ponitur in signū populorū. *lib.* 1.
De differentia Sacrificij Dauid, & Abraha. *lib.* 1.
De differētia Sacrificij Abraha, & B. Mariç. *lib.* 1.
Explanatio difficultatis ex Tabernaculo faderis. *lib.* 1.
De templo Salomonis ad literam. *lib.* 1.
De concordia temporum in libros Regum. *lib.* 1.
Explanatio variorum locorum in Psalmis. *lib.* 1.
Explanatio libri Cantici Canticorum. *lib.* 1.
De visione Ezechielis. *lib.* 1.
De Templo Ezechielis. *lib.* 1.
Decisio dubiorum in Apostolo. *lib.* 1.
In Apocalipsim Ioannis. *lib.* VIII. hæc ex Bellarmini Nomenclatura. Addunt alij nonnulla titulis quidem diuersa, & quia libri non sunt ad manum malui his idem opus ponere, quam omnino negligere. Sic ergo Sixtus.
Epitome totius Sacra Scriptura. *lib.* 1.
De Melchisedech mysticè. *lib.* 1.
De Benedictionibus Patriarcharum. *lib.* 1.
Chonographia ad D. Bernardum. *lib.* 1. hi ex illo tituli, at ex Trithem, nonnulli sunt ab his omissi.
Contra Iudaizantes. *lib.* 1.
De duodecim Apparitoribus. *lib.* 1.
De profectu Monachorum. *lib.* 1.
De Triplici holocausto. *lib.* 1.
De authoritate Petri. *lib.* 1.
De instructione Nouitiorum. *lib.* 1.
De Officijs Ecclesia. *lib.* 1.
De XLII. Mansionibus. *lib.* 1.
De studio Sapientia. *lib.* 1.
De Oratione mentali. *lib* 1.
De diuersis affectibus. *lib* 1.
De visione Nabuchodonosor. *lib* 1.
De quatuor Ventis. *lib.* 1.
De verbis Esaia. *lib.* 1.

Chro-

Tempore tracta graui rupit acerba manu.
Plurima nam quæ tui sperant monimenta laboris
Quæ tibi perpetuum sint paritura decus,

Claruit anno MCXL. Errat Genebrardus, qui loco laudato reponit eum in annum MCLXVI. ac grauior lapsus in Codice Gesneri, qui eum locat in anno MCCXL. vti & Iosias Simlerus eius Epitomastes in Epitome Bibliothecæ manifesto errore centum annorum qui ab operis in dubiè profectus. Beatum facit Augustinus de Nouis Ticinen. in procursu Canonic. Regul. pag. XLIX. & Ioannes Philippus Nouariensis, Chronic. Canon. Regular. pag. XXXVII.

ROBERTVS. E. 1079.

Robertus S. Andreę in Scotia Episcopus *Dauid* Regi Sanctissimo gratus, & per familiaris fuit, à quo ad illud dignitatis euectus. Scripsit.

Statuta Ecclesiastica lib. 1. Mores enim Sacerdotum petente ipso Rege sollicitè reformauit extat opus in Bibliotheca *Ioannis Bongarsij* cum in scriptione ista. *Roberti statuta.*

Floruit anno MCXXVIII. Anonymus Monachus Vuigoruiēsis ad Chronicon Florentii continuat. Meminit.

B. RICARDVS. AB. 1080.

B. *Richardus* Fuldę Abbas non minore pietate quam eruditione insignis, ait Ioann. Leslæus lib. VI. pag. CCXV. hoc ei gloriosum quod S. *Marianum* Monachi habitum induerit. Scripsit, vt Audio.

Chronicam succinctam. lib. 1.
Repertorium Theologicum. lib. 1.

Vixit anno MXCVIII.

RAIMVNDVS. E. 1081.

R*Aimundus* aut vt alij volunt *Vueimundus* ex Monacho Benedictino Cænobii Sauiniensi *ob singularem eruditionem, & prudentiam primus Episcopus Sodorensis seu Monæ insulæ creatus vitam in pace finiuit.* Scripsisse fertur.

Sermones ad Monachos. *lib.* 1.

Creatus est Episcopus anno MCLI. quando obierit, incertum Matthæus Vuestmonast. ad annum dictum. Arnold. Vuion lib. II. cap. LIII.

RVDOLPHVS. E. 1082.

R*Vdolphus Monachus & Abbas Monasterij Aberbrothai, vir prudentia insignis, & Sanctitate admirabilis qui ita vtrumque & Religiosi & Episcopi vitam in omni postea actu tuebatur, vt dubites planè fuerit ne diligentior Episcopus, an arctior Religiosus? tenaciori enim velle Episcopus quàm Abbas, duriori parsimonia diues quàm pauper, Austiori regula Magistratus, quàm priuatus semper vixit. Vnde ipsis Regibus carus Ecclesiam suam multis, eorum munificentia beneficijs, & diuitijs ampliauit. Ex Ioanne Leslæo* lib. vi. Arnold. Vuion lib. ij. cap. xxxvij. Scripsit.

Monita salutaria ad Alexandrum Regem. *lib.* 1.

Vixit anno MCCXV.

EDVARDVS ROBINSON. M. 1083.

E*Duardus Robinson* Monachus S. Trinitatis de Redemptione captiuorum, Aberdonense Monasterium Sanctè rexit cum bonas artes Lutetiæ prius, & didicisse feliciter, & docuisset laboriose. Eius sunt.

Exceptiones Sacræ scripturæ MSS. in eodem Cœnobio lugduni. *lib.* 1.

Floruit anno MCCCCXVII.

ROMVALDVS. 1084.

R*Omualdus* quis fuerit? aut vbi? quàue vitæ conditione vixerit? mihi inexploratum: tantum id constat *Scotum* vocari ab Antonio Posseuino apparat. Sacr. pag. clxv. & scripsisse.

De Morte Mariæ Stuartæ Reginæ Scotorum. lib. 1.

Opus in manus meas adhuc non peruenit nec alibi eius nomen celebrari puto.

Floruit anno Mdlxxxviii. eo enim anno Christianissima, & Sanctissima femina, sui sæculi, & sexus decus in inhumani hæresis laniena mactata.

ROSCELINVS. E. 1085.

R*Oscelinus* siue *Rozelinus* aut *Rucelinus* de quo Anonymi historici fragmentum à Roberto ad Mortem Philippi I. *In dialectica quoque hi potentes extiterunt Sophista Ioannes qui eandem artem sophisticam vocalem esse disseruit, Robertus Parisiacensis, Roscelinus Compendiensis, Arnulphus Laudunensis.* Fuit ergo hic Episcopali dignitate sublimis quam ob causam aut à quo euectus non deprehendi Ioann. Auētinus lib. vi. Annal. Boior. *His quoque temporibus reperio Rucelinum Britannum Magistrum Petri Abelardi, noui sicut Conditorem, qui primus scientiam vocum, siue dictionum instituit, nouam philosophandi viā inuenit, eo namque Autore duo Aristotelicorum Peripateticorū genera esse cœperunt vnum illud vetus, locuples in rebus procreādis quod scientiam sibi rerum vendicat, quam ob rem Reales vocantur: alterum nouum quod eam distrahit, Nominales ideo nuncupati quod auari rerum, nominum prodigi atq. notionum, verborū videtur esse assertores.* Britannus ille est qui Reuera Scotus fuit, & lutetiæ sūma ingenii celebritate lectæ illius nob lissimæ fundator fuit. Fordanus disertè, & Epistolę Petri Abailardi, qui putatur parum sanam doctrinam ex eo hausisse, nam hunc *insanas suas sententias super Christiana fides articulis desiisse* Cri-

minatur Iuo Carnotensis Epist. vII. & Franciscus Iuretus verba producit Anselmi Abbatis Beccensis ad fulconem Beluacensem Episcopum. *Audio quod tamen absque dubietate credere non possum quia Roscelinus Clericus dicit in Deo tres esse personas esse tres ab inuicem separatas, sicut tres Angeli ita tamē, vt vna sit voluntas & potestas.* Hunc errorem videtur docuisse tantum cum iunior esset, & postea resipuisse, nam ex literis S. *Anselmi* à Monasterio Beccensi ad Archiepiscopatum Canwariensem translati. liquet datis ad *Vrbanum* Papam eam illum hæresim abiurasse in Concilio quod *Rainaldus* Remensis Archiepiscopus indixerat, & credibile est, abiurato errore illo ad Episcopatum fuisse illum promotum qui tamen, nec in tabulis Democharis, nec apud illum quod sciam nostratium Historicorum. Scripserat.

De Trinitate. lib. I.
De Philosophia Aristotelica. lib. I.
Contra Reales, pro Nominalibus. lib. I. Cuius sectæ auctoritatem non vulgariter, sed multis post annis promouerat *Gulielmus OcKamus* Anglus sed tamē inuentio *Rufcelino Scoto* debetur quem ego nunc ab Orco reuocatum luce dono recidiua.

Floruit anno MCXI. quo tempore obierit, non assero.

ROBERTVS AB. 1086.

R*obertus* Cognomento de *Keldelith* vir claro sanguine, & nobili ingenio Regni Scotiæ Cancellarius amore Cælesti an turbulentorum procerum motu territus, an aliqua alia causa compertum non habeo in Monasterio *Neubotel* Cistercienſem Monachum induit, ac postea Abbas creatus de Dun Fermelin, in sèque translatus crescentibus Sanctitatis, & virtutis meritis Ioanni Abbati de Melros defuncto successit Abbas non sine maxima Sanctitatis opinione. Scoti Chronicon lib. x. cap. xxvI. Scripsit.

De successione Abbatum de Melros. lib. I.

Flo-

Florilegium Spirituale. *lib.* 1.

Creatus est Abbas Melrosię anno Mcclxix. Obiit anno Mcclxxiii. Scotichronicon lib. x. cap. xxxiii.

THOMAS RVBETTIVS M. 1087.

Thomas *Rubettius* Benedictini ordinis Monachus è seculari pompa ad Regularem habitum transiuit cum S. *Vualtheno* cuius socius indiuiduus, & Comes vsque ad mortem fuit Scotichronic. & continuator Fordani. Scripsit.

Decreta Synodalia. *lib.* 1.
De vita S. Vualtheni. *lib.* 1.
De miraculis eiusdem. *lib.* 1.

Floruit anno Mcli.

ROBERTVS AB. 1088.

Robertus Abbas Dumfermelin ex Monacho eiusdem loci successit *Archibaldo* Abbati defuncto. Scotichronicon lib. viii. cap. lix. vir doctissimus, & Religiosæ vitæ cultor indefessus Synodo tamen ad Edimburgum habita à Ioanne presbytero Cardinali titulo S. *Stephani* in monte Cælio per Scotiam, & Hiberniam Legato Apostolico depositus est, quam ob causam explo ratum non habeo, ipse tamen sibi non defuit, sed decreto legati viriliter intercessit. Scripsitque.

Prouocationem ad Papam. *lib.* 1.
De causa sua ad Clerum. *lib.* 1.

Deprehendi ex Scotichronico lib. x. cap. iv. causam depositionis eius fuisse quod cum Regni Cancellarius esset, & in Anglia Regi *Alexandro* Comes esset *Henrici* Regis III. filiam *Margaretam* desponsante legitimare voluerit Sororem Regis Spuriam vxorem *Alani Hostiarij* Magni Scotiæ Iustitiarij; & sigillum quidem Magnum legitimationi affixum comminutum fuit, curaque & officium Cancellarii traditum *Gamelino* postea S. Andreæ Episcopo.

Abbas creatus est anno Mclxxxxviii. Sede motus anno Mccli. nisi hi duo Roberti diuersi sint.

THO-

THOMAS REIDVS. 1089.

THomas Reidus Aberdonensis pueritiæ meæ, & infantilis otii sub *Thoma Carngillo* Collega. Louanis literas in schola Lypsii Serio didicit quas magno nomine in Germania docuit, carus principibus. Londini diu in Comitatu humanissimi, ac clarissimi viri *Fulconis Greuuillii* Regii Cōsiliarii interioris, & Angliæ proquæstoris egit, tùm ad Amicitiam Regis eodem *Fulcone* deducente euectus inter palatinos admissus à literis latinis Regi fuit. Scripsit multa vt est magna indole, & varia eruditione, sed ego vidi tantum.

De subiecto Metaphysices. lib. 1.
De natura Entis. lib. 1. Contra vtrumq. opus nuper scripsit Henningus Aruisæus Francofurti anno Mdcxi.
Historiarum Ecbases. lib. 1.
Panegyricos aliquot. lib. 1.
Vertit Psalmos *aliquot, Dauidis elegantissime in contentione cū Buchanano Georgii, Eglisēmii. lib.* 1.
Omnia Regis Iacobi VI. opera latina fecit, & Londini publicauit.

Ex aula se nemine conscio nuper proripuit dum illi omnia festinati honoris augmenta singuli ominarentur, nec quid deinde egerit aut quò locorum se contulerit quisquam indicare potuit, multi suspicabantur tædio aulæ affectum monasticæ quieti seipsum tradidisse sub annum Mdcxviii. Rumor postea fuit in aulam rediisse, & meritissimis honoribus redditum, sed nunquam id consequetur quod virtus promeretur.

ADAMVS REGIVS. 1090.

ADamus Regius vulgo *Kyng* Edimburgensis bonis artibus instructissimus ad miraculum vsque doctus, maximo auditorum concursu Philosophiam Parisiis docuit, & Mathemati-

eas in quibus facile eo sæculo princeps habebatur. Scripsit.

Canisii Cathechismi versionē Scoticē. lib. 1.
Kalendarium Ss. Scotorum. lib. 1.
De Kalendarii Correctione. lib. 1.
De Theorica planetarum. lib. 1.
Supplementum Sphære Buchanani. lib. 1. Elegans, & eruditum opus, quodque in Parnasso medio natum docti existimant.
ἐπιθαλάμιον Regi. lib. 1.

Venit in Academiam Parisiēsem anno MDLXXXV. viuit adhuc Edimburgi, & in senio erudito aduocati munus gloriosè implet.

P. ROSSETVS. 1091.

P. *Rossetus* bonarum artium lutetiæ Doctor varia edidit, ego pauca vidi, in his.

Carmen Epicū de Leone Scotorū Regū insigni. lib. 1.
Epitome Regum Scotorum. lib. 1. Versu sanè venustissimo, adolescens Duaci vidi, nec postea mihi copia eius vnquam facta.
Epistolæ ad diuersos. lib. 1. Sed maximè ad Hectorem Boethium.

Floruit anno MDXXV.

ANDREAS ROBERTSONVS. 1092.

ANdreas Robertsonus magno nomine patriam suam illustrauit, & multa versu, prosaque edidit. Ego tantùm vidi.

Epithalamiū Iacobi VI. & Annæ Scotorum Regū. lib. 1.

Obiit Edimburgi anno MDXCV.

IACOBVS ROBERTSONVS. 1093.

IAcobus Robertsonus Aberdonensis puerilium meorum studiorum Collega, cum in patria insigni vtriusque linguæ cognitioni

tioni philosophiam adiecisset, venit in Aquitaniam, & maximè nominis celebritate Burdegalæ, ac Tolosæ humaniores literas, ac Philosophicas est professus suauissima morum continentia scientias exornans, scripsit multa, Ego Apices paucorum vidis in his sunt.

De Philosophia veterum. lib. 1.
Aquitaniæ Antiquitates. lib. 1. Opus laboriosum & secundis musis natum.
Carmina multa. lib. 1. In his est inscriptio Prætorii Tolosani.
Pax bello, toga pura sago, quid distet, & armis.
Indicat hoc alma nobile pacis opus.

Viuit adhuc Tolosæ Squellani Lycæi, vt audio moderator, de cuius eruditione, & humanitate cum multa dixero plura dicenda præteriisse censebor.

DAVID REIDVS. 1094.

DAuid Reidus Dumblanensis, & studiorum in Scotia, & professionis Collega Regii, honorum etiam particeps, & humanioris literaturæ doctor. Scripsit:

Declamationes veteri ritu. lib. 1.
Contra Iezabel Anglicanam pro Serenissima Maria Stuarta Scotorum Regina impiè mactata. lib. 1.
Querelam ad Europæ Principes super Sanctissimæ Reginæ morte nefaria. lib. 1.

Docendi munus subiit anno MDLXXXVI. quando obierit incertum.

IOANNES RAYVS. 1095.

IOannes Rayus Edimburgensis scholæ triginta penè annis moderator linguæ grecæ, & latinæ peritissimus multiplicem lectionem iudicio acerrimo circumspectans temperans. Scripsit varia sed ad me paucorum apices peruenerunt, Vidi tamen.

Edi-

Editionem omnium poeticorum Georgii Buchanani operum lib.1.

Ab ipso procuratam in qua nolim Epigrammata quędam turbulentis temporibus scripta in *Hamiltonios* & alios, exempta, ipse certè lectu digna censuerat, nec quicquam ciuilis factionis acerbitas *Hamiltoniis* quos ille lacerabat, nocere debet.

Orationes varias. lib.1.

Carmina vtriusque linguæ ac varii generis lib. 1.

Epigrammata ad diuersos maximè ad Thomam Cragiũ Aduocatum. lib. 1.

In Cvintum Calabrum. lib.1. Obseruationes

In Cœlii Sedulii poemata sacra lib.1.

Viuit adhuc Edimburgi, Crates Mallotes alter aut Aristarchus.

GVLIELMVS REGIVS. 1026

IACOBVS REIDVS. 1027.

VT multa alia egregia ediderint, ego nihil vidi, nisi in Regis ad Scotos suos regressum.

Epigrammata, & poematia lib.1.

Finis Liber XVI.



HISTORIA. ECCLESIAST.
Gentis Scotorum.

LIBER XVII.

S. SEDVLIVS E. 1028.

S. *Cælius Sedulius* vide supra in voce *Cælius* lib. III. Eius *Exemplo, & imitatione libros suos de virginitate composuit Adhelmus*; Beda lib. v. hist. Eccles. Gent. Anglor. cap. XIX. opera enumerat Ioan. Trithemius lib. de Script. Ecclsiast. pag. CCXXVII. a nobis prætermissa.

In maius volumen Prisciani lib. I.
In secundam Editionem Donati. lib. I. vtcumque opus suspectum mihi, nam præterquam quod ætas non patitur, vt in illos scribat *Sedulius*, tum illud certè in antiquitate est inauditum, secūdas vllas fuisse autorum editiones; locum eius lib. 4. Carm. de Maria Virgine, quæ prima Christum vidit resurrexisse disputant Rupertus Tuitiensis lib. VII. diuinor. officiorum cap. XXV. & Ioann. Hessels Belga Censura historiar. cap. III.

S. SEGENIVS AB. 1029.

S. *Segenius* Coætaneus *Ernei*, & *Failbei*, ac ipsius Sanctę *Columbæ*, vt memorat S. *Adamannus* in vita *s. Columbæ* cap. III. lib. I. eodem etiam tempore quo s. *Aidanus* Episcopus ordinabatur S. uensi Monachorum cænobio præerat. Beda lib. III. hist. Ecclesiast. Gentis Anglorum cap. V. *Abstinens ac verè pius audit* Ioā. Leslęus lib. IV. pag. CLVIII. Eius sunt multa apud Balæum opera, & in his.

Regula ad Monachos lib. I.
Epistola ad diuersos lib. I.

Hu-

Homilia de Sanctis *lib.I.*

Floruit Anno Dcxxxv. & si in nullo Martyrologio reperitur, nostrates tamen semper vt in sanctorū album adscriptum fuit, venerati, tēplaque deo sub inuocatione ipsius erexerunt, & plurima, & opulenta antequā hæreticorum immanis furor ædes sacras, & Religiosæ antiquitatis monimenta extinxisset. colitur VII. Aprilis Mart. Anglic.

S. SERVANVS E. Ap. 1030.

S. *Seruanus* Episcopus, & Orcadum Episcopus de quo Ioannes Leslæus lib. IV. histor. Scot. pag. cxxxvII. Polidorus Virgilius lib. III. hist. Anglor. pag. lvIII. *Iuuit istud negotiū pro sua parte, & Cælestinus Romanus Pontifex, qui paulò miserat in Scotiā iā Christi dogma amplectentem, Palladium Episcopum, qui ad extremū in ea sacerdotalem ordinem ritè instituit, fecitque Seruanū virum singulari bonitate, ac modestia præditum Episcopū quē postea in Orcades missit qui Insulanos christiana Relig. Cultum doceret quo d ille studiosè fecit.* Hunc etiam nulla Martyrologia, seu Sanctorum numero adscriptū habeant, tamen ut superior præcipua veneratione a nostratibus semper colebatur, ędibus sacris erectis, & festiua recordatione, Ecclesiasticisque officijs honoratus. Huic Georgius Brounus Episcopus Dunkelden. sed templum Petkaruiæ Parcchiale dicauit circa annum M. D. XI. Alexandro Millo teste. Audiatur Hector Boethius lib. xv. histor. Scotor. pag. cccxvII. *Cum ad lacum venissent* milites Angli Baliolum secuti, *collustrato, Circumquaque loco Castris ponendis idoneo templum diuo Seruano sacrum, ac Cæmiterium occupant, nefandaque in eo loco plurima committunt scorta in templa adducentes, ac omnibus libidinibus commaculantes, Equos ad Aras alligantes, & quod Deo dicatum erat, Contumeliosè defedantes sacra, profanaque iuxta habēdo.* Orcadum Episcopatus ab eo fundatus, religioso cum cultu prosequitur, Episcopio ei dedicato Ioan. Leslæus, & Annales omnes nostrates consensu vnanimi. Scripsit.

Epistolas ad Orcadianos lib. I.
Epistolas ad Ecclesias Scoticas lib. I.

Floruit anno ccccxl. meminit, & Antonius Posseuinus Apparat. Sacr. pag. ccx. *Seruanus Scotorum Episcopus, & Orcadum Apost.* Alij eadem.

S. SILVANVS. ARCH. A. 1031.

S. *Siluanus* Archidiaconus *insignis Sanctitatis, & virtutis vir* in Scotia successisse fertur peregrinationem suscipienti sanct. *Liuino* in Archiepiscopatum Dublinensem Breuiarium Ecclesiæ Gandauensis, & ex eo S. *Liuini* vita in Epitomen redacta per Franciscum Haræum die XII. Nouembr. Hic decessoris sui sanctitatem secutus mirè, beatissimo est exitu defunctus. Scripsit.

Flores Sacræ Scripturæ lib. I.

Vixit anno DCLXIII.

S. SERFVS. AP. 1032.

S. *Serfus* primo nascẽtis apud nostrates Religionis sęculo vixit, & ex *Culdeorum* grege Episcopus electus, aliquid magni animo agitans Orcades nondum adhuc fidei luce illustratas adijt, & verbum vitæ rudibus illis gentibus indefessus nunciauit. Scripsit.

Conciones ad Orcadianos lib. I.
De Religionis Christianæ misterijs lib. I.
Epistolas ad Scoticas Ecclesias. lib. I.

Claruit anno ccxciii. multis pòst illum annis eadem in gente erudienda labores alij posuerunt, ut hic primus Orcadum Apostolus, S. Seruanus secundus dici possit. Colitur eius pia memoria die I. Aug Breuiar. Scot.

S. STOL.

S. STOLBRANDVS E. 1033.

S. *Stolbrandus* Scotiæ Episcopus cum Dani in Scotiam irruerēt, Pictice gentis iam deletæ causam propugnaturi in Insulam Maiam in Forthæ æstuario concessit, vbi vel immanem Ethnicorum barbarorum truculentiam tutus euaderet, uel una cum pijssimis viris, vel ipsum secutis, vel locum illum religiosissimū incolentibus mortem oppoteret gloriosam. Scripserat.

Commentarios in lib. Iob. lib. 1.
De casu Regni Pictici. lib. 1.
Historiam Britanniæ. lib. 1. Est in Bibliotheca Regis Christianissimi illius fragmentum, indicauit à multis annis *Isaacus Causaubonus.*

Passus est cum multis alijs anno DCCCLXXIV. memoria in *Maia* insula miraculorum gloria inclaruerat vide lib. 1. hoc opere in S. *Adriano.*

S. SCANDALAVS. 1034.

S. *Scandalaus, Eogledius Totaneus, Moteferus, & Gallanus S. Columbæ* comites, ac discipuli, cum ipsam Hiberniam traiecisset monasteria in *Iona* insula sanctè rexerunt, vt annales nostri prodiderunt, & in his Ioā. Leslęus lib. IV. pag. CLII. Hector Boethius lib. IX. pag. CLXXX. Scripsit.

Ad fratres, in Iona lib. 1.

Claruit āno DCVI. relatus in diuorum numerum religiosè colitur a nostratibus, licet Martyrolog. sileāt, colitur autē die V. Maij Martyrolog. Anglic.

S. SERLO M. 1035.

S. *Serlo* Monachus Mailrosiensis ac socius Episcopi Cathenensis S. *Adami*, cum eo etiam a furente plebe combustus vt lib. 1. supra hoc opere videbis. Scripsit.

Vitam Adami Magistri lib. 1.

De Decimis lib. 1.
Contra Vsuras lib. 1.
Cartam libertatum Scotiæ lib. 1.

Affectus est Martyrio *dominica infra Octauam Natiuitatis B. Mariæ* vt loquitur Scoticronicon lib, IX.cap. XXXVII. annus erat MCCXXII. alius *Serlo* est Anglus, & Benedictinus clarus anno DCCCCLX.

S. SVIBERTVS. E. 1036.

S. *Suibertus* Veldensis Episcopus primus Scotus, nam pater ipsius *Sigebertus*, vt Marcellinus, apud Surium, autor, hic uero ortu Scotos reges attingebat, & per eosdem Northumbriæ comitatu donatus, primus Scotorum eam prouinciam tenuit; ut Veremundus habet apud Ioannem Campumbellum. Hic uero antistites ea dignitate à *Carolo Magno donatus ob insignem Scotorum bello Hispaniensi fidem, solertiam, & fortitudinem, qui gratissimi animi princeps, præcipua omnes dignitates Saxoniæ bello superatæ Scotis indulsit*, ut historici Franci testes, & in his Philip. Beltorest. lib. 1. hist. Carolor. Optimus hic, & pijssimus Antistes, ut omnes alij octo sequentes *Scoti* ex Cœnobio *Amarbaricensi* ad Episcopatum translatus, nihil prius habuit, quam Clerum, & populum sibi commissum ad pietatem dictis, & factis ipsis hortari. Sanctis adscriptus Arnold. Vuion. lib. II. ligni uit. cap. LV. Vitam scripsit B. Marcellinus, & retulit F. Surius tom. II. die I. Martij. Scripsit.

Ad fratres Amarbaricenses, lib. 1.
Ad Ecclesiam Verdensem. lib. 1.
Canones sacros. lib. 1.

Florebat anno DCCLXXXVIII. Adi ad Gasparem Bruschium centur. Monasterior Germanicor. Albert. Crātz. lib. II. Metropol. cap. XXX. Suffrid. Petr. lib. I. de origine Frisior. cap. XV. Henricus Sinclarus putat *Sigebertum* non ortu Scotum, sed exulē in Scotia hæsisse, ibique ex Scota uxore Suibertum genuissē. Vt est, sub *Carolo Magno* nulli Angli Scoti plurimi militarunt, & octo sequentes loci Antistes Scoti, ut hic Anglus uideri non possit.

S. SY:

S. SYRA. R. F. V. 1037.

S. *Syra* filia *Eugenii* IV. Regis de qua Hector Boethius lib. IX. histor. Scot. pag. CLXXIV. *Erat Fiacrio soror virgo sanctissima nomine Syra, quae audita fratris sanctitate ad eum in Meldensi agro anachoreticam vitam agentem cum maiusculo sanctarū virginum Comitatu se recepit, quae ab eo cū Sodalibus in sancto proposito confirmata ad Gallicanam Campaniam se contulit, vbi per vitae sanctitatem, & clara sanctitatis signa insignem sui reliquit memoriam.* Nec plura apud exteros scriptores de illa qđ sciam, nec Martyrologia ulla meminerūt, licet in Campania Gallica multa sint templa eius honori erecta, multaque sanctarum monialium claustra, sub eius sacra militia uiuentium. Acta Ecclesiae Meldensis. Mss. Io. Leslęo lib. IV. pag. CLV. Arnol. Vuion. lib. III. lign. uit. pag. DXVII. Forte eadem erit *Siria Matrona*, quam in territorio Trecensi cultam docet die VIII. Iunii. Molan. addition. Vsuard. scripsit.

De Sancta Monica. lib. I.

Meditationes. lib. I.

Exhortationes ad sorores. lib. I. Quae in ipsius monasteriis religiosè asseruātur in eadem Cāpania.

Floruit anno Dcxxxii. quo fratrem suum s. Fiacrium secuta Oceanum traiecit quando obierit non comperi Kalendarium Adami Regii natalem reponit in annum Dcxliii.

B. IO. SCOT. EREM. 1037.

B. *Ioannes Scot.* Tenidalius idem ille cum *Ioanne Ieiunatore* de quo lib. IX. supra sed quia de eo multa notatu dignissima tradidit *Gilbertus Brunus Abbas Dulcicordis* in collectionibus Historicis, non erit forte ingratum rem tam stupendā verbis ipsius ex patrio sermone in latinum versis, repetere. *Hoc anno*, inquit, *Ioannes Scot. in Tenidalia natus, quibusdam causis impellentibus venit ad Cambuskin: s. Crucis vbi obseruatus est,*

am-

amplius quam viginti dies sine cibo ullo, aut potu transigere. Id cum Rex audisset cum in Arce Edimburgense Custodibus appositis toto mense asseruari praecipit, quo tempore nihil in corporis illius constitutione mutatum fuit, quare Custodia illa arcta liberatum, dimissumque Rex virum in maxima sanctitatis opinione habuit. Ille peregrinatione Hierosolymitana decreta, Venetias adpulit ubi XL. dierum ieiunio sanctè peracto Veneti illum Fisci impensa in terram Sanctam deducendum atque in Italiam reducendum censuerunt, inde Romam profectus Sanctitatis suae periculum fecit, tum domum repetens iter per Gallias *instituit, eademque inibi experimento exhibito admirationem omnibus mouit, indeque in Angliam traiecit, & Londini quidem quod palā assereret Henricum Regem non potuisse ab uxore Catharina Aragonia diuertere, nec libellum ei repudii sine maxima impietatis nota remittere, in carceres coniectus, sed comperta ieiunii Sanctitate cum honorifico elogio dimissus. Hoc eò admirabilius est, quò ille, cum liberes, cibo & potu, ut alii solebant homines, uteretur. Barba ei subflaua, promissaque toga cādida ad talos dimissa cinctus Zona coriacea induebatur. Erat sermone patrio disertissimus, nec latini non ignarus, totū vita cursum precibus impendebat. Plerique eum virum sanctum habebant, licet alii de illo segniora censuerint, & peiora longè scripserint.* Scripsit.

Vaticinia de mutanda Religione.	*lib.* 1.
Precum Sanctissimarum Synopsin.	*lib.* 1.
Sermones per annum.	*lib.* 1.
Exhortationes ad Clerum.	*lib.* 1.
De terra Sancta.	*lib.* 1. Quę omnia

vidit *Richardus* ille *Brunus*, & impensius laudauit. Viuebat anno MDXXXI.

IOANNES A SACROBOSCO. P.

I*Oannes à Sacrobosco* Scotus vulgo *Halybush* quę familia adhuc durat apud nostrates, & certissimam de eo memoriam conseruat, acta nationis Germanicæ ad D. Colmi Parisijs, & Scotum

fuisse

fuisse disertè loquuntur, & venisse in eam Academiam adoptatumque V. Iulij anno MCCXXI. Fuit Canonicus in Monasterio Nitisdaliæ vulgo *Haliwud*, quod fundauit *Deruirgilla* Comitissa Galloüidiæ. Richardus Gibbonus Anglus in Angl. histor. *Scotum vocat incolam Haly VVod*. Hoc cum sit indubitatum non fuit tamen maledicentissimus Lelandus, qui futili argumento, & ridicula, ut solet, ratione Anglum fuisse, & Oxoniæ studuisse affirmet. Et Gulielmus Cambdenus in Britanniæ descriptione, vbi de Brigantibus *Hallifax* oppidum, quod *sacram siluam* significare eum produxisse uoluit, sed falsò, nam nomen illud est ignobile, & nuperum, oppidum enim ante uocabatur *Horton*. Deinde perridiculum est ex *Halyfax* efficere velle à *Sacrobosco*. Scripserat ille.

De Sphera Mundi. lib. 1. opus celebratissimum, quod Mathematicorum nobilissimi Commentariis illustrauere Gemma Frisius, Petrus Ramus, & Christophorus Clauius.

De Algorismo lib. 1.

De ratione Anni, lib. 1.

De computo Ecclesiastico. lib. 1.

Breuiarium Iuris. lib. 1.

Claruit anno MCCLV. vt Balæus voluit, sed et Genebrardus eo anno Lutetiæ Mathematicam professum scribit, vterque falsò. Nam Aubertus Mireus in Chronico diem suum obiisse rectè adnotat anno MCCXXXV. Consentit, & sepulchralis Cippi inscriptio ad D. Mathurini Parisiis, vbi ille sepultus insculpta Sphera cum his versiculis.

De Sacrobosco qui Computista Ioannes
Tempora discreuit, iacet hic à tempore raptus
Tempora qui sequeris, memor esto quod morieris.
Si miser es, plora, miserans pro me precor ora.

SAMSON. P. 1039.

Samson Presbyter relicta scotia in Bauariam bonarum artiũ studio se contulit, vnaque cum *Alberto*, & *Clemente* scotis

acerrima contentione vexauit S. *Bonifacium* super cœremoniis quibusdam Romanæ Ecclesiæ, quas stabilire volebant *Pontifex*, & *Bonifacius* resistebant hi, quos nominaui, Scoti, adiuti à Sydonio Bauarorum Archiepiscopo, vt latiùs exequitur Ioannes Auentinus in annalibus Boiorum lib. iij. *Clemens*, & *Samson* *Scoti, Sacerdotes, atq. Episcopi nummarij auari, libidinosi, sacrilegi peculatores, temulenti*, Zacharias PP. Epist. vi. vt non sit mirũ, si profligatissimus hereticorum Mornæus dicat *Clemens*, & *Sãson, Scoti ætate sua doctissimi*. Hæreticus schismaticos laudat rectius sane Vviscelius Iunior.

Progenerans quosdam Stygio e fœtore scatentes
Insipidum Albertum, Clementem, & finibus iisdem
Samsonem, Scotos sinceri dogmatis hostes.
Audentes sanæ doctrinæ opponere Sancti.

Hunc *Sydonium* existimo, vel hæreticum, vel Schismaticum fuisse, nam sub *Vtilone* duce cum Roma ad Bauaros venit *Bonifacius* Scotus, vnus tantum Episcopus erat in tota gente *Vinilus* vt ex Epistola *Gregorii* I I. ad eundem constat. *Bonifacium* apud Surium tom. iij. in vita eius pag. clv. quod si verum est hæreticæ impietatis nota non carebit *Samson*. vide lib. iij. hoc opere supra *in Clemens*. Scripsit hic.

Super controuersia cum Vuimfrido misso, lib. 1.

Viuebat anno DCCLII.

B. SEDVLIVS IVNIOR. 1040.

B. *Sedulius* alius ob ætatis differentiam *Iunior* dictus *Pergusti*, seu *Fergusti* socius, & Scotorum Australium Episcopus interfuit generali Romæ Concilio celebrato sub *Gregorio* I I. vt tom. iij. Concilior. General. habetur pag. CCCCXVII. vbi *Episcopus Britanniæ* uocatur. Meminit Honorius Augustodunensis luminar. Ecclesiast. & vberius Ioãnes maior lib. 1. histor. Magn. Britann. cap. IV. & cap. VIII. Scripsit.

Statuta Concilii Generalis, lib. 1.
In Euangelium D. Matthæi lib. 1. Quod opus

Ms.

Ms. penes se habet eruditissimus Iacobus Sirmondus *De sancto Missæ Canone*, lib. 1. Impius est hoc loco Balæus, qui vult tùm primum Missarum solemnia in Ecclesiis instituta, abusus verbis Sigeberti. Gregorius II. *Constituit vt tempore quadragesimæ V feria ieiunium, & celebritas Missarum fieret in Ecclesia quod non fiebat antea.* O perdite heretice veritatem agnosce, & erubesce, nā nō missarum ille solemnia instituit, sed *vt feria v. in quadragesima* Missæ augusti sacrifici celebrarētur edixit, quia forte ante illud tempus dies Veneris ob recordationem passionis dominicæ lugubris erat, & à consecratione immunis.

Floruit anno DCCXIV.

S. SARANVS AB. 1041.

De Clericorum tōsura, ac paschalis celebratione anceps diuque inter Ecclesias Scoticā, & Britannicam exorta est quæstio, tunc in Ecclesia Scotica vir erat pius, ac prudens *Saranus Abbas, et doctor*, vt habetur tom. III. Conciliorum in decretis Honorij I. cap. XIX. pag. LXIII. Orta autem hæc cōtentio est anno DCLXIV. Sigeberto autore, licet malè Florētius Vuigorniensis reijciat in annum DCLXXXVI. Tunc enim reconciliati fuerant pene, & ad vnionem Catholicæ Ecclesiæ reducti per *Egbertum* anno DCCX. Herman. Contract. chron. nam si verus est Florentij numerus sequitur discrepantiam illam XXIV. annis durasse, quod falsum ex Beda, vt illic in numero abūdans exerceat. Ita Rhegino Pruuirensis deficiens, qui *Honorium Pontificem Scotos in celebratione Paschæ errantes per Epistolam correxisse* scribit, idemque præstasse *Ioannem*, & eius successorē *Seuerinum* anno DXLVI. Nec omnino sanus in Mariani Scoti chronico numerus, qui id ait anno DCXXXIII. contigisse, cum nondum adhuc mota fuisset controuersia. Scripsit hic.

Epistolas ad Hilarium Archipresbyterum, Ioannem

Primicerium, Ioannem Diaconum, & alios lib. i.
Super controuersia de Paschatis celebratione. lib. i.

Vixit anno DCLXVI. colitur die X. Martij Martirologium Carthusianum, vel die XIX. Maij. Petrus Canisius.

S. SIGEBERTVS AB. A. 1042.

S. *Sigibertus* successit in regimine Fuldæ S. Egeberto, & cum aliquot annis sedisset Abbas, *virtute, & pietate est consecutus, vt Moguntinus Archiepiscopus omnium conspiratione declararetur* ait Ioannes Leslæus lib. v. in *Machabæo* Rege. Adi ad antiquitates Fuldenses quas edidit Christophorus Brouuerus, & doctissimis uiris Illustrauit. An aliquid scripserit non deprehēdi. Floruit anno MLVII.

ROBERTVS SLIPPINGEN. M. 1043.

R*obertus Slippingen.* Carmelita in Monasterio Perthano, indutus Sorbonicis socijs adscriptus, edidit.
Determinationes Theologicas lib. 1.

Floruit anno MCCCCX.

ROBERTVS STVARTVS. M. 1044.

R*obertus Stuartus* Regio scotorum sanguine, ac *Iacobi* V. Regis cognatus D. Francisci habitum induit, & mira vitę sanctimonia, & integritate vixit. scripsit.
Viaticinia de rebus scoticis. lib. 1. quæ etiamnum hodie circumferuntur, quibus Religionis casum uti accidit, & Reginæ mortem prædixit.

Viuebat anno MDLII. Franc. Gonzaga part. III. Origin. seraphic. pag. DCCCXLVIII.

SE.

SECVNDVS PHILOSOPHVS. 1045.

SEcundus Philosophus scotus, vel Anglo teste Rogero de Houeden. part. II. Annal. pag. CCCCLXIV. summæ fuit apud sui sęculi homines dignationis, diu peregrinatus; domum regressus muliebrem sexum exosus Athenas abijt, ibique linguarum peritia, & philosophicorum studiorum elegantia clarissimus, licet in pertinaci vsque ad mortem silentii proposito perseueraret tamen perscriptionem Hadriano Imperatori, & innotuit, & admirationem mouit. scripsit.

Responsa quæstionibus Hadriani Imperatoris. lib. i. quæ sunt veluti apophtegmata, & alia.

Viuebat Anno CXX.

GEORGIVS SIBBALDVS. 1046.

GEorgius Sibbaldus omni humaniori literatura instructissimus in patria bonas artes didicit, in Galliis docuit, quindecim annis Medicinæ serio dedit operam, tum doctorali apice Patauii accepto, magno patriæ, sibique ornamento, scripsit.

In Græcos autores obseruationes. lib. I.
Criticas exercitationes. lib. I.
Veteris ac nouæ Medicinæ collationem. lib. I.
Poemata, lib. I. & alia.

Viuit in scotia, & suis est ornamento.

HENRICVS SPITALIVS. 1047.

HEnricus Spitalius, haud vulgariis doctrinæ philosophiam in Academia Aberdonense nascente operosè docuit.

Eius est. *Facilis ad Aristotelicam sapientiam aditus.* lib. I.

Floruit domi anno MDXX.

S. SEGIANVS. P. 1048.

Segianus presbyter, vnus ex filiis, qui Ecclesiam scoticam adm inistrabant orta, de paschate cum Britannis quæstione, nominatur in epistola Honorii I. Tom. iij. Concilio. cap. xix. pag. Lxiij. scripsit nomine Ecclesiæ suæ.

Epistolas ad diuum Hilarium, Ioan. Diaconum, Ioannem Primicerium, Ioannem seruum Dei locum sanctæ sedis Apostolicæ tenentes. lib. 1.

Super celebrando Paschate. lib. 1. pro patrio Scotorum ritu, ut opinor contra Britanicam Ecclesiam, nondum enim adhuc scoti ab *Honorio* P. M. moniti errorem deposuerant illum.

Floruit anno DCLxvi.

S. STELLANVS. P. 1049.

Stellanus, & ipse presbyter eadem ętate scoticam Ecclesiam sanctè regebat, & strenuè adlaborauit, ut *Honorii* Pōtificis Maximi decreto obtemperaretur, vtque sibi commissi in omnibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ capiti, & Petri successori subessent. scripsit.

De Paschate celebrando lib. 1.

Epistolas ad Ioannem, Hilarium, & reliquos. lib. 1.

Nominatur in epistola Hilarii Archipresbyteri ad Scoticas Ecclesias nomine Honorii scripta Tom. iij. Concilior. loco laudato.

Viuebat anno DCLXVI.

S. SYLVENEVS. M. 1050.

S. *Sylueneus* Monachus rara pietate, nec minore eruditione primis sæculis post acceptam fidem egregiam operam extirpandis uitiis nauauit, coætaneus Damiani presbyteri, & alio-

rum

rum, qui supra hoc opere laudantur. scripsit.

In omnes Psalmos. lib. IX. Scotichronicon lib. X. cap. ij.

Meditationes. lib. I.

Florebat sub Appulsum S. Reguli ex Achaia in Albionem anno CCCLxix. Hector Boethius lib. vj. histor. scot. pag. CV.

DAVID SCOT. 1055.

DAuid Scotus Parisiensis professor Dumblanæ natus. Scripsit.

Historiam decreti Gratiani. opus incomparabile. lib. viii.

Adoptatus est in Academiam Parisiensem anno MDLIV. obiit in legum Pontificiarum ibidem professione, anno MDLxxiii.

ROBERTVS STRALOCHVS. 1012.

RObertus Stralochus Aberdonensis, & ipse Lutetiam suo ingenio illustrauit, nam cum ingenti studiosorum adolescentum concursu Philosophiam docuisset. Scripsit.

Præfationes solemnes ad Auditores suos. lib. I. Prodiit typis Henrici Stephani opus.

Compendium totius Philosophiæ. lib. IIII.

Docebat anno MDLxix Obiit in Scotia Medicinam Chimicam exercens.

SIMON SIMSON. 1053.

SImon Simson circa eadem tempora Dunkelda Parisios venit, ac diu Philosophiā celebri fama professus, Lycæi Plessæi gymnasiarcha aliquandiu, deinde actuosa illa vita seposita, dulciorem quietem censuit, quam in Aremoricis nactus Sorbonicæ facultatis socius, & S. Theologiæ Doctor. Demochar. tom. iij. pag. XIIX. Scripsit.

Historiam Iacobarum. lib. VI. opus rarū, fama dignum immortalitate.

Contra Magdeburgenses Centuriatores. lib. I. Quod opus dum emittere pararet amicis interpellantibus distulit ut res Scoticas fusiùs exequeretur quod nõ potuit morte præuentus efficere, est opus san pium varium, & eruditum, quo singulas insanientium hæreticorum imposturas diligenter detexit, & eruditè refutauit.

Docebat Parisijs anno MDLXXXV. Obiit annò MDCX.

THOMAS SMETONUS. H. 1054.

THomas Smetonus Dumblanensis, & ipse humanioris literaturæ Parisiis professor, ac deinde nomine Societatis Iesu dato, in Claromontano ibidem Collegio, magnum ingenij applausu easdem artes docuit; sed apostata uilis postea, & sacræ militiæ desertor, hæreticus minister fuit. scripsit.

Contra Archibaldi Hamiltonii Calainianæ confusionis demonstrationem. lib. I. opus verborum ornatu non inelegans, sed doctrina uacuum.

Epitaphium Metellani. lib. I. Cui ille in Italia Comes hæserat. Is est Metellanus, qui in dialogo de iure Regni apud Buchananum interloquitur.

Docebat sæcularis Luteriæ anno MDLXIV. obiit Apostata anno MDLXXVIII. Edimburgi, an alibi pro Comperto non asseruerim.

HENRICUS SCRIMGERUS. 1055.

HEnricus Scrimgerus ex nobilissima familia Dudopæ Deidonensis Præfecti vulgo Conestabuli Fuggerorum Augustæ Vindelicorũ munificentia literas coluit, suo æuo latinæ, græcæ, ac orientalium linguarum peritissimus uir indefessæ lectionis, iudicii limatissimi sine fuco ambitionis eruditus usque adeo, ut Iacobus Cuiacius profiteatur se ab eius cõgressu nunquam, nisi doctiorem recedere, multa edoctum irreperta interpretibus. Scripsit multa, ut nemo eo sæcuso plura, in his

Nouella Constitutiones latinitate donata lib. I.
Antea transtulerat Henricus Agylæus Buscouiducensis Corradus Rittershusius proœmio Iur. Iustinianei cap. IV. *Plutarchi omnia opera* lib. I. cum M S S. contulit *Eduardo Heruisono* Scoto autore, in notis ad Plutarchi Cōmentarium de *cōtrarijs Stoicorū*.
Notæ vberiores in easdem Constitutiones lib. I. ipse promittit, an extent, nescio.
Diogenes Laertius de vita Philosophorum ad multa exēplaria correctus & obseruationib, illustratus lib. I.
Athenæum lib. I. cum M S. contulit, vnde omnia sua hauserat magni momenti, Henricus Casaubonus.
Strabonem etiam cum M S. Collatum volebat emittere; vt ex Epistolis ipsius M SS planum est, sed cum Codex in manus Isaaci Casauboni venisset mirum, quam ille fidenter alienæ operæ nomen suum apposuit, hoc certè candide Henricus Stephanus profitetur, & si non benè cū Scrimagero ei conueniret.
Basilicō libros cū Mss. variis collatos latinos fecit. lib. I.
Phornuthum ex collatione Mss. correxit. lib. I. Vltima senecta.
Palæphatum quoque ex ijsdem Mss. ita auxit, vt alius ab edito videri possit, qui duo autores vltimi asseruantur in Bibliotheca Petri Iunii Equitis Iacobi Regis educatoris.
Epistolas. lib. I.

Obiit anno MDLXXIV. vir æterna memoria dignissimus qua nobilitatis prærogatiua, qua eruditi ingenii dotibus.

SALYFAX BARDVS. 1056.

SAlifax Bardus ex nobilissima veterum *Bardorum* familia ortus, qui cum *Druydibus* diu apud Scotos nobilitatem erudiebāt, deorumque laudes Carminibus celebrabant, vt et defunctorū Herorum manes honoratis Elogiis extollebant. Hic ex ea familia. Scripsit.

Hymnos in Deos. lib. 1. Qui ætate
veremundi extabant
Genealogiam Regum. lib. 1.

Floruit anno ante Christum CL. sub *Reuthera* Dornadillę f. Rege. Nisi forte alius sit posterioris operis autor à nostro diuersus gente, et tempore, nam Anglum fuisse hunc suspicor, et claruisse circa annum Dccclx.

SILVIVS BONVS. 1057.

Siluius Bonus natione Scotus, dubites Orator facundus an poeta acutus fuerit, maxima æstimatione apud *Maximum* qui Imperium Romanum in Britanniis, et Galliis vsurpabat contra *Gratianum*. Mira inuidia inter illum, et Ausonium Burdegalensem, et mutua inter ipsos scriptio. Scripsit hic.

Maximi Cæsaris laudes. lib. 1.
Inuectiuas in Ausonium. lib. 1. Ipse Ausonius indicat, sed eum Britonem vocat, quia ex Britannia *Maximum* Cæsarē secutus erat. Sic ergo Decius Ausonius in Epigrammatis.
Siluius ille bonus qui Carmina nostra lacessit.
De Bellis Aremoricis. lib. 1.
Poematum diuersi generis. lib. 1.
Epistolarum ad diuersos. lib. 1.

Claruit anno ccccx. frustra illum Angli vendicant cum *Scotamus*, et Scotichronicon faciant *Scotum*.

SILVIVS BONVS ALTER. 1058.

Siluius Bonus ex antiquissima, et nobilissima familia *Siluiorum* siue *Vuood*, quæ etiam hodie inter Honoratas, et Patricias numeratur. Boni Cognomentum ipse non assumpsit, sed per iocum ei impositum imitatione Ausoniana quis fuerit; vbi vixerit, nisi quod certum illium de peregrinatione sua opus edidisse eruditissimum sub titulo.

Comparatio antiqua, & hodierna Italiæ. lib. 1.

Pro-

Prodiit Mediolani.

Vixit anno Mcclxx.

SIMON AB. 1059.

SImon Abbas de Dumfermelin vir animi ingentis, sed magis sæcularibus negotiis, quam Ecclesiasticis implicatus, orator missus ad Regem Angliæ ad repetendam Comitatus *Huntinto nÿ* proprietatem, aliquot post annos ob innatam animi pertinaciam, et intolerabilem operum proteruiam depositus est in Concilio, vt puto, Strilinensi, licet multum Comes de *Mar*, qui legationis Anglicanæ socius fuit reniteretur. Scripsit.

Pro restitutione sua ad Regem. lib. 1.

Missus est legatus anno Mcclxx. Scotichronicon l b. x. cap. xxvi. Depositus est, et officio Abbatis eiectus anno Mcclxxv. Scotichronicon eodem libro cap. xxxvi.

B. SALAMON DECANVS. 1060.

B. *Salamon* Decanus Glascoensis dum *Rogerus* Eboracensis Antistes non suum modo Metropolitanum *Thomam* Cantuariensem sperneret, sed et mira arrogantia inauditaque superbia ius in Ecclesias Scoticas tanquam sibi subiectas præsumeret, Concilio Eboraci habito ita libertatem, ac dignitatem Scotici Cleri disputando propugnauit, vt *maxima esset Anglorum confusio, Scotorum gloria*, ait Polychronicon lib. VIII. cap. xv. Comitatus fuerat *Angelrannum* cap. xv. seu *Ingelrannum*, vt Houedenus loquitur, et *Valterum* Priorem de Calco vti hoc opere lib. ix. et xix. videbis. *Salamon*. Scripsit.

Pro causa Angelranni. lib. 1.
Monitorium ad Rogerum Eboracensem. lib. 1.
Appellatio ad Papam. lib. 1.
De iure Ecclesiæ Scoticanæ. lib. 1.
Sermones super Euangelÿs. lib. IV.

Florebat anno Mclxiv. quo causa apud Pontificem *Alexandrum*

lit. disceptati, et *Consecratus ingelrannus astantibus pompositis Clericis, & procuratoribus*, vt polychronicon loquitur, *Eboracensis*, et à Papa decretum Senonibus in Galliis vti *Scotica Ecclesia soli Sanctæ Sedi Apostolicæ subesset*. Sed hæc pluribus in Episcopis Scotis dicam, vbi de Glascoensibus.

IOANNES SERLO AB. 1061.

IOannes Serlo cognomento Grammaticus orator, et poeta eximius, Monachus Benedictinus deinde Abbas Cisterciensis Socius S. *Stephani Hardingi*, et discipulus, hicque missus in Angliā, prima fundamenta Fontanensis Cœnobii iecit, ut ex *Hugonis* de Kir *Kested* relatione clarum scripsit multa, Hi apices restant.

De Bello inter Scotiæ Regem, & Angliæ Barones lib. 1. Ms. In Collegio S. Benedicti Cantabrigiæ.

De dictionibus dissylabis. lib. 1.

De dictionibus æquiuocis. lib. 1.

De dictionibus vniuocis. lib. 1.

Floruit anno Mclx.

IOANNES SETONVS 1062.

IOannes Setonus Scotus Philosophiam, et Mathematicas disciplinas Oxoniæ in Anglia est professus à Rege Scotiæ eò missus, postquam in Concilio Viennensi *Clemens* V. Pont. fix decreuit uti rex Scotiæ suis sumptibus professores Scotos Oxoniæ aleret, ut habetur lib. v. Clementinarum tit. 1. *de Magistris*. fuit hic *Setonus* speculationibus arcanis mirificè deditus, ut Lelandus lib. IV. de vir. Illustr. et alii scribunt cùmque multis annis Aristotelem legisset, ac relegisset. Scripsit

In Metaphysicam. lib. XII.

Viuebat anno Mcccx.

GVLIELMVS SETONVS. 1063.

Gulielmus Setonus nobilissima familia Meldromiæ ortus bonas artes domi, & sub Lipsio sedulus didicit, in Gallijs cum laude docuit; iuris prudentiam verò tam seuerè coluit, vt nec in Senatu patrio multos pares, nec Andegaui, vbi Regius professor eam exercuit, habuisse censeatur. Est vir omniscius; variæ, & penè infinitæ lectionis; sed ingenij vehementer à lucubrationum suarum publicatione abhorrentis. Habet verò propediem multa edenda. In his sunt.

Nouellæ cum Mss Græcis collatæ, & notis eruditissimis ornatæ. lib. 1.

Viuit Romæ omnibus literatis charissimus; sed præcipuè Illustriss. Principi D. Scipioni S.R.E. Cardinali Cobellutio; cui est domesticus, & gentis Columna.

GVLIELMVS SETONVS. 1064.

Gulielmus Setonus vbi vixerit in Gallia, an Germania non obseruaui. Scripsit.

De Curatice Chirurgia lib. 1. Meminit Paschalis Gallus in Bibliotheca medica pag. cxxiii. Floruit anno MCCCCXCV.

ALEXANDER SETONVS. H. 1065.

Alexander Setonus Theologus Iacobo V. Regi à sacris confessionibus: mortuo Rege hæresim Londini, ait Personus, est amplexus. Scripsit multa, in his.

Processus sui examinationis. lib. 1. Opus impium quia Balæo placens.

In vtramque Epistolam Petri. lib. 1.

In Canonicam Iacobi. lib. 1.

Conciones. lib. 1.

Obijt Londini in ædibus Sudoneigiorum Ducis anno 1542.

ALEXANDER SETONVS. 1066.

Alexander Setonii Toparchæ Setonii filius *Fiuuiæ* Baro, Dumfermelini Comes, in Galliis, Italiaq. egregiè, ac feliciter pietati, ac virtuti studuit, quas postea supremo in Scotia Cācellarii magistratu annis pené triginta maxima integritatis famâ exercuit; vir bono Regni natus. Scripsit & Romæ pronunciauit.

Orationes solemnibus aliquot festis coram Pontifice, & Cardinalibus pronunciata in Sacello Pontificio. lib. 1.

Prodierunt Romæ, & Parisiis multa in vtroq. iure, sed nō edidit. Obiit in Scotia anno 123. singulari in catholica religione profitenda etiam inter hæreticorum minas animi constantia, & maximo ad Catholicorum perseuerantiam exemplo Senatus caput, bonorum Corculum, ac Zeleucus alter. Huius vitam scripsit Gulielmus Setonius I.C. Alexandri cōsanguineus, & olim familiaris, quam propediem publicabit.

IACOBVS SETONIVS. P. 1067.

Iacobus Setonius ex milite Cohortis Prætoriæ Scoticæ, qua Regi Galliarum adsistit, factus Sacerdos in illos in literis breui progressus fecit, vir pius, ac religiosus inculpata vita, profunda eruditione nobilitatus. Scripsit.

De vita ministrorum Scotorum à Ioanne Xnoxio in hæc tempora. lib. 1.

De eorum Synodis, & decretis. lib. 1.

De Constitutionibus Ecclesiæ Scoticæ. lib. 1.

De graui Controuersia fidei inter ministros, & Episcopos. lib. 1.

De ordinatione ministrorum. lib. 1.

De ordinatione Episcoporum. lib. 1.

opera non vidi, & necan prodierint, pro certo affirmare possim. Elenchus tamen iste in manus meas venit.

Obiit Antuerpiæ hoc ipso anno, quo hæc scribebam. 1620.

THOMAS SANDALIVS. AB. 1608.

Thomas Sandalius Cisterciensem Monachum in Kyntyre induit, magnusq. vitæ austeritate, & continentia celebratissimi-

ßimi illius Cænobij, quod *Sandal* dicunt, Abbas creatus, ita se gessit, vt neque doctiorem, nec moribus sanctiorem ætas illa tulerit. Eius multa opera extabant in Bibiliotheca Santandreana, vt ex Indice apparet, apices tantū supersunt, & hos reperio.

Super Magistrum sententiarum determinationes.
Scolasticas lib. IV.
De Baptisma lib. I. Suscipio lubens.
Quæstiones Controuersas lib. I.

Viuebat Anno M.CCLVII.

SIMEON. AP. 1069.

S. *Simeon* Episcopus S. *Alcuini* Scoti discipulus in Scotia, nam Epistola ad *Carolum* Regem *Alcuinus* testatur, quod eum nutriuerit, educauerit, ad virum perfectū perduxerit, ex Monacho *Melrosiensi* strenuam operam conuertendis in Germania infidelibus eodem cum S. *Bonifacio* seculo præstitit, quo nomine inter doctores Apostolicos, & gentis illius Episcopos iure numeratur & vt existimo, nec tamen temerè asseuerauero ss. numero adscriptus, nam ei officium Robertus Balęus iunior Anglus composuit, cuius principium *Aue Simeon pater inclyte.* scripsit multa Ioanne Lelando teste, sed Apices non modo opera perierunt præter.

Homilias ad Germanos lib. I.

Florebat anno DCCXC.

S. TANTO. 1070.

S. *Tanto* Scotus, vt Anonymi Index præfert Philosophię, & *Mathematicæ* studio clarissimus. Scripsit.

In Canones, & tabulas Arzachelis lib. I.

Vixit Parisijs anno *M*.CCCCXII.

HENRICVS SINCLARVS. Decanus. 1071.

HEnricus Sinclarus Glascuensis Decanus summę Curiæ Senator, & Vicepręses ob summum ingenium, & doctrinæ excel-

celebrem laudem *Iacob* v. Regi maxime familiaris, ait Ioann. Leslæus lib. x. pag. DXXVII. nepos vt puto *Henrici* illius, qui Episcopus Glascuensis Calculi dolore Lutetiæ extinctus est. Vt infra videbis. Scripsit.

Regum Romanorum ad leges Scotiæ municipales reductio. lib. 1.

Noua Iudiciarij ordinis leges. lib. 1.

Abrogatio Iuris antiqui. lib. 1.

Rediit, ex Galliis ineunte anno *M.* D. lv. nec plura de eo.

HENRICVS SINCLARVS. E. 1072.

Henricus Sinclarus Decanus Glascuensis, & Episcopus Rossensis, quæ nobilissima familia apud Scotos, & antiquissima à Gallis origine traxit, *Sanctæ Claræ* titulo insignis. Hect. Boeth. lib. XII. histor. Scot. pag. CCLVIII. hic graui Calculi dolore vexatus, Lutetiam venit, desperato malo remedium fortiturus, medicorum consilio ab *Andrea Laurentio* excisus, per tanto dolori vltra tres menses non fuit. Scripsit.

Analecta, seu aduersaria ad historiam Scoticam sui temporis latinè, & Scoticè, vt testatur *Ioannes Pedemontanus Ferrerius* in præfatione ad continuationem historiæ Scoticæ, Hectoris Boethii, vbi plura de eo.

Extinctus est Lutetiæ ex calculi incisione ipsis kalendis Ianuariis anno M.cccc.lxvi. Cum infectus fuisset anno M.CD.LXIV. die XXVIII. Septemb. ætatis suæ anno vero LVIII. pacem cum Anglis, Orator pepigit. anno MDL. Ioan. Lesl. lib. x.

IOANNES SINCLARVS. 1073.

Ioannes Sinclarus frater *Henrici* Decanus Restalrig, Comes eius in Galliam, & cum inde in Scotiam rediisset breui extinctus est, febre acuta. Scripsit.

Additiones ad apparatum historiæ Scoticæ Henrici fratris. lib. 1

Obiit anno *M.* cccc. lxvi.

Addi-

DAVID SINCLARVS. 1074.

DAuid Sinclarus fratres Setonios Comites Vuintoniæ in Gallias secutus Parisijs ingenticum applausu in Nauarræo humaniores literas docuit, mox professione Ramæa vacante, disputationis Mathematicæ arcam fidenter est ingressus, & contra spem omnium Monontholium qui totam ætatem vsque ad vltimam senectam in ea arte impenderat profligauit, exactis deinde aliquot annis, Cathedram Ramæam cum Regia. Sc. permutauit, aulam Britannicam vana spe aliquandiu sectatus feliciori euentu Reginæ Nauarræ Margaretæ Valesiæ fauorē ambiuit inter Palatinos admissus, & quoad illa vixit honorificè habitus, Scripsit eruditissimo stylo, & Amænissimo ingenio vir.

Carmina varia vtraque lingua. lib. 1.
Heronem Latinum fecit, & notis illustrauit. lib. 1.
De noua optices ratione. lib. 1.
Archimedis omnia opera correcta ad Mss. commentariis illustrata. lib. 1.

Viuit adhuc Parisiis, & infatigabili studio artes Mathematicas excolit magnum patriæ suæ iudicium.

THOMAS SVTTONVS M. 1075.

THomas Suttonus fuit vt Antonius Senensis in Bibliotheca vult de Suetonia aut vt Gelbertio Bruno placet in colle Stadeis Serobiæ prædicatorii ordinis Theologus, & Sorbonensis Doctor, vt lib. xv. de vir. Illustr. prædic. Leander Albertus sui sæculi acutissimus, & siue disputaret siue scriberet insignem laudē à posteritate meruit. Angli suum faciunt perperàm cum ex operibus ipsius, & maximè in præfatione ad quæstiones Theologicas se Scotum fateatur in Anglia educatum puero eo tēpore quo doctores Scoti sui Regis sui pulsus Oxoniæ studebant, & profitebantur, vt ex Clemētina prima tit. de Magistris lib. v. Clemētinarum patet. Scripsit multa, sed hæc sunt præcipua.

Quaestiones Theologicae. lib. I.
Commentarius in Psalterium. lib. I.
Breviarium Theologiae. lib. IV.
Summa Theologiae. lib. I.
Concordia Theologorum. lib. I.
Quodlibetorum de Relatione. lib. I.
Quaestionum difficilium. lib. I.
Contra aemulos, & detractores fratrum praedicatorum. lib. I. Ms. Oxoniae in lincolniensi.
In praedicamenta Aristotelis. lib. III.
Super sex principia. lib. I.
Super Aristotelis priora. lib. II.
Super eius posteriora. lib. II.
In Peribermenias. lib. II.
Complementum Divi Thomae, & in Peribermenias. lib. I.
Illustrationem de declaratione eiusdem. lib. I.
De vnitate formarum. lib. I.
De Relatione. lib. I.

Claruit anno MCCXC.

RADVLPHVS STRODVS. 1070.

R*adulphus Strodus* eadem lege qua Superior Oxoniae studuit, sed prius in Deyburgensi Teuidaliae Caenobio diu bonis literis incubuerat, vt in Monasteriorum fundationibus Gilbertus Brunus docet, postea Anglorum linguam, & elegantias sic didicit; vt Galfredus Chaucerus inter praecipuos sui saeculi Poetas eum reposuerit extabant multa eius opera non visa ab Anglis in Bibliotheca dicti Caenobij. Putatur, Italiam, Germaniam, & Gallias lustrasse, tum terram Sanctam visitasse, ac domum redijsse ibique supremum diem obijsse. Scripsit.

Fabulas lepidas versu. lib. I. *Panegyricos versu patrio.* lib. I.
Consequentiarum formulas. lib. I. *Summulas logicales.* lib. I.
Sophismatum Strophas. lib. I. *Phantasma Radulphi.* lib. I.
Itinerarium terrae Sanctae. lib. I. *Positiones, & XVIII. Argumenta contra Vuicleffum haereticum.* lib. I.

Opu-

opusculorum lib. 1. Quæ falsò nuper prodierunt, sub nomine *Radulphi* Fetburgi. Claruit anno M.ccclxx.

IACOBVS STRACHANVS P. 1077.

IAcobus Strachanus Mernienſis nobilitate generis atque eruditionis merito inclytus ab Academia Aberdonenſi Edimburgum deſtinatus, cū *Ioanne Leslao, Patricio Myrton, Alexandro Anderſono* coram Regina in ſanctiori arcani conſilij conceſſu fidei ſuæ rationem reddidit, & hæreticos rationibus ſuperauit, cauſa tamen victus præoccupatis magnatum animis, ac diſtributis anno toto antea bonis Eccleſiaſticis. Scripſit.

De Euchariſtia. lib. 1. *De Reliquis Eccleſiæ Sacramentis.* lib. 1.

De poteſtate Papæ ſiue iure vtriuſque gladij, & duarū clauiū. lib. 1. Quæ magna ex parte tranſcripta à Chriſtophoro Brouuero in Antiquitatibus Fuldenſibus.

Diſputatio ſolemnis cum Knoxio. lib. 1. *Fuga Vulpis.* lib. 1. Vuilloxius enim, & alij Sectarij cum ipſo congredi non ſunt auſi poſt Knoxium debellatum. Floruit anno Mdlx.

B. GVLIELMVS DE SANNVCO M. 1078.

B. *Guglielmus de Sannuco*, vel *Sannico*, vel *Sannuco* natione Gallus ordinem Carmelitanum in Scotiam intulit, qua ſumma virtutis, nec minore Sanctitatis opinione diutiſſimè floruit de quo fidenter hoc dixerim multorum bonorum operum in eo regno ab illo admiſſum, nec vllum quod legerim ex ea familia hæreticum prodijſſe toto illo mei audio Religionis turbine. fuit autem *Sannicius noſter Carmelitici ordinis ſingulare decus, vir doctiſſimus, & Sacræ Theologiæ profeſſor*, ait Ioannes Trithem. pag. ccxl iv. Scripſit. *Super ſententias* lib. iv.

Chronica de Multiplicitate ſui ordinis lib. 1.

Declarationes ſuæ Regulæ lib. 1.

Decretales Religioſorum. lib. 1.

Floruit in Gallijs, & in Scotiam cum fratribus ſuis venit anno M.ccxliv.

M.ccxl i v. Pontifice *Innocentio* I v. Augusto *Rodolpho*, Rege Scotiæ *Alexandro* I I. plura Fridericus Pucius Bruxellensis in Carmelitana Bibliotheca.

SCONANVS ANONIMVS M. 1079.

SConanus Monachus Anonymus siue vnus tantùm siue ex eodem Cœnobio plures, vt ea ætate moris erat. Scripsit.
Cronicon ab initio Mũdi ad sua tẽpora lib. I. Viderat Georg. Buchananus, & sæpe in hist. sua eum laudat, alicubi in Scotia asseruatur, communi infanientis hæreseos Cladi exemptus eo opere, & si res omnes vbiq; terrarum gestas comprehendat peculiari tamen ratione Ecclesiam Scoticam illustrat.
Scribebat anno M.cccc.lxxxvi.

SCOTELLVS. 1080.

SCotellus in Indice Anonymi est, & docuit Andegaui Ius Ciuile. Scripsit. *De Iurisconsultorum successione*, lib. I.
Viuebat anno M. Diu alius est Petrus Aquilanus Theologus.

IOANNES STEVVES. P. 1081.

IOannes Steuuts officialis S. Andreæ à *Iacobo* I. Rege liberali Conditione inuitatus vnus fuit ex primis doctoribus, qui Andreopolitanam Academiam suis prælectionibus illustrarunt. Hect. Boeth. lib. xvi. histor. Scot. pag. ccexl i i. scripsit verò.
Synopsim decreti Gregoriani lib. I.
Florebat anno Mcccc i i. hunc eundem nescio an S. Andreæ Archidiaconum virtus, & eruditio prouexerit.

GEORGIVS SOPHOCARDIVS H. 1082.

GEorgius Sophocardius Lutheri Catulus ex Germania impuram, & pestilentem hæresim in Scotiam tulit primus sa-

cri-

sacrilegi dogmatis apud nostrates professor, de quo hoc memorabile ipsum coniurationis in Cardinalem *Betonium* initæ conscium antequam comprahenderetur,& cum igni addictus fuisset,& Cardinalis,e fenestra Cubiculi sui ante expectaturus an ad bonam fugem vitæ igne redire vellet,ille Sathanæ Spiritu plenus arrogantes sustollens oculos in illa ipsa, inquit fenestra qua mortem meam spectas pœnas violatæ religioni breui lues.Hinc insana hæresis ausa est comminisci fucifetum illum intentatæ cædis participem diuino Spiritu hæc dixisse,sic sanè sit,& per duc lles improbos Prophetas noua habeat Ecclesia,hic verò cum nulla eruditionis tinctura , sed tantùm impudenti loquentia applausum,iam procerum animis Ecclesiæ bonis insidiantibus captare est visus,& cum ad *Ioannem Cabarnū* Octauo Edimburgo milliari diuertisset à *Dauide Betonio* Cardinale nocte in tempesta extractus,Sancto officio Andreopoli traditus,ac ad palum religatus, renitente pro rege ipsis Kalendis Ianuarijs boni ominis ergo, impietatis,ac Sceleris pœnas dedit vltrice flamma,secundum sacros Canones consumptus post cuius supplicium lutherani ne mussare quidem ausi multo minus se commouere donec Sathanas suos à Caluino Satrapas immisisset,certe hactenus prudenti Cardinalis cura securitas Scoticæ Ecclesiæ parta videtur.Nefarium hūc hæreticum Iacobus Augustus Thuanus nimis amanter tractat lib. I I I. historiar.& nolim perditi,deòque inuisi ex fæce Plebis homuncionis virū Catholicum,ac tantæ dignitatis contra S.R.E. Cardinalem patrocinium suscipere . . Scripsit at ille tenebrio.

Thematafidei contra Quintinum Kennedium. lib. I.

De Cæna Domini ex luthero. lib. I.

Vstus est,violatæ religioni pœnas dedit anno Mdxlvi I.

I O A N N E S S T E V A R T. 1083.

Ioannes Steuart literas humaniores, ac Philosophiam luteti summa ingenii celebritate est professus, Præfectus Collegium Montis acuti rexit,ibique obijt,legatis testamento pauperibus

reli-

relictis, ea lege vt ipse inter Benefactores haberetur, & in fundatorum Nomeclatura locum haberet, vt refert Iacobus Breulius lib. II. Antiquitat. Parisiens. pag. Dclxxxi. Multa edidit, sed ego tantùm vidi.

Contra venena Caluini in Antidotarium ad Scotos. lib. I.
Quibus omnia controuersiæ capita exagitat S. R. E. fidem firmat magno eloquentiæ ornatu, & sincera doctrina.
Obiit in Collegio Montano anno Mdlxxxi. die vi. Maij.

IOANNES SKINÆVS. 1084.

IOannes Skinæus Senator summæ Scotorum Curiæ atque tabularij, seu Registri Custos, adolescentiam in Noruegia Dania, Sarmatiàque magna parte consumpsit vbi, & linguas didicit exactissimè Boreales, & mores poliuit, & ingenium ad magna surgens ex virtutis, & honesti præscripto formauit, vir candore animi, & humanitate incomparabili, iurisprudentiæ, ac rei Antiquariæ peritissimus. Scripsit. *Institutionē legū Scoticarū.* lib. II. *Ad imitationem Iustiniani Imperatoris,* seu verius *Trebonianus.* Opus est magna rerum varietate, ac recondita doctrina. Prodiit Edimburgi.

Senatusconsulta patrū Senatus fine vlla parlamenti. lib. I.
Historiæ Scoticæ Synopsin. lib. I. *Epistolas ad Daniæ optimates.* lib. I.
Obiit Edimburgi anno Mdcx.

IOANNES SCHARPIVS. 1085.

IOannes Scharpius in Academia Diensi professor scripsit multa, ego tantum vidi; *De misero hominis statu sub peccato.* lib. I.
Vereor ne hæresim sapiat, et mihi vir eruditus nomine tantum ex operibus est cognitus. A Wiliame, an obierit nescio.

PATRICIVS SCHARPIVS. 1086.

PAtricius Scharpius præfectus Gymnasij Glascuensis vir eruditus græcè, ac latinè multa edidit ego vidi tantùm.

In

In Orationem Dominicam Commentarium ex Patribus Græcis latinisque. Obijt Glascuæ anno Mdc.

GEORGIVS STRACHANVS. 1087.

G*Eorgius Strachanus* Meriuensis nobili familia, Parisijsq; humaniores literas docuit in Cenomanico ad aulam deinde transijt, & vitę illius pertęsus priuatam ei prætulit, tum *Duci Guisio* in amicitiam, & famulitium se dedit, sed et hanc etiam aspernatus viuendi rationem in Orientem est profectus, ut orientales latinè, Græcæ, Hispanicæ, Italicę, Gallicæ, & patrię, quas exactè loquebatur, & scribebat, studiosè coniungeret. Scripsit.

Panegyricos græcos, ac latinos. lib. 1.

Orationes varias vtraque lingua. lib. 1.

Agatharcidæ Historiarum lib ccxiii. *Epitomen latinam fecit, & notis illustrauit Antequam Photium Andreas Schottus edidisset cum tantum Dauidis Hoeschelii editio grata extaret.*

Antiphotis Athenięsis Rhetoris Orationes vertit, & notis illustrauit.

Antonii Diogenis incredibilium de Thule insula lib. xxiv. credibiles ingenio suo fecit.

Praxagorā Athenięsē de Rebus Cōstātini Magni latinitate donauit.

Himerii Sophistæ declamationes vertit.

Vindanii Anatolii Berytii Collectaneorum de Agricultura disciplina lib. xi. time Rogante vertendos suscepit.

Ptolomęi Hephęstionis nouarū Historiarū *lib. vi. Cinit. latina donauit.*

P*olemonem Sophistam latinum fecit, & commentariū vberē adiecit.*

Luciani dialogum de calumnia latinè vertit; quorum nonnulla prodierunt alia adhuc sub incude.

Viuit adhuc in Perside, iam enim toto sexennio terram Sanctam lustrauit, & non modo linguas percepit sed et nobiliores, vt ad me scribit Bibliothecas compilauit.

STIGANDVS A. 1088.

S*Tigandus* Archiepiscopus Cantuariensis cum *Edgaro* Rege Angliæ, & *Aldredo* Archiepiscopo Eboracensi in Scotiam fugit, & se

& scutelae *Malcolmi* Regis cōmisit, & *cum Rex Edgarus quotidianam stipem à Rege Malcolmi nactus esset* vt loquitur Vuilhelmus Malmesburiensis lib. I I I. de gestis Regum Anglorum pag. luij. indignatus *Vuilhelmus* Normannus *Stigandum* per Cardinales Romanos, & *Ermenfredum* Episcopum Sedunensem loco mouit, & dignitate priuauit. Itaque postquam *Edgarus* Regis Scotiae alumnus Scotia abijsset, *Stigandus* munificentia *Malcolmi* adiutus in Scotia diem suum obiit. Scripsit.

Pro causa Edgari Regis ad Regem Scotiae. lib. 1. *Pro se ad papā.* lib. 1.

Antequam exularet, cum pacificè sederet.

Floruit anno MLXVI. Et puto quadriennio post obiit sepultus Edimburgi ad D. Aegidij.

THOMAS SIGETVS. 1089.

THomas Sigetus antiquarius Graecè, latineque doctissimus ingenti ingenui viuacis ostentatione, & applausu in Italia diu versatus, sed vehementer Venetiis vexatus inuidiae cessit, & in Germaniam liberius proferendae virtutis, vt ipsi videbatur theatrū se contulit. Scripsit. *Carmina varii generis. in his.*

Epicedium Iusti Lipsii Praeceptoris sui. lib. 1.

Peregrinationem suam per Silesiam. lib. 1. *De Eduleo.* lib. 1.

Meletemata Hypogaea dum Squallore carceris Veneti maceraretur. lib. 1. *Olympiodori Historiarum lib. XXII. Epitomen ex Photio recensuit latinè vertit, & notis illustrauit. in librum Hieronymi Magii de tintinabulis obseruationes,* lib. 1. Ipse longe excellentiora edidit, sed ego minima, quia à me visa nominare cogor.

Viuit adhuc in Germanijs vir optime, frugis, & Musas sedulò colit.

S E M P L E. 1090.

SEmple claro nomine Poeta, cui patrius sermo tantum debet, ut nullū plus debere eruditi fateantur, felix in eo Calor, temperatum iudicium, rara inuentio, dictio pura, ac candida, quibus dotibus

dotibus Regi Iacobo chariſſimus fuit. Scripſit, *Rythmos Vernaculè*. lib. 1. *Carmina amatoria*, vt propertij ſanguinem Tibulli lac Ouidii mel, Callimachi ſudorẽ ęquaſſe pleriſque doctis videatur, lib. 1. Obiit anno M.dxcv.

SIDONIVS. 1087.

S*Idonius* ſeu *Setonius* reuera *Cobrethus* Edimburgenſis quidam Scotus Alchymiſticarum rerum omnium, qui viuunt, vt aiũt, peritiſſimus in multis Europę locis, æs aut ſtannum in aurũ infuſo quodã puluere fertur Conuertiſſe, vidit & fidem adſtruit Andreas Ablauius Medicus inſignis Neapoli ante xv. annos inſigne artis illius experimẽtum edidit, autor libri cui titulus *Imago ſolis Puteo emergentis* ſunt apud nonnullos Germaniæ Principes Laminæ ex auro puriſſimo arte illius mutatæ ex ęre, et in porticu Florentina in Cymelio Magni Ducis Induſtriæ ipſius teſtes duæ laminæ quas cũ ex plumbo liquefacto feciſſet inſpectante, ac multùm admirante aurifice ex officina ſe ſubduxit. nec poſtea, in vrbe nec agris Vſpiam inuentus Raphael Egliuus Icouius laudat Epigr. *alter Iaſon eris, qualis Sidonius, eſtq. Ramſaus*. Scripſit,

De Alchimia vera rationibus, ac experientia. lib. 1.
De Lapidis Philoſophici compoſitione. lib. 1.
Toloſæ quædam mihi oſtendit, ſed ſtatim pænituit aut hoc ſolum ex eo ſciui, libertatem cum auro illo ipſo chariorem habere. ideo nec velle Principũ congreſſus, nec potentum amicitias.

Viuit adhuc alicubi vagus, et in illa ipſa quęſtuoſa profeſſione pauper. Audiui in Inſubria aduobres in Gallis in uia interfectũ, et homicidas ſpe inductos artem ex ſcriptis ipſius cognoſcendi, quod et ipſi furti Aquis Sextiis euicti ſub furca ſint faſſi.

IOANNES SVNAGHAM E. 1088.

I*Oannes Sunagham* Carmelita, vt habet in Annalibus, ſeu Chronicis ordinis ſui Petrus Thomas Saracenus S. Theologię Do-

ctor Bononiensis, Episcopus etiam Bangorę. Scripsit.

Contra Vuiclefitas. lib. i. *Concionum suarum.* lib. i.

Floruit anno Mcccc x i i. gente vero Scotum fuisse contra Balæum, idem ille doctissimus vir probat.

ALEXANDER SCOT. 1089.

Alexander Scot. Aberdonensis magni nominis, sed maioris meriti vtriusque linguæ peritus iuris Ciuilis scientia in paucis clarus Carpentoractensis præfectus iuri dicundo quo in munere non minorem integritatis quā eruditionis famā acquisiuit.

Scripsit. *Grammaticam Græcam post omnium veterum, ac recentiorum laboriosas editiones optimam.* lib. i.

Apparatum in omnia M. T. Ciceronis opera post Nizolium exactissimum, lib. i.

Iacobi Cuiacij I. C. opera omnia. In Tom. IV. distinxit, ac S. D. N. Paulo V Pontif. M. inscripta edidit.

De officio Iudicis. lib. i.

In titul. de Iudicijs Commentarium ad vsum forensem. lib. i.

Obiit Carpentoracti anno Mdcxv. & in satis tenui re o crimen fortunatuum! semper Musæ pauperes?

PATRICIVS SIMSONVS. 1090.

Patricius Simsonus vir eruditus & Clari apud Eruditos nominis. Scripsit. *Historiæ Ecclesiasticæ partem* i. Vernaculè.

Historiæ Ecclesiasticæ partem. II. Sed an prodierit nescio.

Obiit Stirlingi anno Mdcxi.

Gulielmus Stryther. 1091.

Patricius Sandaus. 1092.

Iacobus Sandilandius. 1093.

Tho-

Thomas Synserfius. 1094.

Andreas Stephanides vulgo *Steuuinson.* 1095.

Robertus Stephanus. 1096.

Georgius Synserfius. 1097.

Robertus Smythus. 1098.

Iacobus Scotus. 1099.

Andreas Symonides vulgo *Simson.* 1100.

Ioannes Steuart. 1101.

Georgius Stirkaus. 1102.

Andreas Syluius vulgo *Vuood.* 1103.

Ioannes Stranguis. 1104.

Gulielmus Semple. 1105. IX. Anno puer

Viri sunt magnæ eruditionis gloria, sed nihil ab illis ad me in tam diuerso mundi tractu degentem, peruenit, præter.

Epigrammata, Poemata, & *Orationes* in Regis ad Scotiam regressum Edimburgi prodierunt.



HISTORIÆ ECCLESIAST.
Gentis Scotorum.

LIBER XVIII.

S. TANCO. E. AB. 1105.

S. *Tanco* seu *Tatto*, Monachus Benedictinus, Abbas Amarbaricensis Gasp. Bruschius in Catalogo. Albert. Crantzius lib. 1. Metropol. cap. xxi. fuit, vt ea ferebant sæcula, vir doctissimus diligens Ecclesiasticæ dignitatis obseruator, tandem Episcopus Verdensis magnam Doctrinæ maiorem Sanctitatis opinionem reliquit. Inter Sanctos relatus à Pontifice sub *Harrucho* Episcopo Verdensi vita. Cum ipse tertius fuisset, appendix ad Martyrolog. Vuardi. Colitur die xiii. Februarii. Krantzio teste, vel xvi. Arnaldus Vuion lib. iii. lign. vit. pag. L iii. lib. de Episcop. German. Ioann. Leslæus. l b. v. Scripsit,

In omnia Euangelia. lib. 1.

Claruit sub *Conuallo* II. Rege anno Dcccxx. quando obierit incertum. Alius *Tancho* S. Galli Monachus Sangallensis in vita *Caroli Magni* lib. 1. cap. xxx i.

S. THEODORVS. A. 1106.

S. *Theodorus Scotorum Archiepiscopus à Vitaliano papa ad Scotiā directus ait* Anton. Posseuinus apparat. Sacr. pag. cclxxxiv. Comitem habuit *Adrianū* Abbatē Hermann. Contract. Chron. ad annum Dclxviii. qui tamē *Anglorum Archiepiscopum* nominat anno Dclxxiv. vt suspicer primò Angliam, deinde Scotiam ab eo adiutam, & fidei sinceræ imbutam dogmatis. Marianus Scotus lib. II. Ætate vi. anno Dclxvi. *Theodorus Archiepiscopus, & Adrianus Abbas vir æquè doctissimus à Vitaliano Papa Missi in Britanniam plurimas Ecclesias, Anglorum doctrina Ecclesiastica*

Iustitiæ fruge fæcundarunt Annales tamen nostrates constanter Scotorum fuisse Antistitem contendunt. Et Beda *totam Insulam peragrasse* ait lib. IV. Ecclesiast. histor. gent. Anglor. cap. I. qui hoc de eo Elogium subtexit. *Erat Monachus Romæ nomine Theodorus natus ex Tharso Ciliciæ, vir, & seculari, & diuina literatura græcè, & latinè instructus, probus morib: & ætate venerandus*. vide sequentia, sed vt ingenuè fatear, euincit Beda narrationis series, vt credam eum non Scotiæ, sed Angliæ destinatum illum Antistitem, licet & Scoticas Ecclesias potuerit inuisisse. SS. Catalogo adscriptum vult appendix Martyrologii vsuardiani ex Beda. Hoc ei Epitaphium æuo conueniens affinxere.

Hic sacer in tumba pausat cum corpore Præsul
Quem hinc Theodorum lingua pelasga vocat
Princeps Pontificum fœlix summusque Sacerdos,
Limpida discipulis dogmata disseruit.

Scripsit verò secundum sigeuersum anno DcLXXIV.

Librum Pænitentialem, mirabili & cauta discretione, distinguens modum singularem culparum. lib. 1.
De Paschatis celebratione. lib. 1. Bedæ.
Confessionem fidei contra Eutychianos hæreticos græcos. lib. 1.
Nam ideo *Adrianum* datum ei Comitem quidam volunt, ne in errores græcorũ ipse græcus laberetur, & suos deciperet.
Synodos duas. lib. 1. Alia apud Balæum.

Vixit annis LXXXVIII. nam cum ordinatus antistes annum agebat LXVI. in Britannia mansit annis XXII. missus eò VI. Kalend. Iunias annos DcLXVI. obiit die XIX. Septembris anno DcXC. vt præferunt Beda libro laudato, & Sigebertus anno eodem.

S. TERVANVS AP. A. 1107.

S. *Teruanus* S. *Palladii* Scotorum Apostoli Discipulus S. *Seruani* Orcadum Apostoli Collega; & Pictorum Apostolus, quos Idolorum ea adhuc ætate cultui deditos, incredibili studio morumque Sanctimonia ad veram religionem conuertit Ioanni Leslæo Archiepiscopus est lib. IV. pag. CXXXVII. Hect. Boeth.

Lib. VII. histor. Scot. in fine *Palladius Seruanum Episcopum ad Orcades insulas missum vt populum rudem Christiana pietate institueret creauit, & Teruanam quem infantem la Rice lauerat fonte, Pictorum Archiepiscopum constituit.* Hunc, etsi Martyrologii tabulis non adscriptum, nostrates religioso semper obsequio coluerunt templumq Abernethae Cathedrale ei dicatum, ac multa alia in eo regno. Scripsit. *Exhortationes ad Pictos.* lib. 1. *Contra Pelagianos.* lib. 1. *Homilias ex Sacra scriptura.* lib. 1. Claruit anno ccccxl. Obiit Abernetheę quae Pictorum Regia, vbi Sacratissimas eius reliquias totius regni populus religiosa frequentatione venerabatur. Meminit, & Anton. Posseuin. Apparat. Sacr. pag. cclxviii.

S. THOTNANVS. AP. 1108.

S. *Thotnanus, peregrinus* cognomento siue *Tornanus* Socius peregrinationis *S. Kiliani*, & Martyrii particeps, vt in Martyrologio Romano habetur die VIII. Iulii quo Sanctissimi Martyris memoriam Ecclesia recolit. Hic à Petro Galesinio *Iornanus*, à Francisco Maurolyco *Romanus* dicitur, nisi & hi diuersi fuere cum illo passi. Vsuardus *cum sociis* quos nō nominat passum scribit. Anonymus autor apud Surium Tom. IV. die dicto Constanter *Totnanum* nominat eius commemorationem reponit in die XVII. Martij Artimanus Monachus in Annalibus, et ex eo Galesinus. Scripsit. *Acta Kiliani Magistri.* lib. 1.
Floruit anno Dclxxxix. Vide quę in S. Kiliani rebus relata sunt à me supra hoc opere lib. x.

S. TOLMANNVS AP. 1109.

S. *Tolmannus*, et ipse Socius Martyrii cum S. *Kiliano* supra loco laudato. Sed certè eum nominat Sigebertus Gemblacensis Chron. ad annum Dcxcvii. Scripsit.
Ad Gozbertum super Repudio cum Geilana. lib. 1.
Floruit anno Dclxxxix. nisi forte hic idem est cum Superiori nam

in

in nominibus proprijs sępe scriptores peregrini labuntur, et ex Scotia cum duo tantùm cum S. *Kiliano* venerint Herbipolim .. duoque tantùm sint cum illo passi, credibile videri potest hunc cum Sup. r ori eundem esse, quem malui bis hic laudatū, quàm semel omissum, tu videris studiose lector ..

S. TIGERNACVS E.. 1110..

S. *Tigernacus Episcopus, & Confessor in Scotia ait Ioannes* Molanus Additio. in vsuardi Martyrolog. die 5. April. nec plura de eo deprehendi.

Quo tempore floruerit aut quādo obierit haud facilè constituo, putant claruisse anno Dc.cxx111. Breuiar. Scot. & *K*alendar. Adami Regij ..

S. TRVMVVINVS E. 1111..

S. *Trumuuinus Monachus Strenesnalensis Episcopus Victorum doctrina, & Sanctitate multum venerabilis post multos labores Episcopatum deserens ad dilectam sibi vitam Monasticam reuersus est, vbi nō sibi solū sed & multis tàm verbo profuit quàm exemplo*. Verba sunt Trithemij l b. 1v. de uir. Illustr. ordin. S. Benedicti cap. clxv1 1. Meminit Beda in vita S. Cuthberti cap. xx1v. vbi *Sanctissimum Antistitem* vocat Abbatem Ebercurni uocat Huntindoniensis lib. 1v. hist. pag. cxcii. Scripsit.

Decreta Synodi. lib. 1. huic sub *Egfrido* Rege prefuit S. *Theodorus* vide hoc ipso libro alibi ..

Floruit anno Dclxxx..

S. TESANVS.. 1112..

S. *Tesanus*. frater S. *Giborini* in Galliam Sanctę ipsius peregrinationis Socius. Flodoard. lib. 1v. histor. Rhemens. cap. 1x. vide supra hoc opere lib. 7. scripserit aliquid necne pro comperto non habeo ..

Fluruit anno M. cxlii. Auctuar. Gemblacen. Anonymi eo anno, sed

ciratuam annus fuit DIX. hic abaliis S. *Helauus* dicitur uide lib. VIII. supra.

S. TRESANVS. 1113.

S. *Tresanus*, et ipse vnus ex sex fratribus qui S. *Gibirinum* ex Scotia secuti, Gallicam sua pietate Campaniam bearunt. Vide la i lati libri locum. Scripta omnia temporis iniuria perierunt. Floruit cum fratribus anno DIX. vel DXXVI. vt ostensum colitur die III. Decembr. Molan. Natal. SS. Belgii, & Georgius Coluenerius ad Flodoardum.

S. TOTANEVS AB. 1114.

S. *Totaneus* S. *Columbæ* Socius, ac discipulus, nec à Sanctitate Magistri exerrans eo in Hiberniam transmittente, in Iona insula multorum fuit Monachorum pater Hect. Boeth. lib. IX. Histor. Scot. pag. clxvii. et Annales alii. Scripsit.

Regulam ad fratres. lib. I.

Floruit anno DCVI. Ioannes Leslæus lib. IV. pag. clII. *Totaneum* vocat, Sanctum miracula continua fecerunt ait Scotichronicon lib. V. cap. XIII.

S. TIMOTHEVS P. 1115.

S. *Timotheus* Romę natus patre *S. Pudente* Senatore matre *Claudia* Scota de qua supra hoc opere lib. III. frater fuit. S. *Nouati*, & SS. *Praxedis*, & *Pudentianæ* vt lib. XIII. & lib. XV. est ostensum, quæ ibi dicta hic non repeto. Scripsit.

Epistolam ad Sorores, quę Ms. in Bibliotheca Vaticana extat, vt testatur Illustriss. Cæsar Baronius notis ad Martyrologium die XXI. Iulii.

Floruit anno lxxx. aut circiter. Vide Martyrologia locis laudatis.

S. TARNANVS A. 1116.

S. *Tarnanus* Archiepiscopus Pictorum ea tempestate qua Picticagens, & Regnum funditus excisa in Scotorum Regum deuenit

deuenit potestatē ad quos hæreditario iure sanguinis spectabat, alius a *S.Ternano* primo populi illius Apostolo, de quo hoc libro fusius. scripsit.

Pro Concordia ad Reges. *lib.* 1.

Viuebat Anno DCCC. aut circiter, extincta Pictorum gente domū rediit, & miraculorum gloria Cœlestes honores, & templa vbique regni promeruit, Cultus die. 1. Iulii. Breuiar. Scot.

S. THENNA VIDVA. 1117.

S.*Thenna* Glascoēsis vidua, mater *S.Kentigerni* sanctissimis moribus sanctorum Consortium merita. Claruit anno DCCCXLV. colitur religiose templis, & aris ei dedicatis vbique regni die XVIII. Iulii. Breuiar. Scot.

S. TARKINVS E. 1118.

S *Tarkinus* Episcopus, vt existimo Sodorensis, *Solmathio* Regi pietate, & morum continentia gratissimus fuit. Scripsit.

Historias nonnullorum SS. lib 1. *Canones Ecclesiasticos lib.* 1.
De scala Iacob. lib. 1. *Historiam Ecclesiæ pictorum. lib.* 1.
De S Stephano martyre, lib. 1. *Carmina Sacra. lib.* 1. q̃ omnia ab hæreticis consumpta flammis periissent, nisi viri pii memoriam tanti viri sollicitè conseruassent.

Floruit anno DCCCLXXXIX. Colitur die XXX. Octobr. Breuiar. Scot. In Limore requiescit, Catalogus DunKeldensis Bibliothecę.

S. TERGVSVS E. 1119.

S. *Tergusus* ex *Culdeorum* Sanctissimo ordine electus Episcopus, pro more illius sæculi, mira continentia populum sibi commissum rexit. scripsit.

Homilias ex sacra scriptura *lib.* 1.

Vixit anno DV. Colitur vbique regni, sed præcipuè in villa Fifesi *Glammes* Illustriss. Comitis *Kingorniæ* patrimonio, reco-

litur inibi memoria magno populi concursu die XVII. Nouēb. Breuiar. Scot.

S. TRVDBERTVS AP. 1121.

S*Trudbertus* origine Scotus frater S Rudperti siue *Ruperti* Saltzburgensium Episcopi primi idē *Trubertus* audit. Peregrinationem Romanam suscepit, cum fratre, & sorore *S. Erēdrude*, & Anachoreticā vita electa post triennium sanctissimè transactum in Pago Prinsgangiæ ad Rhenum a latronibus securi percussus Cælos meruit. Anonymus autor vitæ *S. Rudberti* cap. I. & IV. publicauit Hēricus Canisius tom. VI. Antiquar. lection. Ibi ex antiqua historia clarè dicitur *prosapiam traxisse ex Regibus Franciæ, & Ducibus Scotiæ*. Monasteria eius nomini fundata reperies apud Vuolfgangum Lazium lib. VIII. Migrat. Gent. pag CCCXCIII. sed & eodem lib. pag. CCCCX. *Bobonē* vel *Bebonem Lantgrauium Edelsasiæ* narrat Sanctum Martyrem sepeliisse, templum erexisse, quod postea in Monasterium excreuerat, suppliciumque de latronibus sumpsisse, cænobium hoc repararunt *Luitfridus*, & *Vugo* Comites Habsburgenses. Idem lib. XI. pag. DC.XVII. Piam hic sedulamque operam conuertendis ad fidem Vangionibus præstiterat, vt non immeritò eum cum fratre Apostolum ea gens colat, & veneretur. scripsit. *Homilias ad Vangiones lib. I.*

Claruit āno D. XC. Vide supra lib. XVI. hoc opere in *Rudberto*. Germaniæ Apostolum, & Martirem vocat Lazius lib. I. de Austriaca origine cap. 6. Molan. in Appendice Martyrologij.

S. TRIDVANA V. 1122.

S*Triduana* Virgo amatorias illecebras, & mūdi delitias spernens cū nulla alia arte obstare posse videretur importunis amatoribus, effossos oculos Amasio misit. Lepidum epigrāma est Petri Tausiani Bastidæi Galli.

Vt Triduana oculos, sine crimine, vidit ademptos

Atto

Attonitus potuit dicere iure procus.
Heu quo iure oculi, Virgo fortissima, pœnam
Quam meruere mei, sustinuere tui?

Floruit anno Dxxxii, sub Rege Corano. Colitur die viii. Octobris. Kalendar. Adami Regii.

S. THEVVNANVS AB. 1123.

S. *Vheunnanus* Abbas vir miræ sanctitatis, & singularis in erudiēdo populo cōstātię. *Eugeny* etiam vi. Regis Præceptor. scripsit.
Quorumdam SS. Vitas lib. 1.
Florebat āno Dclxxxiv. Recolitur eius sacra memoria die xxiii. Septembris Kalendar. Adami Regii, & Breuiaria Scotica.

TABVLA CARTHVSIANA. 1124.

TAbula *Prouincialis* Carthusiani ordinis scribi cæpta est cum sub Iacobo 1. Scotiam ille intrasset. Erat autem multorum Monacorum opus qui eam succedente tempore augebāt. Scoticronicon lib. xvi. cap. xviii. Incæpit ab anno M.ccccl. finiebatur anno M.D lxi. quo Perthanum Cænobium diruitum.

THADÆVS AB. 1125.

TAdeus siue *Tatheus* Abbas Scotorū Ratisbonę ad petitionē Domini *Conradi* pręposiți in Illminster, extraxit ex Cronico fundationis Scotorum pag. xxix. *Fragmentum Chronici de S. Kiliano. S. Virgilio. S. Lullo. S. Declano. S. Altone.* Edidit Henricus Canisius tom. iv. Antiquar. lection.
Floruit anno M.cccclxvii.

S. THOMIANVS. E. 1126.

S *Thomianus* Episcopus Ecclesias Scoticas regebat sedentibus *Columbano. Chromano, Dimano, & Bathario*, tunc mota est illa

cum Britannis controuersia, quæ tam anxiè nostrates torsit; donec *Hilarij* Archipresbyteri Epistolis nomine *Honorii* I. Pontificis admoniti ad saniorem mentem, & Catholicæ Ecclesiæ consensum redierunt. Cuius sedis Episcopatum tenuerit non est expedire pronum memoratur tom. III. Concil. in decretis *Honorii* cap. XIX. pag. LXIII. Scripsit.

Epistolas ad Hilarium & Ioannem & reliquos S. R. E. locum seruantes lib. I. *Super Paschatis celebratione contra Britannos lib.* I.

Floruit anno DCLXIV.

THEREVS. R. 1127.

T*Hereus* Scotorum Rex VIII. *Reutheris* Regis VI. filius Nero alter, optimi principis partes, principio impleuit, tum in libidinem prolapsus timens optimatum factionem turpi, & probrosa fuga Eboracum se contulit, vbi ignobili otio senescens extinguitur. Scripsit.

De optimo Principum Regimine sub initium Regni lib. I.

Epistolam super exilio suo ad Regni ordines. lib. I.

Regnauit annis XII. anno ante assertoris humani generis in carnem aduentum CXXXVIII. Annales nostri.

THEOPHANTVS. M. 1125.

T*Heophantus* Scotus Monachus Benedictinus inclusus ad D. Iacobi in Monasterio Scotorum maiori Herbipoli, vt ipse non vno loco testatur ad Satyr. 2. Vers. LXXXII. ad Sat. VI. vers. XCV. ad Sat. VI. vers. CCCCVII. ad Sat. XV. in ipso limine. Scripsit.

Scholia, prout tunc sæculi *eruditissima in iuuenalis Satyras* li. I. Apud me est eleganti manu transcriptus: quem in Bibliotheca Cardinalis Sirleti fuisse, nec tamen Autographũ, exscriptor docet meretur lucem, & si otiũ esset iã prodiisset.

Scribebat in Germania ibidem *inclusus cũ Gerardus* Episcopus Herbipolensis *magna ciuium clade fugatus, maiori redactus esset*, vt ipse loquitur, *tanti exitii Cometa prænuncio* ad Sat. VI. vers. CCCCVI. Id autẽ incidit in anu. M. CCCXCVIII. Anonymus

Scriptor Erphesfordensis in Historia de Lãgrauiis Thuringiæ cap. cxl I.

TECLANVS AB. 1128.

TEclanus Monasterii S. Iacobimaioris in suburbio Herbipolitano Scotorũ Cœnobiarcha vi. vir piũs, & literatus. Scripsit. *Hymnos in laudem Dei paræ Virginis lib* I. *Epigramata sacra. lib.* I. Sedit annis 11. obiit anno M.ccxvii. Cronicon dicti loci.

TIMOTHEVS AB. 1129.

TImotheus eiusdem Cænobii Abbas XIX. sub *Gerardo* Herbipolensi Episcopo. Scripsit.

De turbulento Franconiæ statu. lib. I.

De Bello Ciuili versu. lib. I. erant ea tẽpora calamitosissima, ab officio suo, & debita Episcopo reuerẽtia discedentibus, sed cito post belli clade domitis, & ad obedẽtiã redeũtibus, vt lib. Ix. supradixi in *Imaro.*

Sedit annis xiv. obiit ãno M.cccxcix. Trithem. chronico laudato.

THOMAS AB. 1130.

THomas, & ipse laudati Monasterij Abbas xxii. sub *Ioãne de Brun* Herbipolensi Antistite. Scripsit.

De fundatione quindecim monasteriorum in Germania pro Scotis peregrinis. lib. I. Opus non vidi, sed laudat Ninianus Vuinzetus Abbas Scotorum Ratisbonensium.

Præfuit annis xx. obiit anno M.ccccxxxvii. Chronic. sæpe laudatum.

TOTHADVS E. 1130.

BThotadus Episcop. Diui Andreæ, calamitosissimo sæculo Scoticam Ecclesiam administrauit, cum Normani armis in Angliam irrupissent Angli in Scotiam transfugi miseriis suis modum quærerent. Scripsit.

De

*De Britanorum malis lib.*1. *In minores Prophetas.lib.*1.
Ad Ecclesias Scoticas. lib. 1. Bibliotheca S. Crucis.
Floruit anno M. Lxxi meminit Polydor. Virgilius lib.ix. pag. clvi.at corruptum nomen censeo,& Fothadus legendum, vt in Scotichronico.

S. THEBACVLVS M. 1131

S*Thebaculus* monachus primis seculis Ecclesiæ Scoticæ non parum eruditionis, & pietatis gloria promouit. Scripsit.
*Conciones ad Populum.li.*1. *Epistolas ad Ecclesias patrias lib.*1
Viuebat appellente D. *Regulo* cum reliquiis *D. Andreæ* ex Achaia sub annum ccclxix. Hect. Boeth. lib vi. histor. Scot. pag. cv.

ALANVS DE TIFEDALE. M. 1132.

A*Lanus de Tifedale* D. August. habitum Romæ induit, & scripsit doctissime.
*Logicalia axiomata. lib.*1. *In parua naturalia. lib.*1.
*Epitaphium Ægidij Romani Archiepiscopi Biturigum lib.*1. cui perpetuus comes hæserat. MSS. Viterbii asseruatur.
Ægidii Romani testamentum lib.1. Extat Cremæ *MSS.*
Obiit sub *Alexandro* de S. Elpidio ordinis Generali anno M.cccc xxi. vt in supplemeto chronicor. Iosephi Pamphili Episcopi Siguini notauit Leonardus Cognean Aurelianensis eiusdem ordinis socius.

S. TYNA M. 1133.

S*Tyna* Benedictinus Monachum Melrosiæ induit amorũ suauitate cognomentũ *boni* meruit,& accepit,Cænobii eiusdẽ *Cellerarius* vt loquitur Scotichronicon lib. *vi.* cap. *xxxiii. S. Vualtheni* Abbatis ibidem discipulus,& secretorũ cõscius.scripsit
*Acta Magistri Vualtheni.lib.*1. *De Eleemosina bona lib.*1.
*Sermones quadragesimales. lib.*1.
Florebat anno M.clxiv.

THEO:

THEODORICVS M. 1134.

Theodoricus Benedictinus cognomento *Scotus* a patria indito, vnus ex iis quos furor tyranni *Eduardi* Angli Scotia exegit, vt in scotichronico habetur, vir nec doctrinæ vulgaris, & incredibilis pro sui sæculi conditione, eloquentiæ versu bonus, & prosa. & in studiis quæ tum maximè vigebant, versatissimus. Scripsit vt Scotichronic on prætert.

Vitam sancti P. Benedicti. lib. i. versu.

Theologicas determinationes lib I. Quodlibeta lib. I. Diuina scientia.

Epistolas ad populares lib. i. Vixit anno M.cccxx.

SIMON TAILLERVS. M. 1135.

Simon Taillerus vnus ex septem fratribus quos ipse S. *Dominicus* Regi Scotiæ in Gallis agenti commendauit quique Dominicani apud Scotos instituti fundatores erant arctissimo nexu *Clementi* Dumblanensi Episcopo virtutis merito coniunctus, vt ex Historia *Georgii Neutoni* doceor omnes quidem viro religioso dignas virtutes imbibit; sed maximè Musices studio adeo se addixit vt Guidoni Aretino eum ætas illa comparare non dubitarit, nam rudiorem ad id temporis cantus Ecclesiastici modulationem ita reformauit vt Romæ ait Neutonus *Scotia potuisset certare*, & plurima edidit quorum hi sunt apices, nam opera ipsa æuo Neutoni interierant.

De Cantu Ecclesiastico corrigendo lib. I.

De Tenore Musicali. lib. I. *Tetrachordorum.* lib. I.

Pentachordorum. lib. I. Quibus duobus vltimis *nil vtilius, nil elaboratius ætas ea vidit* ait Neutonus.

Floruit anno Mccxl.

SIMON DE THONDI AB. E. 1136.

Simon de Thondi Benedictinus Monachus Melrosiensis, ac postea Abbas *Cogeshali* vir eximiæ eruditionis, & singularis

sanctæque conuersationis, cum obiisset *Richardus* Episcopu Morauiæ in eius locum magno cleri consensu electus, ac x. Kalendas Februarii in templo Metropolitano S. Andræ consecratus. Scripsit.

Reformationem Cleri, lib. 1.

De Regia S. Malcholmi successione. lib. 1.

In Epistolas Pauli lib. VI.

Electus est Abbas anno MCLXXI. Consecratus est anno MCLXXII. Scotichronicon lib. VIII. cap. XV. & cap. XVII. Obiit anno MCLXXXIV: Scotichronicon lib. VIII. cap. XXXIII.

THOMAS AB. 1137.

THomas Abbas de Landoris vir magnæ sanctitatis, ait Scotichronicon lib. X. cap. XXXIII. factus ex Monacho Calcoensi. Scripsit.

Acta Guidonis I. Abbatis. lib. 1.

Obiit anno MCCLXXIII. & *Ioannem* eiusdem domus Priorem successorem habuit.

S. THELIAVS E. 1138.

S. *Theliaus* Scotus incomparabili vir eruditione, ac vitæ Sanctitate nulli secundus Discipulus S. *Dauidis* Scoti Menenensis Archiepiscopi, abque ex Scotia in Vualliam Comes Schotichronicon lib. 1 cap. XI. in vita S. *Dauidis*. Id ipsum plenius probatur. Socios habuit disciplinæ sub Sanctissimo illo præceptore *Kinotam*, *Paternum*, *Aidanum*, *Ismaelem*, *Modocũ*, & alios magna ex parte Scotos, & Sanctorũ numero adscriptos S. Dubricio ad Archiepiscopatum legionum translato in Landauensi ei successit, & piè illam administrauit sedem à qua & *Landauij* cognomentum accepit. Scripsit.

Vitam Magistri Dauidis. lib. 1.

Epistolas ad varios. lib. 1. *Conciones pias ad populum*. lib. 1.

Florebat anno DLXII.

B. THE-

B. THELESINVS. 1139.

B. Thelesinus, aut Teliesinus Scotus, & Merlini Caledonij præceptor, vt in Historia Alexandri Milli Dunkeldensis habetur, vir literarū suo sæculo Princeps, Mathematicus, Philosophus, Rethor, Poeta eximius, cuius testituum ingenium gens veterum Britonum, seu Vualli plurimi faciunt, nam apud eos obijt, & annis pene quadraginta mansit. scripta tanti viri perierunt, extant apices.

Vaticinalis historia. lib. 1. Vaticiniorum quarumdam. lib. 1.
Acta Regis Arthuri. lib. 1. dubitat Millus. An sit opus eius.
Carmina diuersa. lib. 1.

Viuebat anno Dxl. stultè Pitseus Cambro Britannum facit.

ALANVS TVRONENSIS, M. 1140.

Alanus Turonensis dictus, vel quia in maiori monasterio Turonensi diu vixit, vel quia Turonensis erat Monachus vocabantur autem *Turonenses* apud Scotos Monachi Benedictini, qui ex illa Francica congregatione fuerant, quibus permulta erāt in Scotia Cœnobia, sed caput oīum *kilmuinnin*. Scripsit.

Historiam Comitum de Galuuetia lib. 1. eruditum, & exquisitę elegantiæ opus, cuius apud me multa fragmenta.
Fundationes Cœnobiorum. lib. 1. *Rythmos latinos. lib.* 1.

Perduxit historiam suam ad annum M.cccl.

THOMAS AB. 1141.

Thomas alius eiusdem Monasterii Cœnobiarcha XXX. vir paupertatis religiosæ amantissimus, & voti monastici tenax. Scripsit. *Meditationes solitarias.* lib. 1.

Sedit annis XI. obiit MCCCCLXXXIII.

B. VVALTERVS TREILL. 1142.

B. VValterus Treill præclaro elogio audit apud Scotichronicon lib. vi. cap. XLV. *Vigil. Ecclesiæ, Miles legum, Doctor*

Canonum. & omnibus artibus liberalibus praditus Clementi VI. familiarissimus, Auenione Referendarius, & Auditor pracipuus non electus, sed spontanea prouisione Papa Episcopatui Sãtandreano impositus mortuo Vuilhelmo laudabili. Ad cuius eximia commendationis titulum audita Vacatione Episcopatus S. Andrea fertur de eo Papã retulisse, quod idem Vualterus dignior iudicio suo erat Papatu, quàm Episcopatu erat hic vt eiusdem libri cap. XLvi. habetur *mediocrè prosapia genitus, & nobilitate cunctorum genus excessit. censor morum & corrector vitiorum quo nullus seuerior in corrigendo, mansuetior in miserando, profusior in expendendo, affabilior in loquendo, promptior in subueniendo, Columna Ecclesia, & vas eloquentia dicebatur*, cui hoc Epitaphium apposuerunt.

Hic flos Ecclesia, directa Columna, fenestra
Lucida, Thuribulum redolens, campana sonora.

Scripta ab Hæreticis *Knoxio* duce exusta, sed apices hos accepi.

De Curia Auenionensi relationes. lib. 1.
Decreta Synodalia lib. 1. *De Christiana militia.* lib. 1.
Tractatus in iure ciuili lib. 1. De *indulgentijs* lib. 1.
De Excommunicatione lib. 1.
Solemnes in iure Canonico quæstiones. lib. 1.

Electus est anno M.CCCLXXXV. Obijt vero M.CCCCI. post quem Ecclesia ea Pastore caruit XXX. mensibus totis, dicam in successione illius Sanctæ Sedis. Beati titulo eum honorat Brunus ex actis illius Ecclesiæ.

S. TVRGOTVS AB. E. 1143.

S. *Turgotus*, vel *Turgodus* Roger. de Houeden. Annal. part. 1. pag. CCLXX. magni nominis vir S. *Malcolmo* III. Regi, ac S. Margaretæ Reginæ à secretis. Audiendus Hect. Boeth. lib. XII. histor. Scot. pag. CCLX. *Malcolmus diruto veteri Dunelmensi templo noui fundamenta iecit, Vuilhelmo sacra illius adis Episcopo, & Turgoto priore viro Sanctissimo eruditissimoque, qui post aliquantum temporis S. Andrea factus Episcopus vitam S. Mar-*

garetæ, & Malcolmi Regis conscripsit, vernacula quidem lingua, sed non minori elegantia, quam pietate veritateque, vt qui illis familiarissimus, dum viuerent, fuerit, optimusque testis vtrique virtutum suarum extiterit. Idem Turgotus, vbi aliquandiu maximo cum fructu munus suum administrasset vita defunctus, & in Dunelmiam delatus vbi Prioratus officium antea gesserat, sepultus est eiusdem illius Turgoti suasu, Malcolmus Trinitatis templum ad Dunfermilem condidit, sanciens, vt exinde esset commune Regum sepulchrum. Eadem alii Annalium nostratium scriptores. Errore in duplici versatur Apostata Balæus primùm *Domifermilem* vrbem Rogatu *Turgoti* structam ait à *Malcolmo* cũ non *vrbis* ille sed *templi S. Trinitatis* conditor. Deinde *Archiepiscopum* S. Andreę facit cùm Archiepiscopatus Fani S. Andreę trecentis post illum annis non fuerit institutus. Sed facit quod solet. An SS. numero Turgotus adscriptus sit, ambigi à quibusdam video nec ego pro certo affirmarim, vnum constat religiosissimam eum duxisse vitam, nec sine Sanctitatis opinione obiisse postea in Iudice Henrici Sinclari reperi eum Sancti nomine celebratum, & Houedenus tota vita recensita, eum *nobilissimum sanguine, & vita Sanctum* describit part. 1. Annal. pag. CCLXI. & CCLXIIX. Scripsit.

Vitam Malcolmi Regis. lib. 1.

Vitam S. *Margaretæ Reginę*. lib. 1. Vtriusque testis Boethius.

Annales sui temporis. lib. 1. Latinè cum priora duo opera vernaculè edidisset, & eleganti stylo.

Chronica Dunelmensia. lib. 1.

Florebat anno MCXV. quo res gloriosè in Palestina gerebantur sub Rege *Gothefredo*, vel anno MCLXXX. vt ait Arnold. Viuõ. lib. I. Ligo. vit. pag. CCXXVII. qui a Balæo deceptus Archiepiscopum facit. Dissentit nonnihil Anton. Posseuin. Apparat. Sacr. pag. CCCXXXVI. *Turgotus Dunelmensis Decanus anno* MXCVIII. *Scotus* Parum est de anno dissidiu, nec multum refert Decanus an Prior fuerit. Meminere & alij qui non ad manum, vltimum *Priorum* facit G. Malmesburiẽsis lib. III. de Gest. Pontif. Anglor. pag. CLVIII. id agente *Ranulpho* Antistite.

Consecratus antistes ab *Vlrico* Cardinali Kal. Augusti anno MCIX. obiit anno MCXV. Houeden pag. CCLXX. depositus XXIII. Octob. reliquiarum relatio IX. Nouemb.

S. TVDA E. AP. 1144.

S. *Tuda* siue *Iudas* Arnold. *Vuion* lib. ii. lign. vit. pag. ccxlvi. *Aidanus, Finnanus, Colmannus, Eata, Tuda Episcopi Scotorum.* Huntindon. lib. iii. histor. pag. cxci. Anton. Demochares sacrif. Missæ Tom. iii. cap. xxxix. quartus Episcoporum Scotorum, qui Ecclesias Anglicanas rexerunt, nam *Aidanum, Finnanum, & Columannum* ipse secutus B. da lib. iii. histor. Eccle siast. gen. Anglor. cap. xxvi. *Reuerso in patriam Colmano suscepit praesulatum Nordhumbrorum famulus Christi Tuda, qui erat apud Scotos Austrinos eruditus, atque ordinatus Episcopus habēs iuxta morem prouinciæ illius coronam tonsuræ* Ecclesiasticæ, *& Catholicam temporis* Paschalis *regulam obseruans, vir quidē bonus ac religiosus, sed per modico tempore Ecclesiam regens. Venerat enim e Scotia tenente adhuc Pontificatum Colmanno. Et diligenter ea quę ad fidē, & veritatē pertinent, & verbo docebat cunctos, & opere.* Eadem ex illo Franc. Goduuinus, qui Antistitum Anglorum nuper historiam, seu verius Nomenclaturam contexuit. Monachus Scoticus fuit Trithem. lib. iv. de vir. Illustrib. ordin. S. Benedicti cap. clv. Matthæus Vuestmonasteriensis ad annum Dclxiv. *Colmannus Episcopus Lindisfarnensis, cū suis ad Scotiam reuersus cuius loco Tuda Episcopus ordinatur.* Eadem narrat etiam Florentius Vuigoruiensis ad illum annū, & alij scripsit.

Ad Ecclesias Nordhūbricas. lib. 1. *De Pascha celebr. lib. 1.*

Episcopatum suscepit anno Dclxiv. & pauco post tempore obijt. Colitur die xxi. Octobr. Petri Canisij Martyrologiū. peste peremptus sepultus in Hemalch. Huntindon. lib. iii. pag. cxci.

S. TRVMHERVS A. F. E. 1145.

S. *Trumherus Osuuini* Regis propinquus, erat enim nobilissimis parētibus genitus, patre Scoto Regii sanguinis, matre Angla.

iti-

eiusdem stirpis Regiæ, in loco vbi rex interemptus. Cænobium erexit *Ingethlingense*, eiusdemque fuit Abbas, & Episcopus iii. *Lichfeildia.* Meminere iidem autores Vuigoruiensis, & Vuestmonasteriensis in āno laudato. Frāc. Goduuin. pag. cccl xiii. Arnold. Vuion. lib. ii. lign. vit. cap. xlvi. qui *Tanberum* vocat. Volunt eum nonnulli nō Scotum, sed in Anglia natum, In Scotia vitam monasticam edoctum: vt ea ætate moris erat in Scotorum Cænobiis nobilitatem Anglicanam erudiri. Ioan. Pitseus Ætate viii. Scr psit.

De officijs Ecclesiast. lib. 1. Homilias ex Sac. scriptura. lib. 1. Epistola ad Ecclesias Scoticas lib. 1.

Florauit anno Dclxiv. obiit in Episcopatu suo, sepultus in æde maiori in annum Dcc. reponit Ioānes Pitseus, sed parū refert.

GVLIELMVS TVRNBVL. E. 1146.

GVllielmus Turnbus Episcop. Glascuensis ait Hector Boethius. lib. xviii. histor. pag. ccclxxviii *Gymnasium generale haud incelebre inter Scotia scholas, mox futurum in Glascuensi ciuitate instituit, quam institutionem multorum nobilium, sed post emēsum annum mors insecuta est, fuere autem inter eos præcipui Comes Errolia Regni Comestabilis, Georgius Crychtonus Catanesia Comes, Alexāder Lindesuy Comes Crāfordia, & alii* scripsit.

Ad Academiæ suæ professores Orationem. lib. 1.

Academia Glascuensis statuta lib. 1. quæ ad Academiæ Parisiensis normam effinxerat.

Floruit anno M.ccccl vii. quo a Nicolao V. PP. Academiæ erigendæ iura seu bullas accipiebat, quo anno excesserit non comperi fuerat primum priuati sigilli custos, tum Episcopus Dunkeldensis, Ioannis Railstoui successor.

ADRIANVS. TVRNEBVS. 1147.

ADrianus Turnebus ex eadē nobilissima ortus familia, in Gallia, in Neustria natus, patre vno ex Palatinis, qui ex hac nostra gente ad custodiam Regum Franciæ longa consuetudine

solent adsignari, matre Galla, locus ei natalis Castellum Andeliacum non longe Rothomago ad sequanam fuit. Philosophiæ, & Græcarum literarum professor Lutetiæ Regius doctissimus, ac criticorum patens. Scripsit multa ego omnium apicum non memini, nec libri sunt ad manum. Succurrunt tamen

Aduersariorum lib. xxx. quibus certo ordine autorũ loci, quos ipse autor omiserat, margini adscripti, & indices appositi opera *Io. Furdini*, inscripti sunt *Michaeli hospitali* Frãciæ Cancellario.

In librum de fato Ciceronis. *Comment.*

In libros de legibus eiusdem. *Comment.*

In libros de diuinatione eiusdẽ *Comment.*

Præfationes solemnes.lib.1. *Epistolæ ad diuersos lib.1.*

Carmina varia. lib.1. Et in his nobilissima Sylua de *Expugnatione Caletia Duce Guisio.*

In Nicandrum Scholia.lib.1. & in alios autores Græcos obseruationes.

Scribebat anno M.D.lxiv. Scotum fuisse acta familiæ leguntur vt mihi sæpe referebat v.cl. Filius ipsius summus Lutetiæ Senator, quem virtutum non nominis modo hæredem immaturum ex sacro ordine ante triennium mors rapuit.

TYROL. R. 1148.

TYrol Rex Scotorũ, vt opinor nõ Rex fuit inauguratus sed ex Regio sanguine, vt hodie in Germanis, omnes Ducũ Comitũ, Marchionũq. filii Duces, Comites, & Marchiones audiũt. Et quia in Annalibus nostris nulla eius omnino mentio amplius cæteris inquirendũ, & ex veteri S. C. formula N. L. pronuncio. meminit *Wolfrãuon Escgilbach* siue *Vuolfaranus* Carm. Lxx. de Dæmone ãnulo inclusio, & Epitomator. lib. i. & *Bopp.* Carm. cxl. Scriptores Germani eum in comitatu Imperatoris egisse, produnt quo tempore aulam etiam sequebantur, aut carmina sua eiusdem operibus inseruerunt *Henricus Imperator*, *Conradus Rex Romanorum*, *Wenceslaus Bohamorũ*, *Henricus Dux Vratislauiẽsis*, *otto Marchio Brandeburgensis*, *Henricus Marchio Misniæ*, *N. Ducis Ascaniæ Ioannis Ducis Brabantiæ Scripsit.*

Paræ-

Paraenesim ad filiū Fridebant. lib.i. quod opus ante cccc. āno teutonicè versum, incertum ab eo, an Amanuensi, edidit ex Bibliotheca *Bartholomai Scobingeri* Melchior Haminteldius Goldastus distinctam in libros duos, vt volunt. lib. *i. de Religione, ac fidei Institutione. lib.* ii. *de moribus, & fidei Conformatione.* Et quia Vuolfaramus quædam laudat quæ his non extant carminibus, suspicantur viri docti non totum hic, & integrum opus, sed Epitomen tantum contineri Fidèx ex prœmio lib. ii. ex certa coniectura: nā sic habetur *liber iste pandit præcepta quę Tyrol Rex Scotorum præscripsit filio suo Fridebrando*, quod ab ipso Rege esse scriptū non potuit, sed ab Epitomaste.
Antiquum sanè hoc, & vsitatissimum, vt princeps libros suos ipsi ad uirtutem præceptis scriptis erudirent, sic *nullum affectū inueniri, qui vincat paternum.* Iustinianus Aug. pronunciauit L. Vltima. C. de Curat. Fur. Ideo nullus tam idoneus ad alta quæque, & egregia dux est, quam parens ipse. Sic filiorum educatores optimi, & solliciti, plerique veterum sunt in eo genere *Scytheius Thebani Regis ... apud Napsum Philelā, Et Constantini Imperatoris Constantinopolitani Paraenesis ad filium de gerendo Imperio, & Manuelis Paleologi præcepta Regia ad Ioannem filium* extant: & *Philippum filium præceptis instruit S. Ludouicus* Francorum Rex, quę sigillatim recenset Gaufridus de bello, loco apud Surium tom: iv. die xxv. Augusti. Paria sunt *ad commodum Aug. Patris Antonini documenta* apud Herodianum, & in libris de vita sua, est, & pulcherrima *Honorij institutio quā ei datam a patre Theodosio iam morituro* Claudianus disertissimis versib. induxit, paneg. de iv. Honor. cōsolatu.
Vixit hic, vt coætaneus ei testatur Volfaramus tempore *Friderici Aenobarbi* hoc est anno MCLXIII. qua tempestate Malcolmus IV. Scotis imperabat, qui libet bello peregrino priuata ciuium suorum odia, & sensit constanter, & fregit fortiter, multis neci adductis aliis atque illis quidem potentioribus relegatis in quorum fortassis numero, & hic noster fuerat *Tyrol.* Sed aliorū sit hæc disquisitio ego enim nec in re dubia adeo, & crepera di-
uina-

Religionis Catholicæ formidolosis temporibus præcipuus assertor, & Beatæ *Mariæ* Reginæ, Sanctissimæ fœminæ vindex, acerrimus illam in Angliam secutus. Scripsit.

Scotorum historiam. lib. xx. non prodijt quod sciam, sed latet alicubi suppressa. *In Galenum obseruationes.* lib. 1.

De sanguinis missione. lib. 1.

De *anima substantia.* lib. 1. Brunus in Collectaneis.

Floruit anno MDXC.

GEORGIVS TAMSONVS P. 1152.

Georgius Tamsonus vir pius ac Catholicus, ex schola *Tyrij* &, vt puto, dum adhuc sæcularis esset, Collega deinde societatis eiusdem præsbyter. Scripsit.

De Antiquitate Catholica Religionis apud Scotos. lib. 1. Videre non contigit, & si apparatui suo Posseuinus inseruerit.

Floruit Anno MDXCV.

GEORGIVS TAMSONVS ALTER H. 1153.

Georgius Tamsonus alter, sed solo nomine priori similis, Caluinista impurus, in Gallijs diu versatus. Eius sũt ego vidi tãtũ.

Controuersias religionis Gallice. lib. 1. Opus scelestum.

In iusti Lipsij Politica. lib. 1. Respondit Lipsius, sed eum non nominauit, quare ille commotior, denuo stilum strinxit, & peruertit pleraq; eius opera saltuatim hoc elogio libelli. *Censura in opera iusti Lipsii.* lib. 1.

In iusti Lipsii diuam Halensem, lib. 1.

In iusti Lipsii Diuam Aspricollem. lib. 1. Duo sunt in Belgio loca vbi magna miraculorum frequentia Diua Virgo ab incredibili populi concursu frequentatur, ea miracula vir pius vltima senecta describit, hæreticus propudiosus irridet, & scelerate impugnat.

Ioannis Naperi Marchinstonii commentarium in Apocalypsin gallice vertit, & non bona fide. lib. 1.

Obijt Chastineræ in Pictonibus anno M. DCV III. aut circiter.

HISTORIA ECCLESIAST.
Gentis Scotorum

LIBER XIX.

S. VVENDELINVS AB. R. F. 1153.

S. *Vuendelinus* Teloiensis Abbas *Mordaci* Regis filius post multas peregrinationes Teloium venit ad Monasterium S. *Mauritii*, cui à *S. Pirminio* præfectus Sanctissimè vixit, obiitque. Super conditi sepulchrum ingenti Basilica structa magno populi deuoti concursu Ciuitas facta, nomen etiam hodie retinet. Franc. Irenic. Exeges. German. lib. *xi*. Petr. Cratepolius de Episcop. German. Herebert. Rosueid. Georg. Garnefelt. & alii altum est apud nostrates Scriptores silentium de eo. Meminit Anonymus Autor Oraculi Anachoretici lib. 1. cap. xx.

Vuendelinus erat Scotorum e sanguine Regum
Et sanguis Regum sponte regebat oues.
Post homines rexit quos Sancta tenebat Eremus
Vrbs quoque nunc huius nomine dicta manet.

Scripsit vero vir Sanctissimus.

Regulam monasticam lib. 1. quã audio ibidem asseruari Ms.

Omnes quos hîc laudaui, diserte Scotum dicunt, & prætere a V. CL. Ioann. Gualterius Chronico Chronicorum Tom. III. pag. Mcccclvi. S. Vuẽdelinus e Scotia ex præclarissimo genere. Floruit anno Dccxxx. Colitur ab Ecclesia eius memoria die xx. Octobris. Arnold. Vuion. lib. iv. ligni vitæ cap. xxiv. & lib. III. eiusdem operis pag. Cccxlvi. vel die xxi. Octob. Vsuardi additiones Molani: sunt qui putent eundem esse *Vandelinum* S. *Arnulphi* Metensis Episcopi fratrem Franc. Roziestom. II. Stemmat. Lotharing. cap. xlvii. Trithemius lib. III. de vir. illustr. ordin. S. Benedicti cap. Lxxix. quod si verum est oporteret prius eum fuisse Treuirensem, deinde Abbatem Teloiensem, quod nõ est

vero

vero àbſimile deinde etiam ſequitur S. *Arnulphum* gente fuiſſe *Scotum* quod non modo negat ſtematis Lotharingici autor Roziers, Sed et plerique eius vitæ alii ſcriptores apud Bedam tom. 1. colitur die xx. Octobr. Martyrolog. Anglic.

S. VVINFREDVS. AB. R. F. 1153.

S. *Vuinfredus*, alio nomine *Fridolinus* vocatus, *Conrani* Scotiæ Regis filius Angiæ SecKingi Monaſterii ad Rhenum Monachus & Abbas. Ioannes Lesleus lib. iv. Petr. Cratepol. de epiſcop. German. & alij vide lib. vi. hoc opere ſupra in S. *Fridolino* Arnold. Vuion. lib. vi. cap. xxiv. Floruit anno D.L.X.

S. VVILHELMVS. E. 1154.

S. *Vuilhelmus* Epiſcopus in Cathenesia generis nobilitate, ſed multò magis ſanctitate clarus. ſcripſit.

De Bello ſacro ſuſcipiendo ad Cruceſignatos. lib. 1.

MS. in Bibliotheca Florentina Gaddia.

Vixit anno M.XCVII. Colitur die vi. Ianuarii Breuiar. Scot.

S. VIMINVS. E. 1155.

S. *Viminus* Epiſcopali honore quam rexerit Eccleſiam, incertū. Scripſit.

Lecturam in Threnos. lib. 1. *Meditationes in Pſalterium. lib. 1.*

Claruit anno Dccxv. Colitur die xxi. Ianuarij templis non vno regni loco ei erectis; Breuiar. Scot. & Kalendar. Adami Regni.

S. VVASNVLPHVS. E. 1156.

S. *Vuaſnulphus Quilbert*, ſeu *Vagnulphus*, vt alii, ex Epiſcopo Monachus Arnold. Vvion. lib. iii. lig. vit. pag. cccxxiii. Colitur in Condatenſi Hannoniæ celebri territorio, quod ſi- *ngularis Epiſcopatus* vt loquitur Aubertus Miræus lib. de Cano-

nicor. Colleg. cap. xv I. *In paganorum conuersionem* strenuam ibi operam nauauit. Martyrologia Ecclesiarum Belgicarum sic de eo habent. *Qui de Scotia insula mari nauis veniens in saltu Theraschia in loco qui nunc vocatur cella, multis diebus laudabilem vitam duxit, postea vero ductu Angelico ad Monasteriu dei genitricis Maria Condatum perueniens ibi vsque ad obitum domino seruiuit.* Chronographus Cameracensis Anoymus ad Gerardum I I. *apud villam condatu quondam Regalis erat, & diues Abbatia puellarum in honorem S. M. Virginis, deinde pra inopia paucorum extitit monasterium Cannonicorum, vbi Sanctus Vuasnulphus transcurso huius vita faliciter stadio in pace quieuit, multis annis clarus miraculis. Septus hic erat additione.* hæc ille præbendas Canonicorum tredecim primus in S. *Vuasnulphi* memoriam instituit. *Arnoldus* Hannoniæ Comes, qui & *Hibertum* Cameracensem Antistitem vi pulsum sedi suæ restituit. Scripsit.

Contra paganos Ritus. lib. I. Cronica Hannoniæ MSS.

I. *Epistolas ad S. Vincentium Hannonia Comitem. lib.* I.

Euangelii Lucē Rudi illi populo diffundebat anno Dcl I. S. *Vincentij* enim Historia huic ad illum sæpe *Condato* in montem altum migrare solitum, testatur: igitur cum sit illi principi coætaneus, non est dubium, qui eo, quem dixi, anno floruerit, *Donevaldus* IV. Scotiæ Rex ea ipsa tempestate, opem Diuo Osualdo Regi præstabat. Hinc, & si Martyrologia Romana tabulæ fileant, celeberrima, religione colunt Belgæ. Memoria habetur I. Octobris. Molano in Addition. Vsuard. Autore.

S. VVINFRIDVS. A. AP. 1157.

S. *Vuinfridus*, seu *Bonifacius* Appostolus Germaniæ supra lib. I I. hoc opere *Ioannes* Leslæus lib. IV. histor. Scot. pag. CXLVII. falso dicitur *Imperatoris cognatus* a Leone Marsicano lib. I I. histor. Casinat. cap. LII I. suum ciuem Angli faciunt, ego Scotum, & in Anglia tantum educatū docebo fuisse. Marian. Scotus lib. iii. Chron. anno Dcccc.xxvII. *Monasteria SS. Scotorū Sā*

eti Galli, & Sancti Bonifacii igne consumuntur. Explicat diffu-
sius Ioan. Trithemius ibidem Scriptor. Ecclesiast. pag. ccxlii.
Bonifacius primus Archiepiscopus Moguntinus, natione Scotus
ordinis S. Benedicti: cum esset puer quinque annorum a parenti-
bus suis monasterio in Anglia, quod Mischele dicitur oblatus est,
In quo literis, ac moribus studium impendens vir, & doctus, & Sa-
ctissimus euasit. Ista paulo hic multa vide apud Anonymum
Autorem vitæ S. *Lebuini* quam habet Surius tom. vi. d. e xii.
Nouembris Autorem putant Hucbaldum Monachum Elmo-
nensem: is ergo quam plurima de ipso cap. vii. Socii in Ger-
mania illius, & Corp. scripsi nominat, *Vvera Burckart Vvarbet*
Abel, & Vuilibald ipse Epist. xix. in editione vltima Bibliothe-
cæ SS. Pat. ut tom. vi. i. varie nomen scripserat ipsius *Vuinfri-*
thus est ibidem vocatus ab Bangith Abbatissa Epist. xxxviii.
Torteluio Episcopo consentiente Epist. XLIII. *Vuinfrethus*
Ethelbertus Rex Epist. XL. *Vvinfrithus* Daniel Episcopus Vē-
tanus Epist. xxxvii. *Vvinfredus* Egburg. discipula ipsius Epist.
ci. Varia etiam dignitate eum compellant *Missus, vel Legatus*
Germanicus Epist. xcvii. *Discipulus Romanæ Ecclesiæ* Epist.
xci. *Abbas Vuinfredus* Epist. ci. *Archiepiscopus prouinciæ Ger-*
maniæ. Gemmulus Diaconus Epist. cxlix. *Legatus Germanicus*
ab Apostolica Sede directus Pipinus Rex Epist. cli.

Epistolæ istæ editæ sunt, vltimæ SS. Patrum Bibliothecæ editione
pag. LXVII. sed diu antea ediderat, notisque illustrauerat Ni-
colaus Serarius Societatis Iesu presbyter, vir pius, & licet Sco-
tiæ meæ iniurius, iuuandis literis natus. Has Illyricus hæreticus
sacrilege e bibliotheca Fuldensi subtractas fide leccrauerat, &
mutilauerat. Idem Serarius lib. III. Moguntin. nota XVI. pag.
CCCCLXVI. & vt semel dicam Epistolæ illius, præter prin-
cipes, & priuatos viros ad quinque Pontifices diriguntur, scilicet
Gregorium II. Gregorium III. Zachariam Stephanum III. Leo-
nem III. nam ad *Stephanum II.* qui *Gregorio III.* successit quod
biduo tantum sederit non scripsit, vti nec ad *Paulum* I. nec *Ste-*
phanum IV. nec *Adrianum*, vt suspicer Epistolas ad illos ab eo
datas intercidisse. Extant etiam ad ipsum responsoriæ Pontificū

literæ, & vna cum eius leguntur Epistolis quibus ille Scotus dicitur etiam Sacratissimo S. *Zacharia* rescripto. Marian. Scotus lib. III. Chronicor. ad Annum DCCXLIII. *Epistola Zachariæ Papæ ad Bonifacium Scotum Moguntinensem Archiepiscopum*, vt nulli deinceps dubitandi locus relinquatur de gente. Adelmus Benedictinus Francor. Reg. Annal. ad annum DCCLIV. Scripsit præterea quæ supra lib. II. posui hoc opere.

Consultationem, an Traiectensis Ecclesia sine medio ad Sedem Apostolicam pertineret? lib. I. Ioann. à Beca in histor. veterum Episcoporum Vltraiectinæ Sedis, & Comitum Hollandiæ pag. IX. Meminit, & Anastasius Bibliothec. in Gregorio II. pag. XCV.

Eius vitam, præter S. Vvillibaldum Episcopum, & discipulū, scripsere multi, Anonymus apud Surium tom. III. die V. Iunij Vicerius in Hagiologio, Ruthardus discipulus Rabani Mauri, & Strabi *Passionem S. Bonifacij Archiepiscopi Heroico Carmine, pulcherrimè duobus libris* descripsit, ait Ioannes Trithē. Chron. Hirsaug. ad annum DCCCLXIV.

Antequā Archiepiscopatum Moguntinensem administrasset fuit Draiectensis Episcopus Ioann. Molan. addition. vsuardi die V. Junij. Ioann. Beca. & Vvilhelmus Heda in Histor. Episc. Traiectens.

S. VVILLIBALDVS. AP. E. 1158.

S. *Vvillibaldus* discipulus S. *Vvinfredi*, ac Coepiscopus, vt supra in eo est ostensum S. *Bonifacij* eiusdem *comprouincialis* vocatur ab Hermanno cōtracto in Chronico ad annū DCCXLVI. Arnold. Mirman. Theatro conuers. gentium. *Episcopi Scoti vniuersis passim per Germanias Ecclesiis præfuere Vvillibaldus, & Vuinnibaldus Scoti* Io. Frisius Bibliotheca Philosophorum pag. DCCCCXVI. *Vvillibaldus natione Scotus Episcopus primus Eistetensis* Anglū facit impius Balæus, vt solet, nullo argumento, vt & maledicus lelandus, & indoctissimus Capgrauius, Frisium Germani contendunt, & in his Arnoldus Vuion lib. II. lign. vit. cap. XXXVII. qui Casinensem facit Monachum S. Be-

nifacii ex Bonna Sorore nepotem, & SS. Albo adscriptum à Leone VII. instante *Megingoso* Episcopo Eistetensi quod versus isti indicant.

Hanc VVillibaldo Pharam construxerat, almo
Presul deuotus Megingosus nomine clarus
Qui pius hunc Sanctis precibus coniungit eundem
Turmis Angelicis cælesti nomine Sanctis.

Anton. Posseuin. Apparat. Sacr. pag. CCCXLIX. adeò nos felices sumus, ô vestram fidem Hercules vindex. Ego Scotum fuisse bonis testibus aio Ioann. Trithem. de scriptor. Ecclesiast. pag. CCXLIX. *VVillibaldus primus Episcopus Eistetẽsis natione Scotus, frater S. VValpurgæ Virginis Abbatissæ Heidenhemensis, Monachus ac discipulus S. Bonifacii Martyris, ordinis S. Benedicti, vir doctus atque Sanctissimus, ingenio & eloquio clarus.* Ioann. Molan. addition. Vsuard. Martyrolog. die 1. Maij *VVillibaldus primus Episcopus Eistatensis natione Scotus* Gaspar Bruschius lib. de Episcopatibus, & *Reginoldus* Episcopus XI. Eistatensis *Starchandi* successor, qui tribus *Othonibus* charissimus fuit, vitam scripsit S. *VVillibaldi, & VVunibaldi* fratrum, obiitque annò DCCCCLXXXIX Scotum hi fuisse asserũt. Hęc de patria satis.

Discipulum dixi S. *Bonifacii* fuisse id probat Othlonus Fuldensis in vita S. *Bonifacii* lib. 1. pag. CCCCXXIII. Hic est autor illius vitæ quam Surius sub Anonymi titulo edidit, verum autorem fuisse membranæ Rebdorffensis Cænobij prope Aichstadiũ docent. Othlonum edidit Henricus Canisius tom. IV. Antiquar. lection. *Is ergo in prouinciam patriamque suam mittens, exinde tam fæminas, quam viros religiosos, scientiaque varia imbutos plures venire fecit, suique laboris onus inter eos diuisit, inter quos erant præcipui quidem viri Burchardus, & Lullus VVillibalt, & VVunnibalt frater eius VVitta, & Gregorius: fæmina verò Religiosæ, matertera scilicet S. Lulli nomine Chunihilt, & filia eius Beragbgit, Chunidrut, & Tecla, Lioba, & VValtpurgis soror VVilbaldi, & VVunibaldi:* quæ si vera sunt omnes isti Scoti, & Scotia acciti erunt, cum tamen omnes huc vsque scriptores, quod sciã, gentis nostræ saluti plerosque eorum Anglos fecerint, ego de-

libero. NotKerus Balbulus. Non. Iunii S. *Bonifacius Martyrium consummauit cũ Eobano Episcopo, & aliis seruis Dei, quorum hec sunt nomina Vuintrug, Vualthere, Sckiruuald, Bosan, Hamund, Hethere, Vuacchar, Gundacar, Vuillelthere, Hadonolf, de quorum collegio fertur fuisse Vuillibaldus uirtutibus, & doctrina clarissimus.*

Eodem tempore quo ex Scotia in Germaniam venit ad *Bonifaciũ* Vuillibaldus Episcopus consecratus est *Aichstadianus*, seu *Eistatensis*, vt & *Burchardus Herbipolensis*, *Gaybaldus Ratisponensis*, *Ioannes Saltzpurgensis*, *Ermbertus Frisingensis*. Histor. de fundatione Ecclesiæ illinimensis, & translationis almi Confessoris, & Pontificis Arsacii, pag. CCCCLXXI. Meminit Ermenoldus Diaconus in vita S. Solæ pag. DXLVIII. *habuit Beatus Sola post gloriosum triumphum Martyrii S. Bonifacii Archiepiscopi dominum Vuillibaldum Episcopum, & Vvunibaldum* Germanum *eius presbyterum adiutores sui laboris qui ei ut propria gentis uiro omnibus his in locis adminiculum, & Solatium prabebant* ergo & S. Sola Scoticæ originis fuit, sed alia quẽ Ermenoldo, de cuius fide inquirendum censeo, larga honorataque memoria illlius apud Ph lippum XXXIX. Episcopum Aichstadianum in vita S. Vvalpurgæ virginis pag. DLXXII. Adi ad Vvolfhardum Monachum Haseurietanũ in vita S. Vvalpurgis pag. DCVII. qui omnes in eo conueniunt, & laboriosè, & sanctè commissam sibi a *S. Vuinfrido* Ecclesiam administrasse, narrat copiosè B. Marcellin in vita Suniberti cap. XIV. apud Surium tom. II. die I. Martij.

Sanctissima eius memoria recolitur ab Ecclesia die VII. Iulii Martyrolog. Roman. *In Saxonia S. Vuillebaldi primi Eistetensis Episcopi, qui una cum S. Bonifacio laborans in Euangelio multas gentes conuertit ad Christum* eadem alii Martyrologior. Scriptores. Vsuard. Ado, Maurolycus, & Galesinius. Scripsit.

Vitam S. Bonifacii non meleganti stilo lib. I. Aiunt hæretici Magdeburgenses Centur VIII. cap. X. Col. DCCCX. *quem ante editionem Lullus, & Megengandus inspexerũt, & approbarunt.* In Catalogo tamen Trithemii non liber. I. Sed libri II. sunt, nisi error sit librarii.

Sed

Sed de vero scriptore vitæ huius ingës dissertatio, & contestatio est de Prologo ex cap. 11 & cap. v. notat Christoph. Brouuerus Not. ad vitam S. Gregorij pag. 21x.

De vita S. Vvalpurgis Sororis, lib. 1. vtrumque opus interiit, certè neutrũ prodijt, licet Gesnerus in Bibliotheca, & Epitomastes eius Simlerus librum de vita *Bonifacij* exstare putent, cũ sit à Surio edita sub nomine Anonymi. Requesta autor sit Othlonus Fuldensis, vt dixi. Aut S. Ludgerus. Scripsit.

Epistolas ad Scotos, & Britannos lib. 1.

Epistolas ad Gregorium Papam III. lib. 1.

Epistolas ad Zachariam Papam lib. 1.

Venit ex Scotia circa Annũ DCCXLI. Consecratus est primus Eistatensis Antistes anno DCCXLVII. *Hermann.* Cõtract. in Cron. ad eũ Annum. Obijt anno DCCLV. Baronius, & alij consentiunt.

S. VVVNIBALDVS. AB. AP. 1159.

S.*Vvunibaldus* frater S. *Vvillibaldi* Episcopi Eistatẽsis, *Socius peregrinationis eius, veniens cum eo post multos labores ad mõtẽ Casinũ, & ibidẽ Monachus effectus multis clarum virtutibus*, ait Trithemius lib. iii. de vir. Illustr. lib. ord. S. Benedicti. Petrus Cratepol. de SS. Germ. pag. CXLV. *S. Vvillibaldus primus Episcop. Eistetẽ. frater S. Vvnebaldi, et Vvalpurgis, Sororis*. Magdeburgenses Cẽt. VIII. cap. X. *Vvunibaldus frater Vvilibaldi Eistensis Episcopi, ad Bonifaciũ venit, eiusque Comes, & socius fuit in deformandis Ecclesiis Germaniæ*. At qui illi populares vestros a cultu impuro Idolorum ad verum Christi fidem perduxerunt, Hoccine est sectarii, pro pudior, & impii Ecclesias deformare. Vide quæ supra in *Vvillibaldo* sunt dicta.

Vitam huius nostri Sancti descripsit *Reginaldus* XI. Episcopus Eistatensis, sed non prodijt, & monialis quædam Anonyma ex Cœnobio Herdenheimẽsi, quã Henricus Canisius publicauit, tom. IV. Antiquat. lect. pag. DCVI. Huius nulla mẽtio in tabulis Martyrologii Romani, sed recolitur a Belgis religiosa eius memoria die XVIII. Decembris. Ioann. Molan. in Indiculo SS. Belgii.

nec alibi memini de illo legere. Autor illa Anonyma *Abbatem*, *& confessorem*, vocat in vitæ limine, sed vbi nō exprimit, nec cui Ecclesiæ præesset, inueni. Scripsit.

Ad Ecclesias Germanicas lib. 1. monuit me vir doctus se quędam ipsius in Bibliotheca Bauarica vidisse, quod tādiu sine nomine latuisse mirandum in tantā scribentium frequentia.

Floruit anno DCCXL.

S. VVALPVRGA. AB.V. 1160.

S. *Vualpurga* seu *Vualpurgis* soror sanctorum *Vvillibaldi*, & *Vvunibaldi*, vt dixi, &, vt puto regio sanguine orta, fratres ex Scotia in Germaniam secuta *Abbatissa in Henfdeahein, virgo Sanctissima conuersationis multis virtutibus, & signis clara enituit, cuius inclyta gesta diligenter conscripta sunt*; Trithem. l. b. iii. de vir. Illustr. S. Benedicti cap. ccl. Magdeburgenses heretici. Ioān. Baleus, & Iosias Simlerus in Epitome bibliothec. Conrad. Gesneri. *Vvillibaldum* sororis suæ vitam volunt scripsisse, sed illa periit, aut adhuc delitescit, altera est scripta a Philippo Episcopō Eistatensi, sed illa prolixior, tertia ab autore Vvolfhardo monacho Hasenrietano, vtramq. edidit Henric. Canisius tom. vi. Antiquar. lection. Vvolfhardi sunt etiam de ea versiculi.

Filia Regis erat, sed egenam se faciebat
Diues, & vt Christo regnaret semper in isto,
Quam sit chara Deo, monstrant miracula crebro
Qua meritis eius confert de Virgine natus
Ex eius tumba manat sacra pectoris vnda
Serua namque Dei cæli lux splenduit illi.

Errant, qui hanc Anglam existimant cum fratres sint Scoti. Ioān. Molan. addition. ad Vsuar. die 1. Maii. *ipso die S. Vualpurga Virginis* in annotationib. deinde subdit *de Vualpurga Bibliotheca. Vvillibaldus primus Episcopus Eystatensis natione Scotus scripsit vitam S. Bonifacii Episcopi, vitam Vualpurgæ sororis*, quod est intelligendum de translatione eius, non verò de obitu, nam Kalēdis

dis Maii translata est Eistatam. Obijt V. Calend. Martii. Trithemio loco laudato, autore: quod autem Regis filiam faciunt, silent Annales nostrates, & imperiti ad Anglorum gloriã id trahentes. *Richardi* Regis filiam esse volunt, qui Lucæ conditus: sed ego verius puto filiam eã *Malduini* fuisse, qui Lucapud Scotos regnauit, extinctus anno Dclxxxv. nec tamen certo affirmatim, vnum scio ex historicis *Anglicis Richardum* Regem Anglorum eo sęculo nullum fuisse, nec circa illa tempora vllum, sed id Scotiæ fatum Sanctos suos in curia scriptorum amisisse, & multos nostratium per Angliam transeuntes Anglos falso a peregrinis scriptoribus, & eorum nostrarum ignaris habitos quos ego nunc patriæ meæ quasi post liminii iure redono, & iure meritissimo in censuales meos refero. Poro *Vualpurgæ* Collegiũ in Zutphaniensi Comitatu fundatum Aubert. Miræus de Colleg. Canonicor. cap. C i. meminit. B. Marcellin. in vita S. Suniberti apud Surium tom. i i. Die i. Martii cap. xiv. Cœnobium ei supra Strasburgum in Foresto circa annum Mlxxiv. fundauit *Theodoricus* comes montis Belgardi. Vvolfgang. Lazius lib xi. pag. Dcxxiii.

Scripsit *Vitam S. Vvillibaldi* lib. 1.

Vitam S. Vvvnibaldi lib. 1. Publicauit H. Canisius tom. iv. Antiquar. lection. sic Hildegardis Bingensis, & Bandomina monialis S. Rupertum, & S. Disibodum celebrarunt scriptis suis Trithem lib. ii. de vir. Illustrib. ord. S. Benedicti cap. cxix. Sic S. Radengundis apud Surium tom. iv. præclarè scribit *Hodæpericon S. Bonifacii* lib. i. erat enim ipsius discipula, & ab eo Heidenheimensi Cœnobio præposita.]

Floruit cum fratribus Anno Dccl. Trithemio teste.

S. VERANVS. E. 1161.

S. *Veranus* S. *Gibrini* frater ex Scotia illum in Campaniam Gallicam secutus religiosam vitam duxit Flodoard. Presbyter lib. iv. histor. Rhemens. cap. ix. nec de eo alibi memini me legere, nisi forte sit ille, quia Lerinensi monasterio ad Vericiam Episco-

pus translatus est. Tabulæ Ltrinenses. Arnoldus Vuion. lib. iii. pag. ccclxvii. Colitur die xi. Nouemb. scripsit

Homilias de Sanctis lib. I quas audiui Trecis magna cu

ra assiduari.

Claruit anno Dxxi. Errat Actuarii Gemblacensisq; autor, qui ipsũ cũ fratribus collocauit anno M.cxlv. Colitur die xiii. Nouembr. Vsuardi additiones meminit Molanus Nat. SS. Belgii ad diem iiii. Decembris.

S. VVINOCVS AB. A.

S. *Vvinocum* siue *Vuinocum*, vt habet Ionas Abbas Scotus in vita S. Columbani cap. xvii. Scotum fuisse probat, præter alia autoritas Theodorici Abbatis Monasterij S. Trudonis in vita S. *Rumoldi* Scoti apud Surium tom. iiii. die ii. Iulii *Nequaquam ab ortu Aegyptius, & India, ab occasu alter pene orbis Britannia adiacente Scotia; qui statim, vt ab illius æternitatis sole radiati sunt, illi sub vmbra eius, quem desiderabant requiescere; ipsius ardore vsque martyrii festinauerũt incalescere, & studentes anhelantiaque verba in dulce Crucis melos didicerunt infringere. Vnde autẽ hoc tam late diffusum Germinarium, nisi quia in eorum cordibus coaluerunt Iesu Christi amor, & desiderium? Assentio in herbipolis: gloriosa martyris Kiliani meritis, & corpore, nec minus prona SS. Scotorum, & aliorum, & tantorum Patrum gloriose veneratione, Columbanus Italiam, Bertinus, & Vvinocus illustrant occidentem Galliam, & innumerabiles alii suis quique in locis.* De eo Martyrolog. Roman. die vi. Nouemb. *Apud Bergas depositio S. Vvinoci Abbatis, qui virtutibus, & miraculis clarus, fratribus secum sibi subditis multo tempore ministrauit.* Eius uitam scribit Anonymus autor apud Surium tom. vi. qui simpliciter more illius æui contentus dixisse Britannia oriundum, falso Gallum fecere Meierus Annol. Flandr. lib. ii. Rober. Cænalis lib. ii. de Re. Gall. periocha vii. Henricus Costerius Pastor Antuerpiensis in Arbore SS. Monasterii S. Bertini, & alii scripsit.

Regulam ad fratres lib. I.

Cla-

Claruit anno DXCVIII. Obiit anno DCCXV. Autore Baronio, uel anno DCCXVII. ut in Chronico Belgico prodit Periscolus Locrius Regia stirpe ortum, idem vult, & Monachū induisse ad D. Bertini anno DCLXV. & posteà Monasterium cōdidit, quod *Mons S. Vuinoci* dicitur, aut *Vuormbolt* Molan. Natal. SS. Belgii. VI. Nouemb. Cuius initium ab *Hademaro*, qui S. *Bertinum* hæredē reliquit, qui S. *Vuinocum* eò cum sociis aliis delegauit, qui præclarissimo cænobio ortum dedit anno DCXCVII. die V. Sept. Molano autore corpus uero cum LXIV. annis delituisset in Bertiniano Cænobio Danis omnia mundantibus, repertum postea *Balduinus Caluus* Flandriæ comes Audomarensibus frustra obstantibus, Bergas transtulit, & in Basilica reposuit, quam SS. *Vuinoco*, & *Martini* construxerat. Idq. actum anno uolūt DCCCCI. die VI. Nouemb. Aliam Translationem fecit Bergas *Balduinus* Comes *Pulchrobardus cognomento ab inferiori Ecclesia ad Superiorem* Monachis, è Bertiniaco euocatis anno M.XVII. Aubert. Miræus orig. Cænobior. Belgii cap. xxv.

Alius est ab hoc nostro, multoque Antiquior cuius mentio apud Gregorium Toronensem lib. V. histor. Francorum cap. xxi. & lib. VIII. cap. xxxiv. autor eodem Baronio, Sed libri non sunt ad manum.

VVILFRIDVS. A. 1163.

S. *Vvilfridus*, natus in Northumbria, ut uolunt Angli, in confinio Scotię, saltem, quod Angli negare non possunt; in Scotorum Cænobiis liberalibus artibus institutus, *inter Scotos bonas literas* inquit Pitseus pag. cxx. *& monasticam viuendi rationem solerter didicit, imo Psalterium lectitauit, ac tenuit, quod à Scotis iuxta translationē B. Hieronymi acceperat* Malmesb. lib. iii. de gest. Pōt. Anglor. pag. cxlix. Hunc Beda impensius laudat, uocatque lib. iii. histor. eccles. gent. Anglor. cap. xxv. *virum doctissimum* tādem Scotia excedens pro ecclesia Catholica constanter stetit in defensione Paschatis, maximè cum Eboracensem Ecclesiam Archiepiscopus regendam suscepisset. Scripsit.

De Catholico celebrandi paschatis ritu. lib. 1.

Depositio S. Maurouti Abbatis cuius suffragijs si ad sepulchrum eius fuerint delati varijs languoribus egroti, verâ recipiūt premia sospitatis: cui sacer presul Amatus eo tēpore, quo Theoderico Rex tyrannidem exercebat, post excessum Beati Vltani Abbatis traditus fuit in custodiam. Abbas fuit Fossensis in Gallia Belgica. Idē Molan. in additionib. ad xxxi. Octob. *Fossis natalis S. Foillani Episcopi qui de Hibernia venit,* Scotiam dicere debuit, vt probatū abunde lib. v. supra *ad Vltanum Germanum suum: qui Fossensē regebat Ecclesiam* Beda lib. iii. histor. Ecclesiast. gent. Angl. cap. xix. *habuit* Fursæus *alium fratrem vocabulo Vltanum, qui de monasterii probatione diuturna ad Eremiticam vitā peruenerat.* Scripta eius *vita extat erudite M. S.* ait Molanus, & ad S. *Foillani* extra Rhodium gesta eius sunt. Scriptis mādata *per Hillinū ad magistrum Sigebertum,* quæ cum carmine consignata essent, Anonymus quidam in prosam vertit. Autorem se Hilluius ingenio se fatetur.

His ita litterulis libet insinuare notatis
V. exacte specie, quo nomine censeat ipse.
Si primos apices ex partibus octo retractes.

An aliquid scripserit, non obseruaui, nec puto extare quicquam. Natus est anno Dxciii. Sgibert. eo anno. Obiit anno DCLIV.

S. VINNIANVS. E. 1166.

DE Sancto *Vinniano* ita S. *Adamannus* in vita S. *Columbæ* lib. ii. cap. 1. *Sanctus verò Iuuenis non hoc sibimet, sed S. adscribebat Vinniano Episcopo.* Nec quicquam de eo amplius meminij me legere, nec cui Ecclesię præfuerit deprehendi, nec an scripserit q̄cquam, an vero æui iniuria scripta ab illo perierint, certo constitui potest templum ei Parochiale antiquiss. operis prope Castrū rubrum non longe Abirbrotti.

Floruit anno DXCV.

Ordinationes Ecclesiæ suæ lib. i.
Epistolas ad Pipinum Regem lib. i. cui fuit à sacris confessionibus Arnold. Vvion lib. ii. Ligni vitæ cap. Liii.
Ad Fratres Odiliæ. lib. i.

Floruit anno Dcclvii.

S. VVILLIBRORDVS Ap. E. & F. 1167.

DE S. *Vvillibrordo* Frisonum Apostolo Sigibert. Gemblacens. Chronic. ad annum *Dcxciv. Pipinus Rabbodum Ducem Frisonum bello vicit, & Vvillibrordum genti illi ad prædicandum direxit.* Angli suum faciunt, vt solent nullo argumẽto. Frisones sibi vendicant, sed perperam Suffrido Petri autore apud Anton. Posseuin. Apparat. Sacr. pag. cclxix. Sed ego vindicias secundũ Scotiam meam dabo. Hector Boethius in admonitione ad historiam Scoticam, *Plurima omissa à me fateor, partim rerum ignorantia, partim indiligenti earum indagine, præsertim in familijs, & viris illustribus qui ex nostra gente fuere, nobisque ingentem attulere splendorem, quales Sedulius, Levinus, Iudocus, Vvillibrordus, Romuldus, Martinus Historicus, & plerique alii, enumerandis.* extat edente Herico Canisio tom. vi Antiquar. lection. pag. ccclxi. *Elegia Alcuini de Vuilgiso parente S. Vvillibrordi.*

Nobilis ille fuit magna de gente Sacerdos,
Sed magnus multò nobilior meritis.
Vt dudum cecini facunda Britannia mater,
Patria Scotorum clara magistra fuit.
Francia, sed felix rapuit.

Clarè vult Vvilgisum in Scotia tenuisse filium, vbi ipse adolescentiam bonis artibus addiscendis, impendisset. quod & annales nostri confirmant, nec negat Balęus licet iuratus, & pictatis, & Scotiæ hostis, tñ hunc inter scriptores Scotos nõ est ausus numerare. De eius Apostolatu Ado Viehnensis ætate vi. anno Dcxcvi. *Papa Sergius ordinauit venerabilem virum Vvillibrordum cognomine Clementem Frisionum genti Episcopum.* Eadem ad illum annũ Marianus Scotus, eadẽ et alij, & in his Regino Prumien. Chron.

lib.i.nisi, quod in anno dissentit ponens missionem eius anno DCXXII. Beat. Marcellinus in vita s. Suniberti cap. VI. se huius sancti vitam scripsisse ait, & cap. X. s. *Vuillibrordum inter omnes meritopræfulgentem, virum humilem, & totius honestatis exemplis refertū.* & cap. XIII. anno à natiuitate Domini DCXCVIII. *sanctus Vuillibrordus adepta iam Apostolicæ benedictionis autoritate, consecratusque Archiepiscopus à s. Sergio Papa rediit ad Germaniam.* & cap. XXVIII. in fine vocat eum *Archiepiscopum Traiectensē* Rixfridus Episcopus Traiectensis in Epistola ad s. Ludgerum Monasteriensem Episcopū. *Habeamus, & reuerenter possideamus libellum continentem gesta, & legenda sanctissimi Suniberti Episcopi consocii, & Coepiscopi S. Vuillibrordi editam, mandatu, & autoritate Apostolica s. Patris Gregorii Episcopi Traiectensis Ecclesiæ.* Ionas Abbas Scotus in uita s. Vulfranni apud Surium tom. iii. die XX. Martii. *Villibrordum cognomento Clementem Episcopum, & doctorem prafata gentis Frisonum acciri fecit, vt ad eius consulta simul cum B. Vulfranno in doctrina sua religionis concordante efficeretur,* Radbod. *Christianus.* Meminit, & Anonymus monachus Vverthinensis, seu Vverdinensis in uita s. Ludgeri apud Surium tom. ii. die XXVI. Martii. Is ergo cap. XI. *Marchelmū mira Sanctitatis virū s. Vuilibrordi quondam discipulum* fuisse scribit Hucbaldus monachus in vita s. Lebuini apud Surium tom. VI. die XII. Nouēb. cap. II. Philippus XXXIX. Episcopus Aichstadianus in uita s. *Vualpurgæ* edita ab *Henrico* Canisio tom. IV. Antiquar. lection. pag. DLXVI. *Beatus etiam Vuillibrordus Confessor Dei, &* Pontifex *pretiosus.* Epternacense Cænobium à fundamentis erexit. Gasp. Bruschius, & Molanus. Vberrimè autem singula ipsius gesta, & versu, & prosa, literis *Alcuinus* noster Flaccus Scotus mandauit, & vitam ab eo conscriptam retulit Surius tom. VI. die VII. Nouembr. quo die eius solemnitatem Ecclesia recolit Martyrolog. Rom. *In Frisia depositio S. Vuillibrordi Episcopi Traiectensis, qui a Beato Sergio* Papa *ordinatus* Episcopus *in Frisia & Dania Euangelium prædicauit.* Eadem alii supra omnes confatatur Molanus in Addition. Martyrolog. Vsuard. Franc. Maurolycus eo die. *Apud Frisios Germaniæ in Agro Treuerēsi depositi.*

positio S. Vuldebrodi Episcopi. Præterquam, quod nomen corruptum est, errasse Siculum puto, qui *Treuerensem* pro *Traiectensi* agro vsurpauit. Petr. Galesin. eod. die. *In Diœcesi Treuirensi S. Vulbrodi Episcopi, & confessoris, quia Summo Pontifice Sergio Episcopus factus in Germaniam ad Euangelium propagandum missus abiecto idolorum cultu gentes Frisiam incolentes Christiana religione instituit.* Ado Treuirens. eodem die in Martyrologio suo. Epternaco Monasterio natalis S. Vvillibrordi Episcopi, & Confessoris Rabano in Martyrologio Vvilbrordus est, qui plura cupis, adi ad Bedam lib. V. hist. Ecclesiast. gent. Anglor. cap. XII. & vitam S. Bonifacij Scoti, Moguntini Archiepiscopi, & Ioan. Trithem. lib. III. de viris illustr. ord. S. Benedicti. cap. CXXXVII. Scripsit.

De sua peregrinatione. lib. I. *Ecclesiasticos canones.* lib. I.
Homilias. lib. I. *Epistolas ad diuersos.* lib. I.

Missus est Apostolus in Frisiam anno ut dicebam DCXCIV. Sedit Episcopus XXXVI. annos totos, etiam Beda scribente adhuc sedebat, vt loco proximè laudato liquet. Obiit anno DCCXXXIX. Sigebert. Alij aliam annorum supputationem inducunt, sed hęc uerior, & magis placens. Natus est anno DCLVIII. ait Locrius Chron. Belg. LXXVI. Ordinatus Episcopus Pipino Rege petente anno DCXCIV. fundat Epternacense monasterium die S. Cęciliæ anno DCXCVI. Biennio post Abbas eius sedit.

S. VRSVLA. R.F. V. Mart. 1169.

S. *Vrsula Mauri Christianissimi*, ut loquitur Pet. de Natalib. lib. IX. Catal. cap. XCIV. *Scotorum Regis filia* cum frustra ad coniugium à potentissimis Principibus peteretur præsertim *Aethereo* Angli Regis filio, ut in Legendario nouo, & ubique, nihilominus constans, uouit uirginitatem Deo, patriamq. egressa undecim millia uirginum transmare secum traxit, eodem pietatis ardore, sanctique uoti studio accensas; quæ cum Hunnis cedere nollent obtruncatæ sunt, sanctissimoque agone in Cœlos euolarunt. Colitur memoria ubique gentium, sed maximè Coloniæ

Agrippinæ, vbi Sanctæ asseruātur Reliquiæ, & Parisiis vbi *Vrsula* patrona est Sorbonicorum Theologorum. Hector Boethius lib. vii. histor Scot. pag. cxxiii. facti memoriam recolit Ecclesia die xxi. Octobr. Adeunda sunt Martyrologia. Vvandelbertus Monachus Prumiēsis, q circa annū salutis DCCCL. vixit, ita de illis.

Tunc numerosa simul Rheni per littera fulgent
Christo Virgineis erecta trophaa maniplis
Agrippina vrbi, quarum furor impius olim
Millia mactauit ductricibus inclyta Sanctis.

Accuratissimè singula exquirit Cęsar Baronius ad diem dictū Not. ad Martyrol. Rom. Gaufrid. Asaphēsis in hist. & ex eo Christophorus Broquerus ad lib. iii. Venātii Fortunatiani pag. LXIV. Huius sanè sociarumque peregrinationem, & martyrium variè scriptis mandarunt Rogerius Cisterciensis, Richardus Præmōstratensis apud Monbritium tom. ii. Petrus in Catalogo lib. IX. cap. LXXXVI. Claudius Rota cap. CLIV. Bōnfinius decad. I. Rer. Hungaric. lib. V. Anonymus apud Suriū tō. V. Sigibert, & alii. scripsit.

De Arcanis visionibus lib. I. *Diceumqua fidei lib. I.*
Epistolas lib. Laudat Tiraquellus de Nobilitate cap. XXX. num. CCCXVI.

Passa est cum Sociis anno CCCCXLV. vt nonnulli perperam putauere, aut CCCCLIV. Sigebert., & alii. Vide lib. X. supra hoc opere in *S. Kenneira*.

S. VVLGANIVS 1168.

S. *Vulganius* Anglia pio peregrinandi voto lustrata in Belgium adpulit, ubi Sanctorū laborum compos beato fine quieuit. Atrebatensis Ecclesiæ acta quibus constat *Scotum non Anglum* fuisse, quicquid dicit Ferreolus Locrius, nam nullus ea tempestate in Anglia Christianus, nisi sub disciplina Scotorum. Reliquiæ eius in Ecclesia Lensiensi conseruātur, coliturq die ii. Nouembr. Acta illius loci, & Ioann. Molan. scripsit.

Ad Populum Belgicum lib. I. Speculum Charitatis lib.
Exhortationes lib. I. *Sermones lib.* I. quorum nonnulli Atrebati MSS. extant.

Excessit anno DLXXII. *Scotum* porro facit Constantinus Ghinius in natalib. SS. Canonicorū. vbi plura, & chronicon. Cameracēse diserte *Scotum* vocauit. ii. Noueb. cuius uerba sunt apud Molanum Indic. SS Belgi pag. LXXIIX. *Apud Castrum Lenense, habetur monasteriū Canonicorum, vbi Sanctus quiescit Vulganius, qui Scotus traditur extitisse.*

S. VVALTHENVS. E.R.F. 1169.

S*Vvaltenus* aut, vt habet Houedenus, *Vualdenus* Canonicus Regularis tum Monachus Cistertiensis, mox Abbas Melrosię, deinde Archiepiscopus Eboracēsis Canonice electus demùm S. Andreæ Episcopus renunciatus miro paupertatis voto, Mitræ quietem monasticam pretulit, & digito extenso locū sepulturæ indicans, hæc est inquit, *requies* mea, vt Iocelini Monachi Fornesii uerba usurpem, & latius in Scroticronico lib. VI. cap. XXIV. scripsit. *De Claustri bono lib.* 1. *Euangeliorum flores lib.* 1. *Sanctorum plurium vitas lib.* 1.

Floruit, & obiit āno MCXL. Sepulcrum uero aperuerūt *Angelramus*, & quatuor Abbates, & *corpus repertum est integrum, & vestimenta intacta*, ut loquitur Scotichronicon lib. VII. cap. XV id factum XII. post obitum anno XI. Calend. Iunii, obdormiuit uero iii. Nonas Augusti Scotichronicon libro laudato cap. XXXIV. Houeden excessisse ait IV. nonas Augusti āno MCLIX. pág. CCLXXXI.

S. VIRGNOVS. EREM. 1170.

S. *Virgnous multos annos irreprobēsibiliter in subiectione s. Columbæ transegit* ait s. Adamannus in uitā s. Colūbæ lib. iii. cap. XXXI. *tum duodecim annis Anachoreticam vitā duxit in Minxbulemar*, nec de illo alibi quicquam scripsit.

Visionem de Morte s Columbæ magistri, & Doctoris sui. lib. 1.

Floruit anno DCVI. Martyrologii tabulis adscriptus non est, sed celebri cultu eum nostrates colunt.

VVILHELMVS R. 1171.

S. *Vvilhelmus ex* generatione illa benedicta SS. *Malcolmi* iii. & *Margaretæ S. Dauidis* nepos. S. *Malcolmi* cognomento *Virginis* frater, & ipse a fortitudine, cognomentum *Leonis* habuit, deceptus a rege Angliæ in Angliam cum illo profectus contra ius humanum, diuinumque in Galliam cum armata manu traiicere est coactus, & quia multũ damni Frãcia a Scotis accepit Rex Angliæ Northumbriam totam Scotiæ in perpetuum resignauit vsque ad flumen Tynam sed & comitatum Huntintoniæ Regis fratri, & hæredibus in perpetuum concessit Rogerus de Houeden. Annal. part. ii. pag. cccc. Sed Rex reuersus ab expeditione Francica in Angliam totis viribus exercitum duxit, sed infeliciter in acie captus redemptus est magno pretio. Hic suorum pietatem imitatus fidei defensor ab *Alexãdro* Papa dictus. Iacobus Ballãtinus Historiæ Boetianæ lib. vi. Censum auxit *Melros Neubottel, Dumfermelini*, & *Abordin* Episcopatum *Argatelia* fundauit, & Cœnobium Balmurenoch, ordinem Sanctissimæ Trinitatis non modo Regno recepit, sed & domum suam Aberdonensem in monasterium ipsis conuertit *Sanct. Adamum* Cathenesiæ Epm ab impiis interfectum egregiè vindicauit, vt lib. 1. supradictum, & cũ Angli sacrilego ausu iurisdictionẽ in Scoticas Ecclesias usurparẽt misso S. *Gilberto* insigniter Scoticæ ecclesię libertatem defendit. Houedenus pag. cccxiv. & nos libro vii. Franciscanos etiam, & Dominicanos in regnum recepit. S. Margaretæ corpus transtulit, insulas *Scoticas* a Danis recuperauit demum Perthum ad Tai ripam cõdidit, & *D.* Ioanni dedicauit sub annũ M. ccx. miracula, & viuus, & mortuus perpetrauit multa, sed hoc primum quod iuuenem quendam omnibus membris debilitatũ signo Crucis sanitati restituerit Balẽtinus chronici vulgaris lib. xiii. cap. ix. Gul. Neubrig. lib. ii. cap. xix. Scripsit.

Epistolas ad Alexandrum iiii *lib.* i. *Leges Sacras lib.* i. vt scilicet *a meridie sabbathi omnes festum, seruarent vsque ad diem lunæ.* *De titulo Northumbriæ lib.* i.

Obiit in summa pace anno M. ccxiiii. regni sui xlix. Pontifices erãt

Alex.

Alexander iii. *Lucius* iii. *Vrbanus* iii. *Gregorius* viii. *Clemēs* iii. *Cælestinus* iii. *Innocentius* iii. *Imperatores Federicus* 1. *Henricus* v. *Otto* iv. Francorū Reges *Ludouicus* iunior, *Philippus* Augustus.

S. VVINFREDVS. E. 1172.

S. *Vvinfredus* Morinorum egregius Antistes, bellis ciuilibus patria pulsus in Gallias descendit, & hanc Cathedram sibicōmissam prudenter, pieque rexit. Fuit Canonicus Regularis, & Scotiæ ante excessum Prouincialis, seu visitator, vt ex Scotichronico apparet lib. ii. cap. Xii. Interfuit Synodo Treuirensi cum Episcopis *Vvidone* Suessonico *Rudulpho* Laudonense, *Rotberto*, Archiepiscopo. Flodoard. lib. iv. hist. Rhemens. cap. XXXvi. sed mira librorum varietas; nam cum Nicolaus Chesneau verterit Gallicè *Vvinefrede*, codices latini discrepāt, nam in quibusdā *Vvifredus*, in aliis *Vvicfredus*, in nonnullus *Vvincfredus*, at in Chronico Morinense MS. apud Georgium Coluenereū *Vvycfredus* est, errore, ut puto, manifesto, & inde orto, quod eodem tempore *Vvicfridus* Colonię fuerit Archiepiscopus; qui, & ipse tamen diuersè concipitur, nam, & *Hincfridus*, & Huicfridus in Codice Flodoardi legitur lib. iv. cap. XLii. scripsit.

Epistolas quasdam *lib.* i.

Florebat anno DCCCCXLVIII. Canonici ordinis in Scotia visitator ante episcopatum reperitur. Alex. Millus.

VVALDRAVMMVS. M. 1173.

VValdramnus Decanus S. *Galli* Monachus apud Heluetios sē Scotum fatetur his versiculis.

Rex Benedicte veni visens habitacula Galli
Othmari tectis accipienda sacris
Pias placatus nobis, maneasque misertus
Quos stirps Scotorum misit in hanc eremum.

Quis fuerit antequam monachum induerit non comperi. scripsit
Carmina quædam lib. 1. quæ ex Monasterio S. *Galli* cū alio.

aliorum ex eodem Cœnobio illustrium versibus edidit Henric. Canisius tom V. antiquar. lection.
Floruit anno DCXL.

THOMAS VAROYE. AB. 1173.

THomas Varoye, illustri domo S. Theologiæ Doctor, & præpositus Bethaallæ Ioan. Maior. lib. VI. histor. Mag. Britan. cap. IV. Scripsit.

De Otterburnensi prælio. lib. 1.
Odas. lib. 1.
Rythmos, & alia. lib. 1.

Floruit Anno MCCCXC. sub *Ioanne Stuarto* Rege, qui *Robertus* III. dictus clarissimâ verò hanc de Anglis victoriam, incredibilemque Anglorum cladem Annales nostri, & Anglicani descripsere: omnium cultissimè. Hect. Boeth. lib. XVI. hist. Scot. pag. CCCXXXIII.

VEREMVNDVS. P. 1174.

VEremundus Presbyter Sanct. Andreæ Archidiaconus clarissimæ memoriæ suo tempore omnium studiosissimus habebatur, Rhetor, Theologus, historicus, linguarum (quod ea tempestate rarissimum) græcæ latinæque eruditus. Scripsit.

Scotorum Antiquitates. lib. 1. Sic enim historiam suam nominat, exemplo Dionysii Halicarnasæi in qua res à Scotis gestas, ab ingressu in Albaniam, seu Britaniam, siue a *Pharaonis* seculo, cuius filia *Scotæ* genti nomen dedit, vsque ad *Malcolmi* III. Regis imperium luculenta narratione exequitur, quem vnicè sibi imitandum Hect. Boet. proponit.

Vixit anno MXC.

S.VVIN-

S. VVINFREDVS E. 1175.

S. *Vvinfredus* alius a prædicto, & ipse Scotus, sextus Episcopus Conuentrensis, & Lichfeildensis, Ceddę, de quo lib. 1. supra, successor. Beda lib. iv. histor. Ecclesiast. gent. Anglor. cap. iij. *Theodorus ordinauit Vvinfridum virum bonum, & modestum, qui sicut prædecessores eius prouinciis Merciorum, & Mediterraneorum Anglorum, & Lindisfarorum Episcopatus officio praeesset. Erat autem Vvinfridus de Clero eius cui ipse successerat, Antistitis, & Diaconatus officio sub ipso non pauco tēpore fungebatur.* Meminit Mattheus Vvestmonast. ad annum DCLVIII. Hunc & si multum a pietate, & probitate laudatum, & suis charum, Theodorus tamen Archiepiscopus sede sua expulit, qui *Eadbarnam* monasteriū a *Cedda* conditum se contulit, ibique Sanctissimam vitam finiuit. Istud Cœnobiū Bedæ Codex *Aetbernam* vocat, *Bearnense* vero B. Marcellino vita S. Suitberti cap. iii. apud Surium tom. ii. die I. Martii. Fuit autem hoc monasterium in Lindisfa insula Scotorum, a Scotis fundatum a Scotis administratum, ac veluti publicum Emporium literarum, communeque gymnasium Scotis, Anglis, & Hibernis. Vide supra hoc opere lib. viii. in *Higbaldo* Abbate Bearnensi. Scripsit.

Sanctorum quorundam vitas. lib. 1.

Exhortationes ad Clerum suum. lib. 1.

peruenit ad annum DCCXVI. nā de anno subscribit fundatione monasterii Croilandensi. Ingulphi historia. pag. ccccxxcv.

NIMIANVS VVINZET. AB. 1176.

N*imianus Vvinzetus*, aut *Vvinchetus* Glascuensis, Monasterii Scotorum Ratisbonæ Abbas, ac prius Lutetiæ philosophiæ professor magna ingenii laude, nec minus pius, quā doctor hæresim Caluinianam populares Scoti reciperent pro virili restitit. Laudat impensius Ioan. Lesleus lib. VI. histor.

Scot. pag. DLXXXI. Scripsit vero

Contra Buchanani Dialogum de regno. lib. I. laudat in præfatione contra Monarcomachos Gul. Barclaius.

In D. Paulum Commentaria. lib. I. *Epigrammata. lib. I.*

Poemata. lib. I. *De rebus controversis capita* LXXXIII. publicauit. Ait idem Leslæus. Prodierunt. Francofurti.

Parisiis docebat Anno MDLXIX. quãdo obierit, aut quando Abbas sederit, & an in Germania excesserit, an in patria procõperto non habeo.

VVILHELMVS AB. 1177.

V Vilhelmus Abbas III. Melrosensis, *postquam aliquot annos prudenter, ac sanctè munus adimpleuisset suum, curam pastoralem humiliter dimisit,* Inquit Scotichronicon lib. VIII. cap. XIV. & ipsodie precibus ipsius Abbas creatus est, *Iocelinus*. Scripsit.

In Cantica Salomonis. lib. I. *De officio Monachi.* lib. I.

Ad Ioannem Cardinalem Scotiæ, & Hiberniæ Legatum. lib. I. Scotichronic. lib. VIII. cap. LX.

Curam regendi monasterii dimisit anno MCLXX. decimo. Kalend. Maii. Eius exemplo *alter Vuilhelmus eiusdem domus Abbas, curam pastoralem reliquit.* inquit, Scoticronicon. libro X. cap. XXXIII. Sub annum MCCLXXIII.

VVILHELMVS E. 1178.

V Vilhelmus Morauia Episcopus vir singularis vitæ, maximẽ integritatis, nec minoris eruditionis, non tantum Theologicis studiis clarissimus, sed etiam philosophicis cum *Nicolao* Regis *Malcolmi* Camerario curiam Romanam ex parte Regis visitauit, & Papã *Alexandrũ Anagniæ* cõmorantẽ conuenit, vbi mãdatis peractis, & honorifice suscepti *Nicolaus* substitit, & *alterius* apud Papam personam sustinuit. VVilhelmus Scotiæ, & Hiberniæ legatus in patriam remissus magna cũm laude in difficili

sic illi officio se gessit. Scripsit.

Epistlas ad Papam Alexandrum. lib. 1.

Ad Ecclesias Scoticas, & Hibernicas. lib. 1.

Decreta Ecclesiastica. lib. 1.

Missus est Romam Anno MCLIX. sequenti anno legatus Apostolicus renuntiatus. Obijt Anno MClxi. Scotich. lib. vIII. cap. vi. successit ei in legationis munere Arnoldus S. Andreæ episcopus ab Alexandro III. Confirmatus eodem lib. cap. vII.

VVILHELMVS. E. 3179

Vvihelmus Episcopus Brechinensis Ecclesiæ Decanus *vir per omnia laudabilis, sed rauce vocis.* Scotichronicon lib. x. cap. xxII. Hic *Albino* Episcopo mortuo a Clero Episcopus electus, qui gratiam legati *Ottoboni* si quæ in eo superfuerat in Angliam adijt de Consecratione petiturus, vbi nihil proficiens, sed quasi cum indignatione reiectus Curiam Romanã adiuit, & de cõsecratione faciliter se expediuit. Scripsit.

Contra Ottobonum ad Papam. lib. 1.

De Scotica Ecclesiæ dignitate. lib. 1. opus aureum, & plurimum Scotichronico laudatum.

Electus est ãno MCCLXVI. nescio an ille idem sit *Vvilhelmus* electus Brechinensis, qui postquam diu in Curia Romana steterat ibidem mortuus est sub Annum MCCLXXIV. eodem libro cap. xxxIV

VVILHELMVS. E. C. 3180.

Vvihelmus Murrauiæ Episcopus, Regni Cancellarius, ac Apostolicæ sedis legatus per Scotiam, & Hiberniam Cardinalis etiã renuntiatus ab *Eugenio* III. impetrante *Malcolmo* IV. Rege, vt ex Scotichronico colligo lib. vI. cap. XXXV vbi ille *Arnoldum* Calcoensem Abbatem in Episcopum S. Andreæ consecrat. Scripta ab eo plurima perierunt, sed apices extant.

De natura animæ. lib.1.
De institutione Sanctimonialium. lib.1.
De lectione Euangelica. lib.1.
De Prelatorum moribus. lib.1. quorum nonnulla adscribunt *S. Ealredo* Rieuallensi Abbati Scoto.

Floruit Anno M.CXL.

B. VVILHELMVS. 3181.

B. *VVilhelmus* episcopus Glascuensis insigni liberalitate eiusdem Ciuitatis primarium, ac metropolitanum templum erexit, sumptuosa fabrica, qua vix vlla in Europa magnificentior, curiose exornatã. Scripsit.

De translatione Reliquiarum D. Margaretæ Reginæ & Malcolmi eius mariti. lib.1. Ingens Dunfermelini miraculum in ea accidit, nã cum eã transferretur, *capsa tumulo Regis se applicuit*, nec inde nisi eo leuato, auelli potuit, tum Regni ordines, & maxime præsules, eius etiam Regis ossa leuanda censuerunt, durauitque eius veneratio, quandiu religio in eo regno Catholica viguit.

Florebat Anno MCCLIX. Hector Boethius lib. xiii. histor. Scot. pag. CCLXXXVI.

VVILHELMVS AB. 3182.

VVilhelmus Ouini filius adolescens S. Augustini habitum induit Edimburgi, & post multos annos Abbas factus est, successitque *VVillhelmo* Abbati, cui cognomẽtum *Elemosinarius*, & a *Iacobo* S. Victoris Canonico Regulari, ac Scotiæ Regio pastorali cura absolutus erat. Porro nec *VVillhelmus* noster diu in Cœnobij regimine perstitit, sed senilem ætatem allegãs onus virgę pastoralis in manum ordinarij sui resignauit, & statim post resignationem insulam de *Keth.* intrauit desiderans supra modum vitam eremiticam ducere, cum autem ibi spatium nouem hebdomadarum compleuisset, & corporis suis

tenui-

tenuitatem comparasset ad domum S. Crucis non puduit remeare, inquit Schotichronicon. lib. x. cap. xlvi. & cum peteretur cur eremum reliquisset, respondit his versibus.

Quid faciam? cum nudus eam, iam praeterit aestas.
Ad patrios remeare lares me cogit egestas.

Fuit vir eruditissimus, & multa posteris reliquit ingenii monimenta, maxime vero Theologica mathematicis temperabat, nec iuuenilium studiorum obliuiscebatur: Tituli sunt.

Carmina varia.	*lib.* 1.
De Horoscopis digerendis.	*lib.* 1.
De Diuinatrice facultate.	*lib.* 1.
De Mala haeresis, & Schismatis.	*lib.* 1.

Curam deposuit Monasterij anno MCCXXVII.

VVALDENVS. M. 3183.

VValdenus postquam apud suos ingentes profectus in bonis literis fecisset ne quippiam studijs aut animo suo deesset literarum emporium Parisios petijt vbi insigni fama philosophiam professus est in Barbarano ac deinde Doctor Sorbonicus studiorum decurso curriculo habitus saecularis vitae pertaesus Monachum induit, & D. Benedicti habitum assumpsit in Monasterio celebratissimo *S. Germani* ad muros vrbis vbi olim templum *Isidis* erat vnde nomen erat Ciuitati inditum monachus factus religiosae vitae totum se mancipauit, & in paucis eloquentissimus concionator euasit, vti Iacobus Breulius eiusdem Coenobij professus scribit, faceturq. multa se ex scriptis ipsius hausisse, quae apud ipsum magna ex parte seruabantur, ea erant.

Compendium Theologicum.	*lib.* 1.
Sermones per Annum.	*lib.* 1.
In Minores Prophetas.	*lib.* XII.
De Coenobii sui Antiquitate.	*lib.* 1.
Dubia ex Aristotele.	*lib.* 1.

Florebat anno MCCCXCIV.

IOAN.

IOANNES VVADLOKVS. M. 3184.

IOannes VVadlokus Deidonensis D. Francisci habitum in patria sua induit, ac superiore mandante ad quædam ordinis sui negotia expedienda Romam profectus, ac feliciter re confecta, vt domum rediit *Prouincialis* per Scotiam creatus non minus pie, quam prudenter segessit, nam conuentus, & sedulo visitauit, lapsos mores restituit, & plus opere, quam verbo docuit episcopatu a Pontifice oblatum recusauit, *nullius rei cupidus nisi diuini honoris*, ait Magnus Macolo in Continuatione Scotichronici in literarum elegantiorum progressu nulli sua tempestate cedebat, vt ex operibus illius colligi potest. Scripsit.

In Meteora. *lib.* 1.
De Planetarum cursu, coniunctione, Domibus, & veris iudiciis Natiuitatum. *lib.* 1.
De terræ mensura. *lib.* 1. *De loco Paradisi.* *lib.* 1.
De maris proprietatibus. *lib.* 1.

Floruit Anno MDXLI.

IOANNES VVARIVS M. 3185.

IOannes Vvarius Carmelitani ordinis Socius Dunkeldi professus magna virtutis opinione Poeta, Orator, Philosophus, & Theologus, tandem ingrauescente senio ordinis sui prouincialis. Scripsit.

De Metallorumq; generatione. *lib.* 1.
Quæstionum Scholasticarum resolutorium. *lib.* 1.
Orationes de sanctis. *lib.* 1.

Claruit Anno Mcccexc. Henrici Sinclari epistolę.

RICHARDVS VVIGTON. M. 3186.

RIchardus VVigton, siue VVighton etiam Carmelitanæ Regulæ addictus Tolosę diu professus bonas literas. Scripsit.

De

De Cosmographia. lib. 1.
Res Scotiæ memorabiles. lib. 1.
Lecturas suas. lib. 1. alia opera habentur MSS. in Foxiensi Bibliotheca.

Floruit anno Mcccclxv.

DAVID VVATERSON. M. 3187.

DAvid VVaterson Carmelita. Scripsit.
De viris claris ordinis sui. lib. 1.
Sermonum Repositorium. lib. 1. vtrumque opus Kreimonde ab Hæreticis fuit consumptum.

Clarus erat anno MDXXIV.

IO. VVOVREM. M. P. 3188.

IOannes VVourem, seu VVyrem Andreopoli Canonicus Regularis scripsit.
Catechismum fidei. lib. 1.

Floruit anno MDXLVI. dum res per interregē administrarentur.

THOMAS VVINTERHOP. 3189.

THomas VVinterhop Glascuēsis celebri nomine diu Parisijs substitit. Scripsit.
Moralis philosophiæ Compendium. lib. 1.
Apologiam pro Epicuro. lib. 1. quo opere nihil elaboratius.

Claruit anno MDLII.

HENRICVS VARDLAV. 3190.

HEnricus Vardlau S. Andreæ in Scotia Episcopus *vir sanctimonia vitæ apud omnes probatissimus* ait Hect. Boeth. lib. XVII. histor. Scot. pag. CCCXLIX. *Iacobo I.* Regi ab An-

glica

glica captiuitate reuerso, gratissimus. Scripsit.

Reformationem Cleri. lib. 1. Quę etiam num hodie extat, & quam pius fuerit antistes loquitur.

Orationem pro reformatione Conuiuiorum, & luxus. lib. 1. In Regni Comitijs.

Florebat anno Mccccxl 1. Ioann. Leslæus lib. V 11. pag. cclxxv.

V D A R D V S E. 3191.

V*Dardus* Monachus Cupreñsis, postea Episcopus Brechinensis totam Scotiam comitante *Eustathio* Abbirbrothi Abbate, & paucis Clericis pedes insigni deuotionis exemplo, perlustrauit, verbum domini seminaturus. Scripsit.

In Cantica Salomonis. lib. 1. *In omnes D. Pauli Epistolas*. lib. 1. *Homilias ad populum Scoticum*. lib. 1. *Epistolas ad diuersos*. lib. 1.

Floruit Anno MCCX 1 V. Boethius lib. X 1 11. histor. Scot. vel MCXC. Arnold. Viuion. lib. 1 lign. vit. pag. LXX1 V.

VVILELVVS AB. PRIOR M. 3192.

V*Vilelmus vir nobilis secundum saeculum, Prior in Kirkeham Eboraci Regularium Fratrum postea Monachus & Monachorum pater in Maibros in Monasterio ordinis nostri*. Ait S. Bernardus lib. de vita S. Malachiæ. Scripsit.

Expositionem in Genesim lib. 1. *De Silentio Claustrali*. lib. 1.

Viuebat Anno M. CLX.

GEORGIVS VVISCHERTVS H. 3193.

G*Eorgius Vvischertus* eminentem generis sui nobilitatem pudenda hæreseos labe coinquinauit, impius sectarius, ac flagitiosus nouator, sed dum virus in Germaniis, Gallijsque haustum in patria non sine auitæ pietatis dispendio euomeret, tuder, coacta ad Diui Andreæ à *Dauide* S. R. E. Cardinale *Betonio* Synodo, improbitatis hæreticæ damnatur, & stipiti illigatus flammis vltricibus obstinationem expiauit. Cuius pe-

nam,

tiam, causam deinde mortis Illustrissimi Cardinalis fuisse falsò memorát Ioannes Boterus p. II. Relation. lib. I. pag. LI.
Scripsit. *De fide sua.* lib. I. Opus damnatum.
Contra Clerum Scoticum. lib. I.
Viuebat Anno M.D.LX.

SIMON VVITVS. 3192.

Simon Vvitus Templarius communem ordinis sui internecionem, ac cladem fugiens in Orientem se proripuit, & fratrum suorū innocentiam scriptis deprædicauit, edito opere de.
Templariorum innocentia. lib. I. Opus suspectum nam ipsum videri posset præpostere ordini suo patrocinatum operis mentio in processu Templariorum.
Ortus hic ordo Hierosolymis cum fratribus Teutonicis, & ordine militum Sepulchri Dominici, qui S. Ioannis, seu Rhodienses aut Melitenses vocantur Iodocus Ludouicus Decius lib. I. vetustat. Polonicar. pag. CCLXXX. & cum grauibus se vitijs inquinasset a Clemente V. Concilio Viennensi damnatus est nonnullis supplicio capitali multatis. Martin. Cromer. lib. XI. histor. Polonic. pag. DLXXXIV.
Viuebat *Vvitus* Anno MCCCX.

IO. VVILLOXIVS. 3193.

Ioanes VVilloxius perfidus Apostata nefandus sectarius, impiissimi Collega *Knoxii*, Synodo Edimburgensi damnatus Perthideo bellum non tantum Principi indixit, ædes sacras incendit religiosos viros mactauit, nihilque non se dignum perpetrauit Ioan. Leslæus lib. X. histor. Scot. pag. DXLVII. scripsit.
Impia quadam. lib. I. sed non vidi.
Viuebat Anno MDLIX.

GVALTERVS VVARDLAV. E. C. 3194.

Gualterus VVardlau Episcopus Glascoensis S. R. E. Cardinalis a Gregorio XI. ut apparet creatus, *qui dignitate summo excel-*

excellentem prudentiæ & virtutis laudem coniunxerat, ait Ioannes Leslæus lib. vii. in Roberto II. Orator missus est in Galliā ab eo Rege, vt cum Carolo Magno, & Achaio Regibus contractum renouaret, & re feliciter confecta rediit in patriam, nec diu superfuit, vir otij literarij amans ac pacatę quietis studiosus. Scripsit.

De fallacia Astrologorum. lib. I.

De Inani diuinationum vetitarum scientia. lib. I. quod opus Gaspar Peucerus, & Antonius Delrio plenius sunt persecuti, sed ille, vt puto, proscriptus.

Floruit Anno MCCCLXX. Vita Cardinalium nuper edite Tolosæ incerto autore, Anticardinalē vocat longe aliter Scotichronicon lib. x. cap. vi. qui eum *Cardinalem, & Legatum à latere vocat, tam ad Regnum Scotiæ, quam Hiberniæ cum plena pene ItaRe spiritualiter, deputatum.*

IO. VVELSHE. H. 3195.

IOannes VVelshe Sathanæ in Scotia minister, sceleratus etiam perduellis. Scripsit.

Contra Gilbertum Brounum Presbyterum. lib. I. fuit is noui Cœnobij Abbas, de quo adi ad libros supra hoc opere.

Scribebat anno MDC.

ANDREAS VVILKIVS. 3196.

ANdreas VVilkius vir doctus pridem scripsit, & Lipsiæ publicauit multa, ego tantum vidi.

Homeri Græci curationem. lib. I.

Claruit Anno MDCVI. Biblioth. Class. pag. MCLXVII.

B. VVALTERVS PRIOR. 3197.

B. VValterus Prior de Calco Benedictinus vir probus, & literatissimus cum *Angelrāmo* siue *Ingetramo* Scotiæ Cancellario

lario, ac Episcopo Glascoense, ac *Salomone* Decano Glascoense Eboracum profectus disputationibus acutissimis dignitatem Ecclesiæ Scoticæ contra impotentiam *Rogeri* Eboracensis Archiepiscopi, mare Cœlo miscẽtis, nec ambitionem suam capientis, egregiè est tutatus. Scripsit.

Pro Ecclesiæ Scoticæ immunitate. lib. 1. *Contra Regerum Eboracensem.*

Appellatio ad Curiam Romanam. lib. 1.

Epistola ad diuersos. lib. 1.

Florebat Anno MCLXIV. Scotichronicon. lib. VIII. cap. XV. pluribus agit.

ROBERTVS VENANTIVS. A. 1198.

Robertus Venantius Archiepiscopus Armacanensis in Hibernia a natiuitate cæcus, incredibili ingenij acumine, & tenaci supra fidem memoria interfuit Concilio Tridentino, vt narrat Ioan. Sleidan. lib. XVIII. histor. CCXCIX. Hunc *Vauchob* vocat Surius Comment. pag. DLXXXV. & Parisijs lauream S. Theologiæ consecutum vult, & a Iulio III. Legatum a Latere creatum *Didymo* Alexandrino, cuius meminit D. Hieronymus comparat. Scripsit.

De legitimo Concilij Tridentini Consessu. lib. 1.

Eiusdem Concilii acta. lib. 1.

De Autoritate Papæ. lib. 1.

Collecta Canonum. lib. 1.

Claruit anno MDLI. Ferrariæ, vt puto, Obijt incertum peste, an morbo naturali, imo Parisijs excessit, Ioan. Leslæ. lib. x. pag. DXIV. die XIII. Nouẽbr. inter Beatos collocat Matthæus Raderus viridario sanctorum, de cæcis sanctis cap. III.

FLORENTIVS VOLVSENVS. 1199.

Florentius Volusenus vir ingenij exercitatissimi, Iacobo Sadoleto Carpentoractensi Episcopo, & S. R. E. Cardinali familiaris, vt ille testatum reliquit lib. XI. Epistolar. ad Ioannem

Lotharingium Cardinalem. *Non putaui molestum tibi futurum, si eum hominem tibi commendassem, quem in primis dignum tua beneuolentia esse arbitror, Florentius Volusenus natione Scotus elegantes moru, & literis latinissimus.* Et paucis interiectis: *Florentius nunc mecum Carpentoracti est, maximoque animo, & incredibili assiduitate optimis literis praesertimque Philosophia dat operam.* Romam inuisit cum Ioanne Bellayo Cardinale. Auenione in morbum incidit, & cum aduersa fortuna durissimè luctatus est. Scripsit.

Philosophiae Aristotelicae Synopsin. *lib.* IV.

De *Consolatione.* *lib.* II. quo opere nihil legi latinius.

Commendat mirificè Georg. Buchananus lib. II. Epigram.

Hic Musis, Volusene, iaces charissime, ripam
Ad Rodani, Terra quam procul a patria?
Hoc meruit virtus tua, tellus, quae fouet altrix
Virtutum, vt cineris conderet illa tuos.

Floruit Anno MDXXXVI. fortunae aduersae, & nouercantis iniuria exercitatissimus. Obijt Viennae in Delphinatu.

THOMAS VVISSHART. 3200.

T*Homas VVisshart* nobilissima familia ortus, Parisiis magna ingenii viuacissimi gloria philosophiam docuit, deinde inter decretorum doctores admissus. Scripsit.

Martyrologium. *lib.* I. cui inseruerat omnes Scotos suos sanctorum Albo adscriptos, quod si ad manum esset, magno me labore leuaret. Prodiit Lutetiae.

Claruit ãno MCCCCXVII. Sepultus ad D. Genouefae Parisiis. Obiit anno aetatis suae LXVIII.

GVLIELMVS VALCART. 3201.

G*Vlielmus Valcart* Aberdonensis Lutetiae, & ipse humaniores literas docuit praeclaro euentu. Scripsit.

In Sphaeram Ioannis a Sacrobosco. *lib.* I.

Pro-

Profitebatur Anno MDLXXVII.

GVLIELMVS VALVOD. IC. 3202.

G*Vlielmus Valuodus*. IC. clarissimo nomine, & fama celebri. Scripsit.

Collationem legum Mosaycarum, & Iustinianarũ. lib. 1 opus eruditione *varia* refertum. Prodiit Lugduni Batauorum.

Leges Thalassiarchiae siue Admiralitatis. lib. 1. vernaculè vulgauit Londini.

In tit. de acquirendo rerum dominio. Commentarium accuratissimum. lib. 1.

Florebat Anno MDCII.

GEORGIVS VAVCHOPIVS. 3203.

G*Eorgius Vauchopius* vulgo Vachob in Galliis bonas artes magna ingenij sui, & patriæ laude professus. Scripsit

De veteri populo Romano Tractatum ad Georgium Duglasium. Prodiit Cadomi, & Parisiis.

Obseruationes ex Historiis omnium gentium. lib. 1.

Profitebat in Neustria Anno MDXCV. quando obiit exploratũ non habeo.

DAVID VVEDDERBVRN. 3204.

D*Auid VVedderburnus* Aberdonensis, pueritiæ meæ Collega scholæ Aberdonensis moderator, vtriusque linguæ doctissimus. Scripsit multa, sed ego vidi tantum.

[illegible] *in accessu Regis ad Scotiam, & alia poemata. lib.* 1.

Viuit adhuc in Scotia, & laborioso bonarum artium experimento iuuentutem patriam erudit, plura felicissimi ingenij monimenta relicturus, & posteris profuturus.

MICHAEL VVALLASIVS. 3205.

MIchael Vallaſius vir fuit eruditus græcè, & latinè. Scripſit. *De Pulueraria Coniuratione. lib.1.* Carmine. Rem portentoſi exempli eleganti vena cohoneſtans. Viuit adhuc, neſcio, vbi locorum.

DAVID VDVARD. 3206

ALEXANDER VVEDDERBVRN. 3207.

GVLIELMVS VALLAS. 3208.

ROBERTVS VVILKY. 3209.

VIri ſunt literatura inſignes, & plurima ingenii ſui monimenta ad poſteros tranſmiſerunt, ſed nihil ad me deuenit, niſi *Epigrammata, & Poëmata, in Regis ad Scotos ſuos reditum. lib.1.* Edimburgi.

THOMAS DEMPSTERVS. 3210

THomas Dempſterus huius operis autor, natus eſt rure paterno *Cliftbog*, Auo *Ioanne* ſuperſtite, partu tergemino vigeſimus quartus è liberis viginti nouem quos ex vna vxore pater ſuſtulit anno MDlxxix. feſto peruigilio D. *Bartholomæi*, quo die veluti *fatali* patriam deſeruit, lauream in iure Doctoratus eſt aſſecutus, Academiæ Nemauſenſi adſcriptus, difficilis Toloſæ litis exitum optatum ſortitus, demum Sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis Academicis adnumeratus Piſanis.

Patrem habuit *Thomam* Baronem *de Muresk, Achterles, & Killeſmont, Bauſiæ ac Buqhaniæ, Proregem.* Matrem *Ianam Lesleam* Baronis *Belchuniæ Irenarchæ Auerdonenſis*, ſororem Auiam paternam *Eleonoram* vltimi ex *Stuartis Buqhaniæ* Comitis filiam, maternam *Catharinam Forbaſſi* Vicecomitis ſo-

rorem

rorem, & *Arthuri*, qui cũ *Gordoniis* res infeliciter magnas gessit, nomenque suum omnibus *Escam* gentibus formidabile reddidit.

Statim in ipso pueritiæ limine aduersa familiæ suæ nobilioris, quã opulentæ sentire cæpit, nam letales cum *Curreriis*, *Grantisque* inimititiæ, ita opes exhauserunt, vt iam mortuo Auo conclamatum videretur, magnæ hominum, vtrinque cædes, eum Rusab legarunt, vbi triennis omnia elementa vnius horæ spatio exacte didicit, tum Turrauiæ sub ferula plagosi *Andreę Ogilvii* tyrocinium primum exercuit mox ad celebrius auditorium translatus Aberdoniæ *Thomam Carugilium* audiuit præcipuum cõtractu Grammaticum.

Inter hęc *Iacobus* frater natu maximus patris Concubinam *Isabellam Gordoniam* ab *Achauachi* magicis, vt putabatur artibus illectus vxorem consilio amicorum vetante duxerat, & ob id a patre exhęredatus, ingenti affinium *Gordoniorum* multitudine collecta patrem ad res prouinciæ ordinandas diluculo equitantem inopinato aggreditur, fit prælium, quo paterni famulitii multi cadunt, in his auunculus ipsius parricidæ *Gilbertus Leslaus*, & *Ioannes Sinclarus* vulnerati *Robertus* frater, *Robertus Ogylbius* pater ipse crus septem glandibus plumbeis traiectus, & acinace caput scissus, nec incruenta fratri Victoria, nam promptissimis vulneratis, ceciderunt *Ioannes*, & *Patritius* Gordonii. Hoc tam, inaudito parricidio pater irritatus, vt omnem successionis futuræ spẽ filio parricidæ præscinderet, agros *Muresk Errolia Comiti* vẽdidit, qui, quod satis dare, aut idoneo cauere pater non posset, & Baronatum, & pretium in hunc vsq. diem impune detinet, & *Thomæ* quidem pater inanem titulum reliquit, *Mureskiam* iure recuperandam, quę iniuria detinetur, sed Regis absentia, Comitis illo tractu potentia aduocatorum perfidia parum hactenus spei fecerunt. Forte expectas, lector, vt parricidii vltionem audias, *Iacobus* parricida Rege letaliter excandescente in insulas fugit cum magna sicariorum suorum manu, ibique omnia per vim, & libidinem gessit, ad vltimum *Orcadum* episcopum succensis ædibus exussit, indeque denuo

profugus in Scotiam rediit, vbi *Isabella Gordonia* ex qua liberos vi i ... suscitaverat repudiata, aliam ei superinduxit, & in Belgium antea iam sceleris abominandi asylum excogitatum se recepit, vbi Deo vindice ducente Vltraiecti, vt audio, cui mox ductor, violato præter iura belli Colonello, Equis quatuor è ff distractus pœnas iustas licet dilatas, & seras Deo, Naturæ, patri, iusticiæ, toti orbi sustinēs: *Isabella* aūt cōiux impura illa Medea cum liberis diu inope vita tolerata diro noui morbi cruciatu dicitur extincta, nec extat nefa ida prosapia quicquam præter execrandam memoriam superest.

Secundum has parricidiales turbas *Thomas* decimo ætatis anno quasi inopię, & fortunæ ludribio reseruatus, hortante *Ioanne* patruo caulbrano Edimburgi celebri patrono solum vertit, & Anglia lustrata in Cantabrigiam venit, vbi in aula Pembrocen si sub moderamine *D. VVhalii* aliquandiu studuit, inde digressus in Galliam cursum direxit, & Bononiam appulit, erat iam hyems asperrima, & Calecum non multo ante tempore ab Hispano expugnabatur, quare nec grata in vrbibus mora, nec secu rum iter viis niue obdu¬is, & armatis per agros volitantibus, ac calles omnes obsidentibus quibus nihil territus in viam se dedit, & a Gallis quibusdam militibus pecuniis spoliatus, vestibus exutus, semiuiuus vix Monstrolium cum pedagogo tenuit, vbi recreatus ab humanissimo *VValtero Brusio* in legione Lanouensi turmæ ductore, Parisios secutus, quæ flores militares adpulit, cum in itinere pędadogus obiisset.

Hic magnis beneficiis *Ioannis Braserii* cognati, *Iacobi Lethi*, & *Georgii Galloway* popularium deuinctus de studiis cogitare cœpit, cum lues horenda orta, scolas aud itoribus, vrbem ipsam ciuibus spoliauit, ac *Thomam* corripiens ad *Cymbam pęnè vsque Charontis* deduxit. Sed peste extuberante seruatus in Belgium cursus destinauit, tutum, vt rebatur, tot laborum in illa ætate portum, Gallus, Hispanusque vrbes, & propugnacula, agrosq; ipsos tenebant, villę exustæ, agri cultore viduati, iam squallidi tamen *Robertus Moro* Comite eas angustias facile superauit, Louanii Scotorum erat Collegium, & *Iustus Lipsius* profitebatur

tum. Sed rursus iter suscipiendum erat, nam qui Collegio praeerat *Gulielmus Chrichtonius* Iesuita iubebatur quosdam iuuenes Romam mittere, & missi *Patricius Andersonus* iam Iesuita *Robertus Hilus*, qui professor Philosophiæ Monspelij obijt, *Thomas Leo* à Cuniscæcus, & *Thomas*, quo longissimo per Germaniam superiorem itinere quid passi sint ærumnarum cogitationem humanam vix admittit, nam vrbes tùm pœnè omnes peste desertæ, viæ ac Syluæ inuiæ, ipso aspectu horridæ, latronibus grassantibus obsessæ.

Nec mitior per Italiam cursus, nam Ferrariam *Clemens* VIII. petebat, & insignis exercitus ab *Aldobrandino* Cardinale ducebatur, quo, & annona charissima, & inhospitales pagi, & viæ difficiles reddebantur, sed tamen opportunè Romam tenuit, & per Scotiæ protectorem Cardinalem *Caietanum* Pontifici insinuatus in seminarium Romanum cum lectissima Italiæ nobilitate in quibus *Ioannes Baptista Detus, Aloysius Capponius* S.R.E. Cardinales adscitus, ac honorifica pensione cohonestatus, sub P. *Stephonio* poeticæ operam Nauare cæpit, sed morbo letali ingruente, Medici noxiam Romæ auram, & letalem causati effecerunt, vt commeatus in Belgium rursus cōcederetur quo *Andrea Crichtonio* comite per Heluetios laboriosissimo demū itinere contendit, & Tornaci Neruorum in *Iacobum Cheynæū* incidit a quo Duacum Catuacorum missus bona fide poeticæ sub *Ludouico Pripræo* Bethuneñ. Philosophiæ sub *Paulo le Cocque*, & *Nicolao Bleuuartio* Athenfibus operam dedit, pensione honorata Regis Hispaniorum, & *Alberti* Archiducis adiutus.

Et in poetices laurea præmium primum, in philosophico agone stationem secundam, prælato *Carolo Bauuio* Athensi obtinuit id procurante, vt credebatur, *Ioanne Trysaldo* gymnasij Regij moderatore, statim accepta laurea humaniores literas Tornaci cæpit profiteri, sed cum tenuis fortunæ ibi spes fulgeret, Lutetiam cogitauit, quo cum adpulisset ante XVII. ætatis annum in Nauarræo *Dauidi Sinclaro* in docendi munere successit laureaque iuris Canonici honestatus.

Inde Tolosam euocatus, cum serius itineri se accinxisset in Pictonibus

nibus aliquandiu ad D. Maxentii Fanum substitit, cum Tolosę humaniores iterum literas professus laborantis Academiæ orator creatus, graue periculum, & optimatium indignationem aucurrit. Exinde Monspelii Philosophiam professurus inuitus rogantibus *Adamo Abrenethæo*, & *Andrea Carrerio* in frustis auibus Nemausum abijt, vbi publicam eloquentiæ professionē disceptationi publicæ subiectam, victis competitoribus, & in his *Iacobo Grassero* Basiliensi cum sedissent iudices viginti quatuor solo vnico *Baruerio* municipe ducutione contradicente, obtinuit.

Sed acerba illa illetabilisque victoria fuit, nam, & vita per vim impetita, *Grassero* cum sui similibus irruente, & cum armata vis minus ex animo procederet cōsulto concillabulo, a munere suspendere sunt ausi, instigante *Prisæo*, tum accusatio instructa, opera *Cheiloni Challassii*, & *Keysaci*, sed armatus *Grasserus* cū suis repulsus, & custodiæ mancipatus fraude *Baruerij*, & aliorū dimissus, iterum Mōspelli, tertium Lutetiæ in carcerem ab amicis *Thomæ* coniectus tam pusillaminè factum ignominia expiauit. Consules municipali decreto in sportulas cōdemnati, postulante *Anneo Rulmanno* cuius actio prodiit Lutetiæ typis *Hubi*. Accusat o post biennii vexationem SC. Tolosani Senatus Camera Castresii referente Di *Boierio* dirempta *Thomam* Senatus absoluit libellū famosum in eum editum manu Carnificis Nemausi comburendum decreuit, sportulas litis, per *Alardum* Vticensem, qui nomen accusationi commodauerat soluendas vna cum graui mulcta, & testium quorundā proscriptione, constituit patrocinatus est *Ioannes Saluatur*.

Sic honori pristino suo, & gentis, quæ periclitabatur restitutus Hispania lustrata curā suscepit *Arthuri L'Espinay* Abbatis, tū Rhedonensis, nunc Episcopi Massiliensis, qui filius *Sanlucii* illius Magni, Castrorum Gallicorum ac tormentorum præfecti in obsidione Ambianensi extincti, & frater *Timoleontis Sanlucii* Bronopolis proregis. Sed orta *Brissaci* graui cum *Vandorano* Marescalli cognato rixa, illi honoratissimę conditioni desiderio patriæ renunciauit, quo profectus hæreditatis causam in su-

premo

premio Scotię Senatu instituit, & res ex voto succedebat, cum Ministrorum inuidia exactus, agente cum Rege *Gulielmo Couipar.* Causā vide hoc opere supra lib. 11. itaque amicis ad inopiam redactis, aut religionis studio opem negantibus in Gallias rediuit, vbi Lutetiæ rursus studium professionis ingressus, & celebri auditorio, & vbere, opulentoque prouentu vii. annis docuit, honores adeptus Academicos in Lexouæo, Grassinæo, & Pelessæo professus.

Inde à Rege Magnæ Britanniæ studiorum amante euocatus, Historici titulum assecutus regii, a *Ioanne Robillardo* Normanno Cadomensi periculum vitæ adiit, qui frequenti stationario milite comitante sub noctem irrumpens, armis cum suis exutus, ac in custodiam datus iter conceptum *Thomæ* accelerauit. Et Londini vxorem duxit *Susannam Valeriam* ex qua in Italia filio 'ā sustulit, cui in Sacro fonte fideiusserunt Illustriss. *Maffęus* S. R. E. Cardinalis *Barberinus* nunc Pontifex Maximus, & *Maria Magdalena* Sereniss. Austriæ Archidux, & Magna Dux Hetruriæ; sed illa diem lustricum statim præueniens *Francisca* nomine imposito, parentibus orbis desiderium relinquens, Cœlum occupauit.

Iam Ministri Anglicani, & maximè *Monte Acuto* Episcopo Bathoniensi vrgente cum Rege agebant, ne Catholicum, notum, ac professū, fidei defensor, apud se tenere, fouere, aut honorib. afficere vellet, quare impetrato commeatu in Italiam perrexit, & Romę ab exploratoribus delatus, quasi literas occultas attulisset, in honorificam vnius noctis, ad Turrim nonam, custodiam; datus, hic etiam superauit inuidiam, & a S. D. N. literas ad Sereniss. *Cosmum* Magnum Hetruriæ Ducem commēdatitias impetrauit, scribētibus etiam *Saulio, Caetano, Mellino, Bonsio, ac Philonardo* S. R. E. Cardinalibus, oratore etiam Hetrusco DN. *Petro Guicciardino* rem promouente, Florentiam concessit, vbi ad publicam ordinariamque in Pisana Academia Pandectarum professionem ādmissus dato Commeatu, & literis ab Serenis. Magnis Hetruriæ Ducibus, ad Magnę Britannię Regē die V. Iunii in Angliam profectus vxorem in Italiam abduxit,

& alio eodem in sequenti anno itinere directo literis etiam ac comeatu, res vtcunque potuit in Britannia stabiliuit priuatas. Et nunc magnis fortunæ nouercantis iniuriis colluctatus Pisis ordinarii professoris partes implet. Vtinam hactenus.

Verbosius hæc tecum, Mi Lector, quam oportuit, sed amicorum id fuit iudicium scripta mea si tamen tanti putabis esse hæc sunt, quantum continui morbi, & plerumque letales, locorumq. subinde crebra mutatio, aut labilis memoria patiuntur.

Epistolæ ad summos Pontifices Clementem VIII. Paulum V. lib. 1

Epistolæ ad principes Magnæ Britanniæ, Regem Iacobũ, Magnum Hetruriæ Ducem Cosmum, Vrbini Ducem Franciscum Mariam, Principem Massæ. lib. 1.

Epistolæ ad Illustriss. S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales Antonium Mariam Gallum, Fridericum Borromæum, Robertum Bellarminum, Petrum Aldrobandinum, Alexandrum Estensem, Bandinum, Baptistam Datum, Scipionem Burghesium, Ioannem Garsiam Mellinum, Bonifacium Caietanum, Ioannem Bonsium, Aloysium Caponium, Philippum Philonardium, Scipionem Cabellutiũ, Mauritium a Sabaudia, Carolum Medicẽũ, Iulium Sabellum, a quibus responsorias habet. lib. 1

Epistolæ ad Maphæũ Barberinũ Scot. Prosl. & Mecenatẽ suũ. lib. 1.

Tragicomœdia Maximilianus. lib. 1.

Tragœdia Maximilianus. lib. 1. Duaci acta scripta a puero.

Tragedia Stilico. lib. 1. Sammaxentij.

Tragedia decemuiratus abrogatus. lib. 1. Lutetiæ.

Epithalamium Marchionis *Brandeburgici. lib.* 1. Francofurti.

Epithalamium Vicecomitis Hadintonii. lib. 1. Londini.

Panegiricus Clementi *VIII. Pontifici. lib.* 1. Romæ.

Panegyricus Paulo *V. Pontifici lib.* 1. Romæ.

Panegyricus Iacobo Vassorio Parisiensi Rectori. lib. 1. Lutetiæ

Expostulatio cum Musis & Senatu Aremorico dum Custodiam *sui innocentia vltro subiuit. lib.* 1. Nemausi.

Panegyricus Iacobo Magnæ *Britanniæ Regi. lib.* 1. Londini.

Diuinatio ad Regem. lib. 1. Londini.

Strena Kalend. Ianu. Iacobo Haio Vicecomiti Duncastrensi. lib. 1. Londini.

En-

Eucharisticon Alberto Archiduci. lib. 1. Duaci, & Louanii
Actio Scholastica de S. Catharina. lib. 1. Lutetiæ.
Poemata de S. Thoma Aquinate. lib. 1. Tolosæ
Acrostica de Europæ Principibus. lib. 1. Duaci.
In Elizabetham Angliæ Reginam. lib. 1. Duaci quo opere Angli vehementer offensi turbas concitarunt, sed autoritate Ecclesiastica compressi.
Lessus Henrici IV. Galliarum Regis. lib. 1. prodiit Lutetiæ cum aliis eiusdem argumenti, pag. XCIX.
Lachrymæ ad Timoleontem d'Espinay Sanlucium in funere vxoris. lib. 1. Parisiis, & Lugduni.
Iudicium de omnibus omnium gentium, & temporum historicis. lib. 1. Parisiis
Cosmographia dictata frequentissimo Auditorio. lib. 1. Parisiis.
Nuptiæ Spheræ lib. 1. Francofurti.
Politicæ parœnesis nuncupata Alexandro Razivillo Principi Polono, auditori suo. lib. 1. Parisiis.
Epinicion seu Victrix Academia. lib. 1. Lutetiæ.
Musæ lib. 1. Lutetiæ tertio edita.
Genethliacō Delphini Franciæ nunc Regis Ludouici XIII. lib. 1. Flexiæ.
De inundatione Anglicana. lib. 1. Flexiæ.
Troia Hetrusca, seu Gamelia Ludicra in sponsalibus Principis Vrbini. lib. 1. Florentiæ.
Votum Scipioni Burghesio S. R. E. Cardinali. lib. 1. Romæ.
Bandum Mediceum. lib. 1. Florentiæ.
Licitatio Professorum. lib. 1. Pisis.
Epigrammata, Elegiæ, Odæ, Epistolæ Epicæ, Carmina variis locis, variisque causis scripta, & edita, quæ simul publicare, vbi per otium licebit, decreuit si tamen posteritatis fama non erunt indigni.
In Statium Notæ MSS. lib. 1.
In Claudianum Notæ. lib. 1. Flexiæ.
In Claudianum Commentarius. lib. 1. Lugduni, & alibi,

In Ælianum Commentarius. *lib.* I.

In Corippum Africanum Commentarius. *lib.* IV. Lutetiæ.

Mythologia ex Autoribus græcis Latinisque nõ vulgaribus, & plerumque Manuscriptis, lapidum inscriptionibus, & numismatis. *lib.* I.

Antiquitatum Romanarum corpus absolutissimus. *lib.* X.

Apparatus ad Historiam Scoticam. *lib.* I.

De Scriptoribus Scotis. *lib.* XIX.

Episcoporum in Scotia successio. *lib.* XIII.

Abbatum in Scotia successio. *lib.* I.

Scoti bello clari. *lib.* I.

De triplici iuramento, siue retractatio loci ex *libro.* X.

Antiquit. Romanar. cap. III. *pag.* DCCLXXXVIII. *lib.* I.

Epistolæ ad viros eruditos tota passim Europa, Scotos, Gallos, Anglos, Italos, Belgas, Germanos, Hispanos, Polonos, & Hungaros: qui peramanter, & docte rescripserunt omnes, aut inuitarunt. *lib.* I.

In Benedicti Accolti Aretini Historiam de bello sacro Commentarius *lib.* IV. Rogatu perillustrium *Accoltorum*, & clarissimorum *Leonardi* Magno Duci a secretis, & *Petri* professoris ordinarii iuris apud Pisanos, cui omnia debeo, iam sub incude est, & dignus est autor in quo ornando impendatur opera.

Hetruria Regalis. *lib.* VII. quod opus ex tribus autorũ millibus collectum suscepi, hortatu Camilli *Guidii* Equitis Volaterrani, Magno Duci a secretis, & edicto Principis cẽsores legerunt, probaruntque Archiepiscopi *Franciscus Bocimus* Pisanus, *Alexander Martius* Medices Florentinus, Archidiaconus Florentinus, *Cosmus Minerbetius*, *Raphael Medices* Eques, Marchioque *Bottius*, & *Curtius Picchena* primarius a secretis. Sed quia nondum adhuc prodiit, non grauaberis, lector, sigillatim summaria percurrisse.

LIBER

LIBER. I.

De Incolis, Religione, &c.

Cap. I. HEtrusci. Thusci. Tyrrheni. Lydi. Pelasgi. Aborigines. Archades. Incolæ recentiores. Potentia, & opes veterum Hetruscorum, Imperii fines. Soli conditio, frugum feracitas. Vina. Aeris temperies. Aquæ medicatæ, & Balnea. Religio. Dij proprii. Dii cum Romanis communes. Ianus. Oraculum Tethyos. Leges, & Politia vetus. Lingua multa vocabula eruta. Literæ ac dialecti quatuor, Osca, Rhætica, Falisca, Vmbrica. In peregrinos comitas. Artifices in pretio. Sub eadem veste cum vxoribus cœnare. Pœna decoctorum. Seruos ad sonum tibiæ cædere. Prouinciæ à Thuscis ortæ.

LIBER. II.

De Regibus.

Cap. I. STemmata Regum IV. Ianigenæ. Coryti, Lartes, Lucumones. Iura Regalia, & ornamenta. Stemma primum, Ianus. Cameses. Tiberinus. Vertumnus. Aunus. Regum fictorum ab Annio, & aliis. Catalogus. Catalogus alter atque fabulosus. Stemma secundum Corythus. Catalogus tertius Regum fictitiorum. Stemma tertium, Lar. Stemma quartum, Lucumo. Fontus. Aunius. Deheberis. Tiberis. Tibris. Aeolus. Liparus. Meleus. Rhætus. Malæottus. Hetruscus. Thuscus. Tyrrhenus. Rasena. Nicius. Piræus. Halæsus. Alesus. Tarchon. Felsinus. Bonus. Atrius. Ocnus Bianor. Mezentius. Asylas. Abas. Mussicus. Osinius. Morrius. Clusius.

Propertius. Veientus. Lucumus Galeritus.
Cælius Veibenus. Mezualus. Olenius Calenus. Porsenna.
Galeromundus. Tolumnius. Anonymus Rex Veii obsessis creatus. Cilnius. Mecænas. Arymnus. Marsyas.
Capys. Opicus. Picenus. Dardanus. Auentinus.
Aelius Volturenus a Romanis fractus, & vitam, & Regnum amisit. Regum Nomenclatura. Reges fictitij reiecti.
Cecina non fuit Rex. Seianus non fuit Rex.
Turnus non fuit Rex. Florinus non fuit Rex.

LIBER. III.

De inuentis Hetruscorum.

Cap. I. Diuinatio. Aruspicina. Fluminũ expiandorũ scictia. Monstrorum procuratio. Cæremoniæ.
Supini manibus orare. Parentalia. Salij Sacerdotes.
Samothracia sacra. Templa. Aræ. Sacrificia.
Statuæ deorum. Idola. Vrbem condere. Pomærium.
Fossa. Muri. Sacrum Nuptiale. Regnum.
Regni insignia, & ornamenta. Bulla Nobilitatis discretio.
Equester ordo. Fasces, & secures. Lictor. Trabea.
Curulis sella Eburnea. Annuli. Phaleræ. Paludamenta
Prætextæ. Calcei militares. Calcei patricii, & Senatorii.
Calcei Tragici. Tragædia. Triumphus. Currus Triũphalis
Equi quatuor triumphales. Corona Triumphalis.
Toga picta. Tunica palmata. Gladiatores circenses, & fumebres. Philosophia Italica, aut pythagorica. Sphera.
Geometria. Signare monetam. Claues Ostiorum.
Seræ Ostiorum. Phialæ potoriæ Conuiuiis aptæ.
Circumferre plena pocula. Candelabra. Viuaria Aprorũ.
Floridæ vestes. Vlilosæ vestes. Vinearũ Satio. Arbores Pomiferæ. Falsces. Agricultura. Medecina. Musica. Cassis.
Cornua. Acies. Phalanx. Velites. Tibia Aenea.
Tuba ærea. Molæ frumentariæ. Atrium. Columnæ.

Ludi. Histriones scænici. Equi iugales ludis apti. Pugiles. Vellatura lanæ. Fictilia. Plastice. Corticibus arborum scribere. Fabulæ Attellanæ. Carmina nuptialia. Nauis, & Nauigatio. Rostra nauium bellicarũ. Anchoræ. Pyratica. Leges duodecim tabularum. Iura fæcialium. Hasta Velitaris. P.l.m. Venabulum. Prætorium. Scorpio, tormentum bellicum. Bis in die epulari. Pocula argentea. Serui delicatè vestiti. Puellæ nudæ ministrantes. Castra vrere. Viuaria cochlearum. Vela nauium. Donaria Dijs dicare. Sorte Regẽ facere. Viros doctos alere.

LIBER. IV.

De Vrbibus Hetruriæ deletis.

Cap. I. THuscia prouincia Romana. Sub quo Magistratu. Chorographica descriptio. Mõtes, Valles, Fluuii, Fontes, Syluæ, Lacus, Portus, Nemora, Luci, &c. Notabilia in Antiqua Hetruria. Italiæ totius breuis delineatio. Vrbes, & populi veteris Hetruriæ.

Vt Italiæ passim, ita, & Hetruriæ multæ vrbes deletæ. Veii. Tarquinii. Faleria. Vetulonia. Populonia. Corythus. Vulsinii. Cære. Clusium. Fesulæ. Luna. Ianiculum. Portus Romanus. Pyrgi. Grauiscæ. Alsium. Regis villa. Trossuli. Thermæ tauri. Cossa. Fregenæ. Centum cellæ. Castrum inui. Marcnia. Blera. Polymartium. Manturanum. Hortanum. Herbanum. Turrenæ. Lartheniarium. Nepet. Galesium. Sutrium. Statonia. Tyrus. Fescennium. Ferentinum. Artena. Ocriculum. Veletes. Soloniũ. Sudertum. Feroniæ Lucus. Syrentium. Aræmutiæ. Saturnia. Crustumena. Calletra. Oena. Cortuosa. Contenebra. Flauianum. Phalaris. Lucus Albionatum. Russellæ. Tuscinatum. Ad Herculem. Portus Pisanus.

LIBER. V.

De Florenti Hetruria veteri.

LIBER. VI.

De Vrbibus Hetruriæ, modernis ac villis, pagisque.

Vrbs vetus. Leonopolis. Balneum Regis. Viterbium. Mons Fiasconis. Burgus sancti Sepulcri. Cornetum. Grossetum. Massa. Policianũ. Mons Ilcii, seu Alcinoi. Saizana, seu Sergiona. Pientia, seu Corsilianum. Collis. Villæ, oppida, vici, pagi, Castella, propugnacula, Hetruriæ.

LIBER. VII.

De Serenissima Familia Medicæa.

Cap. I. FAbulæ portentosæ de ortu illius, Familiæ explosæ. Oriunda agro Florentino. Medicæi in aliis Italiæ vrbibus. Mediçei Beati tres. Ad historicum ordinem reuocati. Coniectura de Antiquitate, & adulatio repressa. Stemmatis deductio ex Historicorum monimentis. Stemmatis deductio ex actis priuatis Verins, Antonius, Ioannes prima familiæ relegatio, Aueratdus, Ioannes, Biccius. Ioannes sub quo duplex familię factio. Cosmus Magnus pater patrię. Bernardinus, & Bernardus. Laurentius, Petrus, Franciscus. Petrus Podagricus. Laurentius Magnus parens literarum. Iulianus Princeps Iuuentutis. Petrus. Leo X. Pontifex. Laurentius Dux Vrbini. Iulianus Magnificus, Dux Nemorensis, vexillifer Ecclesię, Eques Periscelidis Anglicanę. Ioannes Cosmi pater. Clemens VII. Pontifex. Alexander I. Florentię Dux. Laurentiolus parricida. Catharina Franciç Regina. Hyppolytus Cardinalis. Cosmus I. Magnus Dux. Ioãnes, & Garsias S.R.E. Card. prior. Petrus, Bernardinus, Io. Iacobus Marchio Marignani Gabriel. Pius IV. Põtifex. Leo XI. Põtifex, Franciscus II. Magnus Dux. Maria Francorum Regina. Ferdinandus S.R.E. Cardinalis III. Magnus Dux. Cosmus II. Magnus Dux IV. Reliqua Ferdinandi successio.

Ita se habet Hetruria *Regalis* cuius Schema exhibere voluit ne malignus aliquis in sui honorem curas suas vertat, nam in multorum manus legenda peruenit, & ille etiam tuta tenet, & nescit cur à PrinciPpe imperatã editionem ministri aulici remorentur. Et scripsit pręterea. Vuuu 2 Ita

Præfationes solênes in plerosq. vtriusq. linguæ autores Parisiis, Tolosæ, Nemausi, Pisis, Bononiæ quarum pleræque prodierunt. *lib.* 1.

Scotia illustrior, seu mendicabula repressa. lib. 1. Mendici quidã Hiberni virulentũ libellum suppressis nominibus in illum scripserant, cui ille respondet, Prodiit Parisiis superiore anno.

Historia quadrupedũ Bisulcorũ Vlyssis Aldrouãdi decreto Senatus suscepta. & Bononiæ edita. lib. 1. Prodiit Parisiis superiore anno.

Iudiciũ de scriptorib. Anglis Histor. & subiecta eorum fide. lib. 1.

Hæc trimestri cura, inter assiduas foris lectiones, domi solicitudines, ægrè moliebar Anno Salut. M DCXIX. die vi. Kaled. quintiles. Ætatis vero anno XXXIX. Si verò quid Orthodoxæ Catholicæ, & Apostolicæ, Romanæ fidei contrarium sit, inductum incogitatum, nec scriptum velim. Ita asperrimam fortunam, & durum exilium Deus lenire velit. Vtinam? Vtinam?

Videbatur, & operi, & ærumnis finem imposuisse, cum ecce nouus turbo exortus, speratæ quietis tranquillitatem excussit, & e literarij otij portu iactatam Carinam calumniæ fluctibus in altum expoluit, graue enim iurgium inter illum, & *Anglum* quendam causis non leuibus natum, cumque res diu protracta *Anglus* tempus suum nactus negotium aulicis quibusdam cõmendauit, qui nunquam destiterunt donec *Thomæ* nomine benignissimi Principis, & parum negotia ob valetudinem tractatis, aut Palinodia præciperetur, aut Hetruria discessio. Et cum ea quæ ipse verissima putabat, reuocare nollet, *Thomas*, nec tantum honori suo vulnus infligere post custodiam *Florentinam* atque *Pisanam*, post intentatas in Sylua Sancti Romani, a vilissimis *Anglis* insidias, post negata multorum colloquia, ne viderentur Principem violasse, tandem bona cum optimi Principis venia, aut eo certè dissimulante, *Pisis* discessit, comitante viro clarissimo *Petro Accolto* die XXI. Iulij Anno M. DC. XIX. Multis, & poenè omnibus literatis dolentibus, aut factum mirantibus, maxime *Francisco Boniciano* Pisano Archiepiscopo, *Alexandro Martio Medice* Archiepiscopo Florentino, *Alexandro Caccia* Antistite Pistorien. si, *Cosmo Minerbetto* Archidiacono Florentino, *Curtio Pichena*

Secre-

Secretariorum primario, *Camillo Guidio* itidem Scriniis præfecto, qui semper amici monus implevit in vltima illa scena etiã patris personam induit, omnibus Pisanis professoribus multum indignantibus cum Capite suo *Hieronymo Summaia* Patricio Florentino, vt ex omnium ipsorum literis peramanter ad illum datis patet. Sed, & ipse Magnus Dux, & Augusta ipsius mater, haud vulgarem erga illum affectum literis suis patefecerunt. Sed ille omnem in Italia subsistendi curam abiiciens Scotiam cogitauit, cumque ex itinere Cardinalem *Capponium* Legati autoritate Bononiam regentem salutare perrexisset, ille, vt erat indole in omnes mitissima in literatos etiam incredibiliter propensa leniter cæpit hortari ne virtutis, ac literarum domicilium Italiam damnaret, se paratum officia omnia implere quibus illi in Principe terrarum Academia commode, & honorifice ageret. Ita *Thomas* abiecto redeundi in patriam animo omnes cogitationes conuertit ad obsequia Principis purpurati, & quod nunquam antea visum, Senatus Bononiensis intra duodecim dies euocatis ruri Senatoribus illum *eminenti loco Humaniores literas* profiteri voluit, quem locum ab omni memoria viri semper clarissimi impleuerunt, in his scripti sunt nobilissimi *Antonius Codrus Vrceus* Brixiensis, *Paulus Manutius* Volaterranus, & *Carolus Sigonius* Mutinensis cum suo Antagonista *Francisco Robortello* Vtinensi. Atque hic quidem locus, vt honoratus, & multis prærogatiuis eminentissimus ita periculorum, & inquietudinis plenissimus: nam cum ei locus simpliciter primus ex tot Pontificum decretis debeatur vniuersi Doctores contradixerunt, turbas cierunt, iuuentutem armarunt, sed cum ad multos menses comperendinata esset quæstio, tandem Pontificis autoritate per *Iulium Sabellum* Cardinalem Legatum decisa est.

Ingentius aliunde periculum extitit, nam *Anglus* ille fæce hominum ac vilissimis mendica bulis subornatis *Anglis*, & *Hibernis* callidis artibus *Thomam* detulit tanquam parum Catholicũ, & libros hæreticos domi habentem, aliisque criminationibus oneratum illustriorem reddidit, siquidem ille absens Illustris-

tisimo purpuratorum Principum Collegio conquestus indignè: ista-retrimentis illis, & quisquiliis illis hominum haberi, & fidos iis tanquā perfidis,& vænalibus hominibus abrogata. Tum *Thomas* literas ad *Anglum* dedit acerbas quidem illas,& doloris iustissimi plenas,quas ille aulicorum opera ad urbs Romam misit,Italico sermone donatas,post octauum deinde mensem. cum quidam purpurati Principes eas damnassent,*Thomas* literis ab illos datis sibi egregiè patrocinatus est,& Romā tendens ipsum Pontificem subitarum colloquio reperito,ita placauit,vt ille causam eam *Ioanni Garsiæ Mellino* Cardinali,& S.R.E generali Vicario committeretur. Et res quidem ea Romæ tentata Bononiæ tandem absoluta:reconciliatique approbatis vtrinq. formulis *Thomas*,& *Anglus*,sed de toto hoc dissidio opusculum extat,quod tamen nunc abolendum *si Anglus* quiescit. Sin per gat clandestinis insidiis nocere,edendum,vt posteritas cognoscat,quid inter bonam conscientiam,& cōtumeliosam calumniam interfit,discernatq. vter alteri conuitium fecerit,aut æstimatione inique violauerit. Nunc ergo auditorio eximio ac honorificentissima ꝓfessione,licet morbis grauib. domo sua fatigata h c Bononiæ ꝓfitetur currēte anno MDCXXI.men. Martio, Hæc de se Dempsterus. Superuixit autem postea vsque ad diem proximè sequentem Nonas Septembris anni MDCXXV. Interea Bononiæ Musæo, vbi primariam politioris eruditionis Cathedram tenebat, summa cum laude vacauit, aucta ei ad aureos octingentos annua pensione. Patauium ad Eminentem I.C. Lectionem sollicitè accitus,oblatos pro annuo Didactro aureos mille recusauit. A Pontifice Vrbano VIII. qui Dempsteri virtutem summopere semper admiratus est,præclara Equitis Aureati dignitate,acceptis primùm proxenio nummis centum,non sine eodem annuo censu donatur,insignitur. In Academicorum NOCTIS album descriptus inculpati animi,vberrimèque ingenij exemplis congressum illum nobilissimum vsq. ad miraculum coluit,freq ientauit, Variæ fortunæ hoc tempore colluctatus,sapientis Stoici constantiam enixe retulit,& expressit,interim tamen calamo non pepercit,scripsit enim.

Anti-

Antiquitates, seu Historiam Bonon. lib. Notas in Accursium. lib. Varia Poemata. & alia pleraq; quę iussu Pontificis Romã delata nobiliore tractantur manu, & dignostato viro typos expectãt. Denique execrabili vxoris nequitia concussus, eamque ob rẽ ærũnosis sub æstuante Canicula itineribus iteratis, Vicentiam peruenit, quod videre est ex epist. ad Perillust. & Reuerendum admodum (sic eum compellat) Patrem Dominum Bassianum Gattum Eremitam Hieronymianum Amicorum, ac Dominorum optimum, cuius verba, ne paucula ex omnibus pereant, memoriæ tanti viri consulens, tibi, Lector, propono, ex quibus cognoscis quàm celeriter, quàm syncerè egerit, quàm periculosè illatę occurrerit iniuriæ, heu frustra: *Dilatum officium non fuit; aut obsequij: aut promissi oblinio, sed perpetua inquies & nusquam eodem loco hæremis error, ac transcursio. Senatus Venetus è vestigio SC. fures fugitiuos retrahendos iudicauit, sed illi, vt rumore perfertur, Alpes superarant. Hæc summa est gestorum.* Nam vix inde cum rediisset, & Butrium in agro Bononiensi, animum suę tranquillitati restituendi, & corpus itinerum molestiis fatigatum nonnihil reficiendi causa (vt eiusdem vtar verbis) secessisset ibi subita febri correptus, Bononiamque inde asportatus animam piè reddidit Deo, annum XXXXVII. agens omniũ studiosorum damno, & luctusuiq. relicto amicis grandi desiderio.

Sepultus est ad D. Dominici, vbi Cippus eius hoc insigne præfert elogium.

LVGETE BONI, LVGETE DOCTI.

Thomas Dempsterus inclytus ille vester hic conditur, vbi Historiã, Poesim, Astream, Literas satius condi fuerat.

Scotia gloriose genuit: Italia prouidè rapuit, Felsina piè tumulauit.

Aethere Spiritus: hoc lapide Cinis, scriptis Ingenium, vbique Gloria eminet: colitur.

Tot magna diutius tam arcto claudi limite inuidiosum fuerat.

Academia NOCTIS tanti sui syderis occasum deflens, lachrymarum vitali rore magis, quàm celte loquacem vobis spectandum exponit lapidem.

Cęte-

Cæterum fuit Dempsterus vir corpore, & animo egregius; altitudo illi supra mediocrem vulgaris hominis magnitudinem; coma subnigrior, & cuti color nō longè dispar; caput magnum ac totius corporis habitus planè regius; robur, & velocitas, quibus vel præstantissimum militem præstare posset, neque ipsa sæpius se talem exhibuit. Indefessus in legendo ita, vt quatuordecim diei horas librorum lectionem se continuare solitum mihi sæpe retulerit. Mentis acumine satis valuit, sed memoriæ tenacitate lōgè plurimùm, adeò, vt multoties diceret ignorare se, *Quid sit Oblivio.* Nihil adeò abditum in antiquitatis monumentis, cuius non meminerit: non versus Poetæ alicuius, non sensum alterius scriptoris, seu Græci, seu Latini (æque enim vtrumque norat) quem statim cum longa verborum præcedentium, ac sequētium serie verbatim referre non posset: ita vt Illustris. Senator Franciscus Cospius Vir per omnes literarum titulos omni comparatione maior, Dempsterum magnum Bibliothecam loquentem compellare consueuerit. Declamationem omni Rhetorico numero absolutissimā ea celeritate dictabat, vt scriptorē quantùcunq. velocem nihil moraretur, & quòd caput est, absq. litura, vel leuiuscula mille versus, & amplius quà Græcos, quà Latinos, quæ vocabat αὐτοσχεδιάσματα in quouis argumēto ex tempore proposito scripturum recipiebat, & ita, si dictasset, vt calamum, vel leuissimè excurrentem euincere sponderet, vnde, vti de Magno illo Stephonio Dempsteri præceptore cecinit poeta non illepidus. *Carmen inexhausto fundentem carmine vatem.* dixisses. Stylus quidē ei copiosus, confragosus tamen moribus ferox fuit, apertus omnino, & simulandi nescius, siue enim amore, siue odio aliquem prosequeretur, vtrumque palam consuetudine iucundissimus, amicis obsequentissimus, ita inimicis maximè infensus, acceptæq. iniuriæ tenax, eam apertè agnoscēs ac repetens, cæteroquin pius, religiosus, & in iis locis, in quibus mira pietatis Christianæ visuntur exempla non infrequens.

Hæc ego Matthæus Peregrinus nec beneficio, nec iniuria in eum affectus breuiter retuli; sciant posteri isthæc me loquutum inter eos non qui audiuerint, sed qui viderint, attrectarint.

FINIS.

